

UNIONPAC

A
4058

Reg. 4360

Aurelii Cornelii CELSI A
4058

DE MEDICINA

Libri VIII

Quinti Sereni Samoni

DE MEDICINA PRAE-
CEPTA SALVERRIMA

LUGDVNI

A Sebastiano Gryphio
Typographo


M.D.L.²

Ayuntamiento de Madrid

LECTORI.

TNVIDIT profectò Fortuna po-
pulo Romano integrā, absolutamq;
felicitatē. Nam cūm bellicis artibus,
et reipublice administrande peri-
tia, ea ciuitas omnibus omnino præstiterit natio-
nibus, que vel antecesserūt, vel sequuntur sunt Ro-
manum imperium: decret illi certè nihil ad cu-
mulum virtutum omnium, nisi ut doctrinæ, atq;
literæ excolet: quarū iamdiu tamen gloriam
ingeniosissima, ac disertissima Græcia cum scri-
bendo, tum dicendo occupasse videbatur. Verum
etsi serò Eloquentiam, Philosophiamq; attigerit:
tantos tamē in vtraq; progressus fecit, ut multos
Roma habuerit nobilissimos homines postremis
temporibus, non solum Philosophie deditos, sed
in ea iam excellentes atq; perfectos. Eloquentia
verò tantū in ea urbe sibi paucissimis annis uen-
dicanit, ut eloquentissimas Athenas vel eequalit,
uel paruo illis proxima interullo fuerit: id quod
probare esset aut facile, aut necessarium, si præ-
clarissima extarent illorū monumenta, qui pluri-
mum dicendo potuerunt, Antoniorū scilicet, et
Catonum, et Crassi, et Cæsarum, et Bruti, et
aliorū propè innumerabilium: aut nisi vnu, esset
Cicero, que omnibus aut preferre, aut comparare
saltē, opponereq; valeamus. Itaq; in Astrolo-
gia, in Geometria, in Dialecticis, omnibusq; ijs
artibus, que in veri inuestigatione versantur,

a 2 legim



Ayuntamiento de Madrid

legimus dignis conatibus suis præstitisse Roma-
na ingenia: sola autem Medicinae ars, maxime
salutaris, neglecta ab illis, inculta iacuit, ac dere-
lictæ: eam enim unam Græcarum artium non exer-
cuisse Romanam grauitatem, testis est Plinius:
quin immo idem ipse scribit, Pop. Romanus medi-
cinae audum expertum demum dannasse: itaq;
caruisse medicis ad annum sexcentesimum: quod
voluisse eos credendum est non artis odio, sed ar-
tificum: idq; Marcus Cato ad Marcum filium
scribens manifestissime docet. Quod si aut Hippo-
cratæ habuisset Roma, cui ciuium suorum salu-
tem commendaret, aut Galeni interpretis monu-
menta cognouisset: quemadmodum & in re mi-
litari, & in rebus cæteris aut superauit omnes
alias nationes, aut illis proxima fuit, & inter-
dum æqualis: verisimile est, in Medicina quoque
excellentè futuram fuisse industriam suam. Hanc
tamen partem ut ostenderet Cornelius Celsus non
esse supra vires Romanas, eam eloquentissime et
peritisimè tractauit octo libris: in quibus non so-
lum eius partis, que victu, & eius quæ medica-
mentis, sed illius etiam, quæ manu medetur, præ-
cepta copiosissimè dedit. A plerisq; autē dubita-
ri video, an arte Cornelius exercuerit, alijs exi-
stimentibus caruisse illum usū: vel quia quedam
prodidit artem coarguentia, qualia sunt, quæ de
venarum pulsu, et urinæ indicij, ac de imparibus
diebus, Asclepiadem sequuntur, tradidit: vel quia
in ponendis constitueritq; præceptis longissimè
abijt

abijt à consuetudine eorū, qui de re medica ante illum scripsérunt: alijs verò credentibus, non potuisse eum tam multa, tamq; insigniter & articulatè nouisse, tamq; postremò appositè ad usum, ut interdum multis sit in describenda via, & ratione exercendi artificis actus: nisi eam aliter quam cogitando & audiendo, & legendo didicisset. Quamuis autem eorū, qui Cornelium fuisse medicum negant, & ratio, et autoritas me patrū moueat: constat enim & Asclepiadē, & Thēmisonē eius discipulum, & Thessalum tam sāpe, tamq; vehemēter à Galeno damnatū, aberrasse à placitis & à doctrina maioriū, cū tamē omnes medicinam usu ipso professi fuerint: quamobrem mirū non est, si in tam erratica disciplina, vixq; tandem autore Galeno consistente, idq; non tam certitudine rei, quam imbecillitate eorū, qui post Galenū fuerunt, libuit Cornelio modo ingenioq; suo potius, quam ex aliorū consuetudine scribēti, eorum mutare præcepta, quibus superiorum delere placita, & medendo & scribendo licuerat. Quamuis, inquam, me patrū illi moueant: adducor tamen, nisi fallor, certissimis ad suspicandum argumentis, idem molitū fuisse Cornelius, quod Empedoclem, & Democritum fecisse legimus: scilicet, ut eam artem non ueluti purus medicus, atq; ad questū omnibus expositus, sed tanquam sapiens, ceu partē Philosophi & explicaret, ean cum studio sapientiae coniungens. Nam cū Plinius naturalis histōriae libros digesserit, indicans qui-

bus autoribus, testibusq; niteretur: libro primo,
 quem indicis loco esse voluit, separatim autorum
 meminit & medicorū: neq; unquam retulit Cor-
 nelium in medicos, sed in autores: Ex autoribus,
 inquit, C. Valgio, Cornelio Celso, M. Varro, &c.
 deinde subiicit extērnos: postremo numerat me-
 dicos, in quib; nūsquām Cornelij nomē legitur.
Quod si aut ille se medicum fuisse professus, aut
alij in numerū medicorum Cornelium recepisse,
Plinius illum certe non separasset in singulorum
librorū indice à mediciis. Constat præterea, uixisse
Cornelium aut Augusti, aut Tiberij temporibus,
aut C. Cesariis: cum Columella, qui Claudio po-
tiente rerum scripsit de re Rustica libros, men-
tionē fecerit eius, tanquam superioris: qua etate,
si Plinio credimus, paucissimi Quiritis artē me-
dicam profitebantur, delegata ea cura ac medita-
tione vel Græcis hominibus, vel libertis, aut ser-
uis: quales fuerunt Sallustius, Dionysius, & Cu-
rio, & iij, quos suprà nominaui: quonobrē occi-
denti medicum, quod plerūq; servi essent, pœna-
erat ex constitutionibus non valde magna pecu-
nia: liberi enim homini nulla est aestimatio. Cor-
nelium verò fuisse ingenuum Romanū satis indi-
cant tria nomina: cum libertos constet duobus,
seruos autē uno tantū nomine fuisse demonst-
ratos. Cæterum qualis qualis ille fuerit, dignus est
profecto vel doctrina vel elegātia non solum qui
legatur, sed qui semper habeatur in manibus.
Quamvis autem ubiq; illum reprehendat Fabius
Quintus

Quintili anus, itaq; interdum leuiter, vt studio id
 eum efficere cognoscas & emulatione (scripsit
 enim vterq; Rhetoricos libros) tamē veritate ita
 cogente, eruditū virian eum appellat, lib. i x. &
 lib. sequenti: Scripsit, inquit, non parum multa
 Cornelius Celsus, Scepticos sequitus, nō sine cultu,
 ac nitore. Columella verò lib. i i. De re rustica,
 eum fuisse tradit non solum agriculturam, sed
 vniuersā naturā prudentē. Cum autē Cornelius
 & ius ciuile, & philosophiam monumentis illu-
 strauerit, suis & rei militaris, & rusticæ etiam
 & medicinæ præcepta reliquerit: dignus (ut ait
 idem Fabius) vel ipso proposito, vt eum scisse o-
 mnia illa credamus: quis erit qui se satis putet
 eruditum, cui ea, quæ supersunt, reliquiæ uigilan-
 tiam tam elaboratarum ignotæ fuerint? Quadam
 tamen ab eo fateor esse prodita, que vel insolentia,
 vel nouitate deterrire lectorē possunt: quale
 illud est, quod de aqua frigida libro primo tradi-
 tur: qua infusa, putat ille saneri posse infirmitatē
 capitis, & præterea uitari grauedines, ac destil-
 lationes: quibus intemperantia victus, et incon-
 tinētia voluptati præcipue agas hæc nostra gra-
 uissimè torquetur. Caterium si balneis nunc vte-
 remur, vbi calida sordes mundaretur capitis, &
 sudor vapores iam itinere patens emitteret,
 itaq; quotidie quasi caput purgaretur: non esset
 fortasse usus aquæ frigida tam periculosus, quum
 vuln̄o creditur. Neq; etiam ille simpliciter injun-
 dit frigidam iubet, sed calidam proponit, in quo

a + fides

sudetur: et calida aqua perfundi præcipit, tum
tepidā, deinde frigida. Plin. item lib. x x v i i i .
capite i i i i . Perfundere, inquit, caput aqua ca-
lida ante balneariū vaporationē, et postea frigi-
da, saluberrimum intelligitur. Quae res profectō
nisi esset valde salutaris, neque imperitē eam ex
imprudēter tum precisē laudasset Cornelius: neq;
Plinius ita manifestē idem probaret: cum præ-
sertim Senecam eo remedio semper usum fuisse
legamus: cuius rei certē rationē reddere possem
arē medica non abhorrentem, si aut id mili ab
initio proposuissē, cūm epistolam hanc scribere
institui: aut esset hoc minoris partiumq; mearū.
Illud equidem animaduerti, sequutū esse Corne-
lium in plerisq; Hippocratem, quem lib. v i i . pa-
rentē omnis medicina appellat: quamobrem non
potest hic noster Latinus Hippocrates reprehē-
di, quin alteri quoq; idem vitij tribuatur. nam si
dixerimus, nimis generaliter, et nulla redditā
causa hunc frequenter præcepta dedisse medici-
ne: cūm eadē sit ratio atq; uia Hippocratis, inter-
pretandus potius, et distinctionibus explican-
dus erat Cornelius, quam improbadus, atq; rej-
ciendus: id quod uidemus in Hippocrate factum
fuisse à Galeno, non t. en, quam isti sunt, delicato
et moroso, certē tamē doctiore atq; peritiore. ita
enim didicissent medici, à Cornelio de rebus ad
artē suam pertinentibus proprijs, suisq; Latinis
vocabus loqui: et hunc grauiſſimum in primis
autorem loco suo, suisq; sedibus posuissent: et
poſtr

postremo planū fecissent hominibus, non abhor-
 rere penitus à uero, quod à Cicerone scriptū fuit,
Omnia Latinos imuenisse melius, quam Græcos:
aut ab illis accepta fecisse meliora. Sed inuidit (ut
 dixi) Fortuna cunctam Romanis hominibus fe-
 licitatē. Nos verò, qui aliquid nostra cura præ-
 stare posse fortasse credimus Cornelio, quod eo
 iamdiu ut amur magistro scribendi, atq; viuendi
 (quamvis illi ignavia forte nostra non aequè stylum
 ac salutē debeamus) non nihil temporis con-
 sumpsimus in recognoscendo hoc eruditissimo au-
 tore: eumq; emendatissimū, quantum ipsi efficere
 potuimus, excudendū dedimus Sebاستiano Gry-
 phio Typographo nobilissimo, ut tam culto, &
 tam nitido scriptore uti commode possint omnes,
 quibus bone artes curae sunt: & ut Medicis,
 quorum etas nostra maximè ferax est, animum
 faciamus ad Cornelium legendum, interpretan-
 dum, illustrandum: ita enim futurum facile spe-
 ramus, ut omnes paulatim planè Latinè de me-
 dicina loquentes audiamus: & aliquis apud no-
 stros eam laudē consequi curet, quam apud Græ-
 cos consequitus est Galenus: cuius nisi labor &
 industria tantum luminis addidisset Hippocrati,
 is forte malo magno publico turpis extinxer-
 fuisse, quam jacet Cornelius: cuius laudi digne
 immortalitate si uitio ingenij Medicis horū tem-
 porum, & posteriores inuidebunt, suus tamē ni-
 tor & elegancia, vel illis contrā nitentibus, eum
 à tenebris & ab interiu vindicabunt.

A V R E L I I
 CORNELII
 CELSI
 DE
 MEDICINA
 LIBER PRI-
 MVS.
 *



T A L I M E N T A sanis cor-
 poribus Agricultura, sic sani-
 tatem e gris Medicina promit-
 tit. Hac nusquam quidem non
 est. Siquidem etiam imperitis-
 simae gentes herbas, aliq; prompta in auxilium
 vulnerum, morborumq; nouerunt. Veruntamen
 apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris
 nationibus exculta est: ac ne apud hos quidem
 à prima origine, sed paucis ante nos seculis, vt-
 potè cum vetustissimus autor Aesculapius cele-
 bretur. Qui quoniam adhuc rudem & vulgarem
 hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in deo-
 rum numerum receptus est. Huius deinde duo
 filii Podalyrius & Machaon bello Troiano du-
 cem Agamemnonē secuti, non mediocrem opem
 committentibus suis attulerunt. Quos tamen Ho-
 merus non in pestilentia, neq; in uarijs generibus
 morborum ali quid attulisse auxilijs, sed vulneri-
 bus tantummodo ferro, & medicamentis mederi
 soitos

solitos esse proposuit. Ex quo apparet, has par-
 tes medicinae solas ab his esse tentatas, easq; esse
 vetustissimas. Eodemq; autore disci potest, mor-
 bos, tum ad iram deorum immortalium relatos
 esse, et ab ipsis opem posci solitam. Veri⁹ simile
 est, inter nonnulla auxilia aduersae valetudinis,
 plerunq; tamen eam bonam contigisse ob bonos
 mores, quos neque desidia, neq; luxuria * vitia-
 tant. Siquidem haec duo, corpora prius in Gra-
 cia, deinde apud nos afflixerunt. Ideoq; multi-
 plex ista medicina, neq; olim apud Graecos, ne-
 que apud ali as gentes necessaria, vix aliquos
 ex bonis ad senectutis principia perducit. Ergo
 etiam post eos (de quibus retuli) nonnulli clari
 viri medicinam exercuerunt, donec maiore stu-
 dio literarum disciplina agitari coepit: que ut
 animo praecepit omnium necessaria, sic corpori
 inimica est. Primoq; medendi scientia, sapientiae
 pars habebatur, ut et morborum curatio, et
 rerum naturae contemplatio sub ipsis autoribus
 nata sit. Scilicet his hanc maxime requiren-
 tibus, qui corporum suorum robora * inquietas * quietas
 cogitatione, nocturnaque vigilia minuerat. Ideoq;
 multos ex sapientiae professoribus, peritos eius
 fuisse accepimus. Clarissimos vero ex his Pytha-
 goram, et Empedoclem, et Democritum. Hu-
 ius autem (ut quidam crediderunt) discipulus
 Hippocrates Coss, primus quidem ex omnibus
 memoria dignis ab studio sapientiae disciplinam
 hanc separauit, vir et arte et facundia insi-
 gnis.

Disciplina
corpori ini-
mica.

Hippocra-
tes.

gnis. Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras, & Chrysippus, tum Herophilus & Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diuersas curandi vias processerint. Isdemque temporibus, in tres parteis medicina diuincta est, ut una esset quae vietu, altera quae medicamentis, tertia quae manu mederetur. Primam diauinitiū, secundam φαρμακευτικū, tertiam χειρογενiū, Græci nominauerunt. Eius autem, quae vietu morbos curat, longè clarissimi autores etiam altius quedam agitare conati, rerum quoque naturæ sibi cognitionem vendicauerunt, tanquam sine ea trunca & debilis medicina esset. post quos Serapion primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu & experimentis eam posuit. Quem Apollonius & Glaucias, & aliquanto post Heraclides Tarentinus, & aliqui non mediocres viri secuti, ex ipsa professione, se Empiricos appellauerunt. Sic in duas parteis ea quoque quae vietu curat, medicina diuisa est, alijs rationalem artem, alijs usum tantum sibi vendicantibus, nullo vero quicquam post eos, qui supra comprehenduntur, agitante, nisi quod acceperat: donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutauit. Ex cuius successoribus Themison nuper ipse quoque quedam in senectute deflexit. Et per os quidem maximè viros salutaris ista nobis professio increuit. Quoniam autem ex tribus medicinae partibus, ut diffic

difficilima, sic etiam clarissima est ea, quæ morbis medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia prima in ea dissensio est, quod alijs sibi experimentorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt, alijs nisi corporum rerumq; ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt: indicandum est, quæ maxime ex utraq; parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit. Igitur hi, qui rationalem medicinam profitentur, hæc necessaria esse proponunt, Abditarum, & morbos continentium caussarum notitiam, deinde Evidentium, post hæc etiam Naturalium actionum, nouissimè partiis Interiorum. Abditiis caussas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principijs nostra corpora sint, quid secundam, quid aduersam valetudinem faciat. Neque enim credunt posse eum scire, quomodo morbos curare conueniat, qui unde hi sint, ignoret. Neque esse dubium, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principijs, vel superans aliquid, vel deficiens aduersam valetudinem creat, ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt, alia, si in humidis omne vitium est, ut Herophilo usum est: alia, si in spiritu, ut Hippocrati: alia, si sanguis in eas venas, quæ spiritui accommodatæ sunt, transfunditur, & inflammationē, quam Graci φλεγμονὴ, nominant, excitat, eaq; inflammationē, talem motum efficit, qualis in febre est, ut Erasistrato placuit: alia, si manantia corpuscula, per inuisib;

inuisibilia foramina subsistendo, iter claudunt,
 et Asclepiades contendit. Eum verò recte cu-
 raturū, quem prima origo causæ non fefellerit.
 Neq; verò inserviantur, experimenta quoque esse
 necessaria. Sed ne ad hæc quidē aditum fieri po-
 tuisse, nisi ab aliqua ratione contendunt. Non
 enim quidlibet antiquiores uiros ægris inculca-
 se: sed cogitasse, quid maxime conueniret, et id
 vñ ex plurasse, quod antè coniectura aliqua du-
 * an ini- xissent. Neq; interesse, *an nunc iā pleraq; explo-
 rata sunt, si à consilio tamē cœperunt. Et id qui-
 que

dem in multis ita se habere. Sæpe verò etiā noua
 incidere genera morborum, in quibus nihil ad-
 huc vñs ostenderit. Et ideo necessarium sit ani-
 maduertere, vnde ea cœperint: sine quo nemo
 mortalium reperire possit, cur hoc, quam illo po-
 tius vñtatur. Et ob hæc quidem in obscuro positas
 causas persequuntur. Evidentes verò has appel-
 lant, in quibus querunt initium morbi calor attu-
 lerit, an frigus: fames, an satietas: et quæ simi-
 lia sunt. Occursurum enim vitio dicunt eum, qui
 originem non ignorarit. Naturales verò corporis
 actiones appellant, per quas spiritum trahimus,
 et emittimus cibum, potionemq; et assumimus,
 et concoquimus. Itemq; per quas eadem hæc in
 omnes membrorū partes digeruntur. Tum requi-
 riunt etiā, quare venæ nostra modò submittat se,
 modò attollant: qua ratio somni, quæ vigilia sit.
 Sine quoru notitia neminem putant vel occurre-
 re, vel mederi morbis inter hæc nascetibus posse.

Ex

Ex quibus quam maxime pertinere ad rem con-
coelio videtur. Huic potissimum inservunt, et duce
alij Erasistrato, atteri cibū in ventre contēdunt;
alij Plistonico, Praxagorae discipulo, putrescere:
alij credunt Hippocrati, per calorem cibos conco-
qui. Acceduntq; Aselepiadiis emuli, qui omnia
isla vana et superuacua esse proponunt. Nihil
enim concoqui, sed crudam materiam (sicut assūm-
pta est) in corpus omne diduci. Et hæc quidē in-
ter eos parum constant. Illud verò conuenit, alii
dandum cibum Laborantibus, si hoc: aliud, si il-
lud verum est. Nam si teritur intus, eum queren-
dum esse, qui facilimè teri possit. Si putrēscit,
cum in quo hoc expeditissimum est. Si calor con-
coquit, eum qui maximè calorē moueat. At ni-
bil ex hiis esse querendum, si nihil concoquitur.
Ea verò sumenda que maxime manent, qualia
assumpta sunt. Eademq; ratione cum spiritus
gravis est, cum somnus, aut vigilia urgent, eum
mederi posse arbitratur, qui prius illa ipsa qua-
liter euensi, ut perceperit. Prater hac cum in in-
terioribus partibus et dolores, et morborū va-
ria genera nascantur, neminem putant his adhi-
bere posse remedia, que ipse ignoret. Necessariū
ergo esse incidere corpora mortuorum, eorumq;
visceri atque intestina scrutari: longeq; optimè
fecisse Herophilum, et Erasistratum, qui nocen-
tes homines à regibus ex carcere acceptos, vi-
nos inciderint, considerarintq; etiam spiritu re-
manente, ea que natura ante clausisset, eorumq;
positū

posituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duriciem, molliciem, lauorem, contactum: processus deinde singulorum, et recessus: et similitudinem in- ue quid inseritur alteri, siue quid parte alterius telligit, & in se recipit. Neq; enim cum dolor intus incidit, quod illi scire quid doleat, eum, qui qua parte quodque rium.

viscus, intestinum' ue sit, non cognouerit. Neque curari id quod aegrum est posse, ab eo, qui quid sit, ignoret. Et cum per vulnus alicuius viscera patefacta sunt, eum qui sanæ cuiusquam colore partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit. Ita ne succurrere quidem posse corrupcis, aptiusq; extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum et sedibus et figuris, cognitaq; eorum magnitudine: similesq; omnia, que posita sunt, rationes habere. Neq; esse crudele (sicut pleriq; proponunt) hominum nocentium, et horum quoq; paucorum supplicijs, remedia populis innocentibus seculorum omnium queri. Contrà, hi qui se Empiricos ab experientia nominant, euidentes quidem caussas, ut necessarias amplectuntur: obscurarum vero caussarum, et naturalium actionum questionem ideo superueniam esse contendunt, quoniam incomprehensibilis natura sit. Non posse vero comprehendи, patere ex eorum, qui de his disputatione, discordia: cum de ista re, neque inter sapientiae professores, neq; inter ipsos medicos conueniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat, quam Hero-philo? Cur huic potius, quam Asclepiadi? Si rationes

tiones sequi velit, omnium posse videri non improbables : si curationes, ab omnibus his agros perductos esse ad sanitatem. Ita neque disputationi, neque autoritati cuiusquam fidem derogari oportuisse. Etiam sapientie studiosos maximos medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret: nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam. Differre quoque pro natura locorum genera medicine, et aliud opus esse Romæ, aliud in Aegypto, aliud in Gallia. Quod si morbos eadem causse ficerent ubique, remedia quoque ubique eadem esse debuissent. Sæpe etiam caussas apparere, reputa lippitudinis, vulneris, neq; ex his patere medicinam. Quod si scientiam hanc non subiicit evidens caussa, multominus eam posse subiicere, que in dubio est. Cum igitur illa incerta, incomprehensibilisq; sit, à certis potius, et exploratis petendum esse præsidium, id est his, que experientia in ipsis curationibus docuerit, sicut in cæteris omnibus artibus. Nam ne agricoram quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere: è quoque dici, quod qui diuersa de his senserint, ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse, quia non ab obscuris causis, neque à naturalibus actionibus, que apud eos diuersæ erant, sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerunt. Ne inter initia quidem ab ipsis questionibus b deducit

deductam esse medicinam, sed ab experimentis.
Aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios
propter audiaturam primis diebus, protinus cibum
assumpsisse, alios propter fastidium abstinuisse, le-
uatumque; magis eorum morbum esse, qui absti-
nuerant: itemque; alios in ipsa febre aliquid edisse,
alios paulo ante eam, alios post remissionem eius,
optime deinde his cessisse, qui post finem febris id
fecerint. Eademque ratione, alios inter principia
protinus rufos esse cibo pleniore, alios exiguo,
grauioresque eos factos, qui se implerent. Hae, si-
miliaque, eum quotidie inciderent, diligentibus ho-
mines notasse, quae plerunque melius responde-
rent: deinde agrotantibus ea præcipere cœpisse.
Sic medicinam ortam, subinde aliorum salu-
te, aliorum interitu, perniciosa discernentem à
salutaribus. Repertis deinde iam medicinae reme-
dijs, homines de rationibus eorum differere cœ-
pisse, nec post rationem medicinan esse inuen-
tam, sed post inuentam medicinam, rationem
esse questam. Requirere etiam, si ratio idem do-
ceat, quod experientia, an aliud. Si idem, super-
uicuum esse: Si aliud, esse contrariam. Primo
tamen remedia exploranda summa cura fuisse,
nunc vero iam explorata esse, neque illa aut no-
ua genera morborum reperiri, aut nouam desi-
derari medicinam. Quod si iam incidat mali ge-
nus aliquod ignotum, non ideo tamen fore me-
dico de rebus cogitandum obscuris: sed eum pro-
tinens visurum, cui morbo id proximum sit, ten-
tatur

tatur inq; remedias similia illis, que vicino malo sepe succurrerint, & per eius similitudinem opem reperturum. Neque enim se dicere consilio medicum non egere, & irrationale animal hanc artem posse praestare: sed has latentium rerum coniecturas ad rem non pertinere: quia non intersit, quid morbus faciat, sed quid tollat. Neque ad rem pertineat, quomodo, sed quid optimè digeratur. Sive hac de causa concoctio * intercidat, sive de illa: &, sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. Neque querendum esse quomodo spirrenius: sed quid grauem, tardum q; spiritu expediat. Neque quid venis moueat, sed quid queq; motus genera significant. Hec autem cognosci experimentis, & in omnibus eiusmodi cogitationibus in utrunque partem differi posse. Itaque ingenium & facundiam vincere, morsibus autem non eloquentia, sed remedijs curari. Quae si quis elinguis, vsu * discreta bene norit, * discrehunc aliquanto maiorem medicum futuru, quam tuus si sine vsu linguan suam excoluerit. Atque et quidem, de quibus est dictum, superacuta esse tantummodo. Id vero quod restat, etiam crudele, viuorum hominum alium atq; praeordia incidi, & salutis humanae praesidem arte, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre, cum praesertim ex his, que tanta violentia querantur, alia non possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere. Nam colore, lenorem, mollitiem, duritatem, similiaq; omnia non esse

b 2 talia

talia inciso corpore, qualia integro fuerint: quia
 cum corporibus iniolatis, hac tamen metu, do-
 lore, inedito, cruditate, laetitudine, mille alijs me-
 diocribus affectibus, saepe mutetur: multo magis
 verisimile est, interiora, quibus maior mollities,
 lux ipsa nouasit, sub grauiissimis vulneribus, ex
 ipsa trucidatione mutari. Neque quicquam esse
 stultius, quam quale quicquam viuo homine est,
 tale existimare esse moriente, immo jam mortuo.
 Nam uterum quidem, qui minus ad rem perti-
 neat, spirante homine posse diduci? Simul atque
 vero ferrum ad praecordia accessit, et disces-
 sum transuersum septum est, quod membrana
 quadam superiores partes ab inferioribus didu-
 cit (diaphragmam Graeci vocant) hominem proti-
 nus animam amittere. Ita demum mortus praecor-
 dia, et viscus omne in conspectum latrocinan-
 tis medici dari: quod necesse sit tale esse, quale
 mortui sit, non quale viui fuit. Itaq; cōsequi me-
 dicum, ut hominē crudeliter iugulet: non ut sciat
 qualia viui viscera habeamus. Si quid tamē sit,
 quod adhuc spirāte homine conspectui subiecta-
 tur, id saepe casum offerre curantibus. Interdum
 enim gladiatorem in larenā, vel militē in acie,
 vel viatorem à latromibus exceptum, sic vul-
 nerari, ut eius interior aliqua pars aperiatur,
 et in alio alia sita, ita sedem, positū, ordinem, si-
 guram, similiaq; cognoscere prudentem medi-
 cum, non cædem, sed sanitatem molientē, idq; per
 misericordiam discere, quod alijs dira crudelitate
 cognou-

cognouerint. Ob hæc ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse. Quæ et si non crudelis, tamen fœda sit, cum aliter pleraque in mortuis se habeant. Quantum verò in viuis cognosci potest, ipsa curatio ostendat. Cum hæc per multa volmina, perq; magna contentionis disputationes à medicis sape tractatasint, atq; tractetur: subiiciendum est quæ proxima vero videri possint. Eaneq; addicta alterutri opinioni sunt, neq; ab utraque nimirum abhorrentia, media quodammodo inter diuersas sententiias. Quod in plurimis cōtentionibus deprehēdere licet, sine ambitione verum scrutantibus, ut in hac ipsa re. Nam quædemum cauſe vel secundam valetudinem preſtent, vel morbos excitent: quomodo ſpiritus, aut cibis, vel detrahatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, ſed coniectura persequuntur. Cuius autem rei non eſt certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest. Verumq; eſt, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam. Quanquam igitur multa ſint ad ipsas artes propriè non pertinentia, tamen eis adiuuat excitando artificis ingenii. Itaq; iſta quoq; naturæ rerum contēplatio, * quamvis non faciat medi-
cum aptiorem, tamen medicinæ reddit profeſſū. Veriq; ſimile eſt, & Hippocratem, & Erasistratum, & quicunque alijs non contenti febres & ulcera agitare, rerum quoq; naturam ex aliqua parte ſcrutati ſunt, nō ideo quidē medicos fuiffe, perfecta.

b 3 verum

* Alijs: quamvis nō faciat medicinæ aptio rem tamē medicinæ reddit, atq; perfecta.

verū ideo quoq; maiores medicos extitisse. Ratione verò opus est ipsi medicina, et si non inter obscuras caussas, neq; inter naturales actiones, tamen sepe. *Est enim h.ec ars conjecturalis: neq; respondet ei plerunq; non solum coniectura, sed etiam experientia. Et interdum non febris, non cibis, non somnis subsequitur sicut assuevit. Rarius, sed aliquando tamen morbus quoque ipse nouus est, quem non incidere, manifeste falsum

Caro ex est: cum aetate nostra quedam ex naturalibus naturalib^z partibus carne prolapsa, et arente, intra paucas horas expirauerit. sic ut nobilissimi medici, neq; genus mali, neq; remedium innoverint. Quos ego nihil ideo tentasse indicō, quia nemo in splendida persona periclitari coniectura sua voluerit; ne occidisse, nisi seruasset, videretur. Veri tamen simile est, potuisse aliquid cogitare, detracta tali verecundia, et fortasse responsū fuisse id, quod aliquis esset expertus. Ad quod medicina genus neq; semper similitudo aliquid confert, et si quando confert, tamen id ipsum rationabile est inter multa similia genera, & morborum, & remediorum cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Cis igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inneniat, quod non utiq; fortasse, sed sepius tamen etiam respondeat. Petet autem nonum quoq; consilii, non à rebus latentibus (iste enim dubia, & incerta sunt) sed ab his, que explorari possunt, id est euidentibus caussis. Interest enim satigatio morbi, an sitis, an frigus, an calor,

lor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi, vimiq;
 abundantia, an int̄erperantia libidinis. Neq; igno-
 rare h̄uc oportet, quae sit ægri natura, humidum
 magis, an magis siccū corpus eius sit: validi ner-
 ui, an infirmi: frequēs aciuersa valetudo, an ra-
 ra: eaq; cùm est, vehemens esse soleat, an leuis:
 breuis, an longa. Quod is vita genus sit secutus,
 laboriosum, an quietum: cù luxu, an cum frugali-
 tate. Ex his enim, similibusq; sepe curandi noua
 ratio ducēda est. Quamvis ne hæc quidē sic pre-
 teriri debent, quasi nullam cōtrouersiā recipiant.
 Nam & Erasistratus non ex his fieri morbos
 dixit, quum & alijs, et ijdem alias post ista non
 febricitarent: et quidem medici seculi nōtri sub
 autore (vt ipsi videri volūt) Themiſone contendunt,
 nullius causæ notitia quicquā ad curatio-
 nes pertinere, satiſq; esse quedam cōmunia mor-
 borum intueri. Siquidem horum tria genera esse,
 unum adstriclū, alterū fluens, tertium mixtum.
 Nam modo parū excernere ægros, modo nimis:
 modo alia parte parum, alia nimis. Hec autem
 genera morborum, modo acuta esse, modo longa:
 & modo increscere, modo cōſistere, modo nimis
 consueuerunt. Cognito igitur eo quod ex his est, si
 corpus adstriclum est, digerēdum esse: si proſlu-
 uio laborat, cōtinendum: si mixtum vitium habet,
 occurrendum subinde vehementiori malo: & aliter
 acutis morbis medendum, aliter vetustis,
 aliter increſcentibus, aliter subsistentibus, aliter
 iam ad sanitatem inclinantibus. Horum obser-

uationem medicinam esse, quam ita finiunt, ut
 quasi viam quandam, quam ~~me~~^{me}bodop Græci no-
 minant, eorumq; quæ in morbis communia sunt,
 contemplatricem esse contendunt. ac neq; ratio-
 nalibus sè, neq; experimenta tantum spectanti-
 bus annumerari volunt, cùm ab illis eo nomine
 * nolunt dissentiant, quòd in cōiectura rerū latentium
 volunt esse medicinam ab Ihs, eò quòd parum artis
 esse in obseruatiōe experimētorum credūt. Quod
 ad Erasistratum pertinet, primum ipsa eviden-
 tia eius opinioni repugnat, quia raro, nisi post
 horum aliquid morbis venit. Deinde nō sequi-
 tur, ut quod aliud nō afficit, aut eundem alias,
 id ne alteri quidē, aut eidem tempore alio noceat.
 Possunt enim quedā subesse corpori, vel ex in-
 firmitate eius, vel ex aliquo affectu, quæ vel in
 alio nō sunt, vel in hoc alias nō fuerunt, eaq; per
 se non tata vi concitant morbū, tamē obnoxium
 magis alijs iniurijs corpus efficiunt. Quod si con-
 templationē rerū naturæ (quā temere medici sibi
 vendicant) satis cōprehendisset, etiā illud scisset,
 nihil omnino ob vnam caussam fieri, sed id pro
 caussa apprehēdi, quod cōtulisse plurimum vide-
 tur. Potest autē id dum solū est, nō mouere, quod
 iunctum alijs maxime mouet. Accedit ad hæc,
 quòd ne ipse quidē Erasistratus, qui trāsfuso in
 arterias sanguine febrē fieri dicit, idq; nimis re-
 pleto corpore icidere reperit, cur ex duobus aquæ
 replicit, alter in morbū inciderit, alter omni pe-
 riculo vacarit (quod quotidie fieri appetet) non
 disere

discreuerit. Ex quo disci potest, ut vera sit illa
 trans fusio, tamen illa non per se (cum plenus cor-
 pus est) fieri: sed cum horum aliquid accesserit.
 Themis sonis vero emuli si perpetua que promit-
 tunt habet, magis etiam quam vlli rationales sunt.
 Neque enim si quod non oia tenet, que rationalis a-
 lius probat, protinus alio novo nomine artis in-
 diget: si modo, quod primus est, non memorie so-
 li, sed rationi quoque insistit. Si vero, quod pro-
 pius est, vix illa perpetua praecepta medicina-
 lis ars recipit: unde sunt quodque, quos experimeta
 sola sustinent. Eo magis, quoniā si cōpresserit ali-
 quē morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitis-
 simus videt. Quid autē compressum corpus resol-
 uat, quid solutū teneat, si à ratione tractum est,
 rationalis est medicus. Si (ut ei, qui se rationa-
 lem negat, confiteri necesse est) ab experientia
 Empiricus est. Ita apud eū morbi cognitio ex-
 tra arte, medicina intra usum est. Neque adiectū
 quicquā Empiricorum professioni, sed dēptum
 est: quoniā illi multa circumspiciunt, hinc tantū fa-
 cilima, & non plus quam vulgaria. Nā & qui
 pecoribus ac iumentis medetur, cum propria cu-
 iusque ex multis animalibus nosse non possint, cō-
 munibus tantummodo insistunt. Et exterē gen-
 tes, cum subtile medicine rationē non noverint,
 communia tantum vident. Et qui ample valetu-
 dinarios muriunt (quia singulis summa cura con-
 sulere non sustinent) ad communia ista cōfugiunt.
 Neque Hercules istud, & antiqui medici nescie-
 b
 s
 ruit,

runt, sed his ceterenti non fuerunt. Ergo etiam vetus
stissimus autor Hippocrates dixit, mederi oportere & communia, & propria intuentem. Ac ne
isti quidem ipsi intra suam professionem consistere
ullo modo possunt. Si quidem et compressorum &
fluentium morborum genera diversa sunt, faciliusque
id in his que fluent, inspici potest. Aliud est enim
sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere: aliud
deiectionibus, aliud terminibus laborare: aliud
sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes
quoque humor erumpit, ut in oculos auresque. Quo
periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil
autem horum sic, ut aliud curatur. Ita protinus
in his a communis fluentis morbi contemplatione, ad
propria medicina descendit. Atque in hac quoque
rursus alia proprietatis notitia sepe necessaria
est: quia non eadem omnibus, etiam in similibus
casibus opitulanter. Si quidem certae quedam res sunt,
que in pluribus vetrem aut adstringunt, aut re-
soluant. Inveniuntur tamen, in quibus aliter atque
in ceteris, idem eveniat. In his ergo communis in-
spectio contraria est, priorum tantum salutaris.
Et causae quoque estimatio sepe morbum soluit.
Ergo etiam ingeniosissimus seculi nostri medicus,
quem nuper vidimus, Cassius febricitanti cuidam,
& magnasitatem affecto, cum post ebrietatem cum
premi coepisse cognosceret, aqua frigidam ingressit.
Qua ille epota, cum vini vim miscendo fregisset,
protinus febrem somno et sudore discussit. Quod
auxilium medicus opportune prouidit, non ex eo,
quod

quod aut strictum corpus erat, aut fluebat: sed ex causa, que ante præcesserat. Estq; etiā proprium aliquid & loci & temporis, istis quoq; autoribus, qui cum disputat, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, præcipiunt, ut graibus aut locis aut temporibus, magis vicietur frigus, est us, satietas, labor, libido, magisq; ut conquiescat ipsiusdem aut locis, aut temporibus. si quis grauitatem corporis sentit, ac neq; vomitu stomachum, neq; purgatioe alium sollicitet. Quæ vera quidē sunt, a communius tñ ad quedā propria descēdunt: nisi persuadere nobis volunt, sanis quidem considerandum esse, qđ cælum qđ tempus anni sit, & gris verò non est. Quibus tanto magis omnis obseruatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est. Quinetia morborum in ijsde hominibus aliæ atq; aliæ proprietates sunt: & qui secundis aliquā frustra curatus est, contrarijs sepe restituitur. Plurimaq; in dando cibo discrimina reperiuntur, ex quibus contentus uno ero. Nā famem facilis fert adolescens, quam puer: facilis* in denso cœlo, quam in tenui: facilis in hyeme, quam in estate: facilis uno cibo, quam prandio quoq; assuetus: facilis in exercitatus, quam exercitatus homo sustinet. Sæpe aut in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus medium tolerat. Ob que competit eū, qui propria non nudit, communia tantum intueri debere: eumq; qui nosse propria potest, illa quidem nō oportere negligere, sed his quoq; insistere. Ideoq; cum par

* Quibus dā videtur hic legēdū potius, in tenui cœlo, quam in dēsō: & in estate quam hyeme: propterea quod Hipocrat. di-

scientia

eat libro 1. scientia sit, utiliorem tu medicum esse amicum Aphor. Vé quām extraneum. Igitur ut ad propositū meū & vere sūt redeam, rationalem quidē puto medicinam esse calidissimi. debere, instrui vero ab evidentibus causis, obscuris omnibus non à cogitatione artificis, sed ab ea tempora alimēta ipsa arte reieclis. Incidere autē viuorum corpora, & crudele, & supermacum est: mortuorum sunt exhibenda. Et corpora discentibus necessarium. Nā possum, & Paul⁹ Aē ordinē nosse debent: que cadavera melius, quām ginera lib. viuus, et vulneratus homo repräsentant. Sed et itidē 1.c.53. Hyeme qui cetera, que modo in viuus cognosci possunt, inde & for- ip̄s̄ curationibus vulneratorum paulo tardius, tiori exercitatiōe, & pleniorē propositis, primū dicam, quemadmodum sanos bo vrendū agere conueniat: tum ad ea transibo, que ad mor- est. Niſi cō bos, curationesq; eorum pertinebunt.

referas, quād ī dē-
ſo coelo, &
per hyemē,
corpora
sunt robu-
ſtiora, atq;
iō etiā faci-
lissimis quāli-
ber mole.
ſtū ferunt.

Quemadmodum sanos agere conueniat.

C A P. I.



A N V S h o m o , q u i & b e n e r a l e t ,
& ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe-
leribus debet: ac neq; medico, neq;
*i a t r a l i p t a e g e r e . H u c o p o r t e t v a-
r i u m habere v i t a g e n u s : m o d o r u r i e f f e , m o d o i n
v r b e : ſ a p i u s q ; i n a g r o , n a u i g a r e , v e n a r i , q u i e ſ c e l-
re i n t e r d u m , s e d f r e q u e t i u s ſ e e x e r c e r e . S i quidē
i g n a u i a c o r p u s h e b e t a t , l a b o r f i r m a t : i l l a m a t u r a
f e n e c t u t e m , h i c l o g a a d o l e s c e n t i a r e d d i t . P r o deſt
e t i a m i n t e r d u m b a l n e o , i n t e r d u m a q u i s f r i g i d i s
y t i : m o d o v n g i , m o d o i d i p s u m n e g l i g e r e ; n u l l u m
c i b i g e n u s f u g e r e , q u o p o p u l u s v t a t u r : i n t e r d u m
i n c o n

* Reunio
res videtur
transferre
Plin II. 29
cap. 1.

in conuiuio esse, interdū ab eo se retrahere: modò plus iusto, modò non amplius assumere: bis die potius, quam semel cibis capere: et semper quam plurimum, dummodo hunc cōcoquat. Sed ut hu-
ius generis exercitationes, cibiq; necessarij sunt,
sic athletici superuacui. Nā cō intermissus pro-
pter ciuiles aliquas necessitates ordo exercita-
tionis corpus affligit: cō ea corpora, quæ more
eorum repleta sunt, celerrime cō senescunt, cō
egrotat. Cōcubitus verò neq; nimis concupiscen- Paul⁹ Ae-
dus, neq; nimis pertimescendus est. Ratus, cor- gineta l.t.
pus excitat, frequens soluit. Cūm autē frequens, ca. 37. Fre-
non numero sit, sed natura, ratione etatis cō
corporis scire licet, eum non inutilem esse, quem quis cōm-
corporis neq; laguor, neq; dolor sequitur. Idē in- bitus, cor-
terdiu peior est, noctu tutior: ita tamē, si neq; illi⁹ reddit.
cibus, neq; hunc cib⁹ vigilia labor statim sequit.
Hæc firmis seruanda sunt, cauendumq; ne in se-
cunda valetudine, aduersæ præsidia cōsumantur.

Quæ stomacho imbecillis seruanda sint.

C A P. II.

ET imbecillis stomacho (quo in numero ma-
gna pars urbanorum, omnesq; penè cupidi
literarum sunt) obseruatio maior necessaria est:
ut quod vel corpori, vel loci, vel study ratio de-
trahit, cura restituat. Ex his igitur qui bene con-
coxit, manè tutò surget; qui parum, quiescere de-
bet: cō si manè surgendi necessitas fuerit, redor-
mire. Qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac
neq; labori se, neq; exercitationi, neq; negotiis
credere.

eredere. Qui crudus sine præcordiorum dolore ruit.
 Etat, is ex interuallo aquam frigidam bibere, et
 se nihilominus continere. Habitare verò adiſcio
 lucido, per flatum aestuum hybernum solem ha-
 bente, cauere meridiarium solem, matutinum et
 vespertinum frigus, itemque auras fluminis; atque
 stagnorum, minimeque nubilo cœlo, soli aperienti
 se committere, ne modo frigus, modo calor mo-
 ueat. Quae res maximè grauedines, distillatio-
 nesque concitat. Magis verò granibus locis ista
 seruanda sunt, in quibus etiam pestilentiam fa-
 ciunt. Scire autem licet, integrum corpus esse, cum
 quotidie mane urina alba, deinde rufa est. Illud
 concoquere, hoc concoxisse significat. Vbi expe-
 rectus est aliquis, paulum intermittere, deinde
 (nisi hyems est) fouere os multa aqua frigida
 debet, longis diebus meridiari potius ante cibis,
 si minus, post cunctis per hysmem potissimum to-
 tis noctibus conquiescere. Si lucubrandum est,
 non post cibum id facere, sed post cōcoctionem.
 Quem interdù vel domesticā, vel ciuilia officia
 tenuerunt, huius tempus aliquod seruandum cu-
 rationi corporis sui est. Prima autem eius cura-
 Exercitatio exercitatio est, que semper antecedere cibum
 debet: in eo, qui minus laborauit, et bene conco-
 xit, amplior: in eo, qui fatigatus est, et minus
 concoxit, remissior. Cōmode verò exercent, cla-
 ra lectio, arma, pila, cursus, ambulatio: atque hec
 non viisque plena commodior est. Siquidem me-
 lius ascensus quoque et descensus cum quadam
 varieta

varietate corpus moueat, nisi tam id perquam
 imbecillum est. Melior autem est sub diuō, quam
 in porticu: melior (si caput patitur) in sole, quam
 in umbra: melior in umbra; quam parietes, aut
 viridaria efficiunt, quam que teclō subest: me-
 lior recta, quam flexuosa. Exercitationis autem
 plerumq; finis esse debet sudor, aut certe lassitu-
 do, que citra fatigationem sit, idq; ipsum, modò
 minus, modò magis faciendum est. Ac ne his
 quidem Athletarum exemplo, vel certa esse lex,
 vel immodicus esse labor debet. Exercitationem
 recte sequitur, modò vinctio, vel in sole, vel ad
 ignem, modò balneum, sed in cōclauī, quam ma-
 xime & alto, & lucido, et spatioſo. Ex his ve-
 rò neutrū ſēpe fieri oportet, ſed ſepiuſ alter-
 utrum pro corporis natura. Poſt hæc paulum con-
 quiescere opus est. Vbi ad cibum veniū est,
 nunquā utilis est nimia ſatię. ſepe etiam
 inutilis nimia abſtinentia. ſepe ſi qua intempe-
 rantia ſubest, *durior est in potionē, quam in
 eſca. Cibus à falso mentis, oleribus, ſimilibusq;
 rebus melius incipit. Tum caro assumenda est,
 que affa optima, aut elixa eſt, Condita omnia
 duabus de caſſis mucilia ſunt, quoniam et plus
 propter dulcedinem auſumitur, & quod moſo
 par eſt, tamen agricuſ cōcoquitur. Secunda men-
 ſa bono ſtomacho nihil nocet, in imbecillo coace-
 ſcit. Si quis itaq; hoc parum valet, palmulas po-
 maq; & ſimilia melius primo cibo auſumit. Poſt
 multas potionēs, que aliquantum ſitim exceſſa-
 runt,

runt, nihil edendum est, post satietatem, nihil agendum. Vbi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quicquid assumpsit potionē aquæ frigidæ includit, tam paulisper inuigilat, deinde bene dormit. Si quis interdiu se impleuit, post cibum neq; frigori, neq; aestui, neq; labori se debet committere. Ntq; enim tam facile hæc inani corpore quam replete nocent. Si quibus de causis futura media est, labor omnis vitandus est.

Observationes quædam prout res no-
uæ accident, & prout corporum
genera, & sexus, & ætates,
& tempora anni sunt.

C A P.

T I I.

ATQ; hæc quidem penè perpetua sunt. Quasdam autem observationes desiderant et nouæ res, et corporum genera, et sexus, et ætates, et tempora anni. Nam neq; ex salubri loco in grauem, neq; ex graui in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in grauem prima hyeme: ex gravi in eum, qui salubris est, prima æstate transfire melius est. Neq; verò ex multa fame, nimia satietas: neq; ex nimia satietate, fames idonea est. Periclitaturq; et qui semel, et qui bis die cibum incontinenter, contrà consuetudinē assumit. Item neq; ex nimio labore subitus ocio, neq; ex nimio ocio subitus labor sine gravi noxa est. Ergo cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere. Omne etiā laborem facilius,

facilius, vel puer, vel senex, quam insuetus homo sustinet. Atq; ideo quoq; nimis otiosa vita utilis non est, quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamen insuetus aliquis laborauit, aut multo plus quam solet, etiam is qui assuevit, huic ieuno dormiendum est, multo magis, si etiam os amarus est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo ieuno est, sed etiam in posteris diem permanendum, nisi cito id quies sustulit. Quod si factum est, surgere oportet, et lente paululum ambulare. At si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis laborauit, tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturi, ubi paulum ambulauerunt, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem vngi, atq; sudare; si est, ante omnia in tepidario residere, deinde ubi paulum conquierunt, intrare, et descendere in solium, tum multo oleo vngi, leniterq; perfricari, iterum in solium descendere. Post haec os aqua calida fouere, deinde frigida. Balneum his feruēs idoneum non est. Ergo si nimium alicui fatigato penē febris est, huic abunde est loco tepido dimittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei adieclum sit: deinde totum quidem corpus, maximē tamen eas partes, que in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinit, et paulum contriti salis sit ad ecclis. Post haec, omnibus fatigatis, aptum est cibum sumere, eoq; huiusmodi

Puer,
Senex.
Homo.

mido uti: aqua, vel certè diluta potionē esse contentos, maximeq; ea quæ moueat vrinam. Illud quoq; nosse oportet, quod ex labore sudanti, frigida potio perniciōsissima est, atq; etiam (cum sudor se remisit) itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades imutilem eam iudicauit. Quod in his verum est, quibus aliis facile, nec tutò resolutur, quiq; facile inhorrēscunt. Perpetuum in omnibus non est, cùm potius naturale sit, potionē astucantē stomachum refrigerari, frigentē calescere. Quod ita prēcipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causā sudanti adhuc frigidū bibendū esse. Solet etiam prodesse, post varium cibum, frequentesq; dilutae potionēs, vomitus, & postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget, in vicē modo aqua, modo vinum bibendum est, raroq; balneo utēdum. Leuatq; lassitudinē etiam laboris mutatio, eumq; quem nouum genus eiusdem laboris pressit (id quod in consuetudine est) reficit. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est, insolitū contrā lassat. Quod enim contra consuetudinem est, nocet, seu molle, seu durum est. Propria quadam ad eum pertinet, qui ambulando fatigatur: hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio, post iter, primum sedile, demde vnetio, tum calida aqua in balneo magis superiores partes, quam inferiores foueat. Si quis verò exultus in sole est, huic in balneum protinus eundum est, perfundendumq; oleo corpus & caput,

put, deinde in solium bene calidum descendendum est, tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida. At ei qui perfixit, opus est balneo primum imvoluto sedere donec insudet, tum vngi, deinde lauari, cibum modicum, deinde potionem meracas assumere. Is vero qui nauigabit, & nausea pressus est, si multam bilem euomuit, vel abstinere cibo debet, vel paulum aliquid assumere. Si pituitam acidam effudit, utique sumere cibum, sed assueto leuorem: si sine vomitu nausea fuit, vel abstinere, vel post cibum vomere. Qui vero toto die, vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit, huic nihil currendum, sed lentè ambulandum est. Lenta quoque in balneo mora, dein cena exigua prodeesse consueuerunt. Si quis in balneo astuat, reficit hunc ore exceptum, & in eo retentum acetum. Si id non est, eodem modo frigida aqua assumpta. Ante omnia autem norit quisque naturam sui corporis: quoniam alijs graciles, alijs obesi sunt, alijs calidi, alijs frigidiores, alijs humidi, alijs sicci, alios astricula, alios resoluta aliuss exercet. Raro quisquam, non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis vero homo implere se debet, plenus extenuare: calidus refrigerare, frigidus calefacere: madens siccare, siccus madefacere: itemque aluum firmare is, cui fusca, soluere is, cui astricula est. Succurrendumque semper parti maxime laboranti est. Implet autem corpus modica exercitatio, frequenter quies, & nictio, & si post prandium est balneum, contra-

Et a aliis, modicum frigus hyeme, somnus et
 plenus et non nimis longus, molle cubile, animi
 securitas, assumpta per cibos et potionis maxi-
 mè dulcia et pinguia, cibus et frequentior, et
 quantus plenissimus potest concoqui. Extenuat
 corpus aqua calida, si quis in eam descendit, ma-
 gisq; si salsa est, in ieiunio balneum, inurens sol,
 et omnis calor, cura, vigilia, somnus nimium
 vel brevis, vel longus, lectus per aestatem terra,
 hyeme durum cubile, cursus, multa ambulatio,
 omnisq; vehemens exercitatio, vomitus, deiectionis,
 acide res et austera, et semel die assumptae
 epule, et vini non perfrigidi potio ieiuno in
 consuetudinem adducta. Cum vero inter exte-
 nuantia posuerim vomitum, et deiectionem, de
vomitus his quoq; propria quedam dicenda sunt. Eiectum
 esse ab Asclepiade vomitu in eo volumine, quod
 de Tuenda sanitate composuit, video, neq; repre-
 hendo, si offensus eorum est consuetudine, qui qua-
 tidie ejiendo vorandi facultatem moluntur.
 Paulò etiam longius processit. Idem purgationes
 quoq; eodem volumine expulit. Et sunt haec per-
 niciose, si nimis valentibus medicamentis fiunt.
 Sed haec tamen submouenda esse non est perpe-
 tuum, quia corporum temporumq; ratio potest ea
 facere necessaria, dum et modo, et non nisi cum
 opus est, adhibeantur. Ergo ille quoque ipse, si
 quid iam corruptum esset, expelli debere confessus
 est. Ita non ex toto res condemnanda est. Sed esse
 eius etiam plures causae possunt, estq; in ea que-
 dam

dam paulo subtilior obseruatio adhibenda. Vomitus
 utilior est hyeme, quam aestate. Nam tum
 & pituita plus, & capitis grauitas maior sub-
 est. Inutilis est gracilibus, & imbecillum stomacum
 habentibus. Utilis est plenis & biliosis o-
 mnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum
 concoixerunt. Nam siue plus est, quam quod con-
 coqui possit, periclitari ne corrumpatur, non opor-
 tet. Si vero corruptum est, nihil commodius est,
 quam id, qua via primum expelli potest, ejcere.
 Itaq; ubi amari ruetus cum dolore & grauita-
 te praecordiorum sunt, ad hunc protinus confugien-
 dum est. Item prodest ei, cui pectus aestuat, &
 frequens saliva, vel nausea est, aut cui sonant au-
 res, aut madent oculi, aut os amarum est. Simili-
 terq; ei, qui vel cælum vel locum mutat. Hisq; qui-
 bus (si per plures dies non vomuerūt) dolor pra-
 cordia infestat. Neq; ignoro inter haec præcipi
 quiete, quæ non semper contingere potest agendi
 necessitatem habentibus, nec in omnibus idem
 facit. Itaq; istud luxuriæ caufsa fieri non opor-
 tere confiteor. Interdum valetudinis caufsa reclè
 fieri, experimentis credo. Commoneo tamen, ne
 quis, qui valere, et senescere volet, hoc quotidiana-
 num habeat. Qui vomere post cibum volet, si ex
 facili facit, aquam tanquam tepidam antè debet
 assumere: si difficilius, aquæ vel salis, vel mellis
 paulum adiucere. At qui mane vomiturus est, Preuocan-
 tia vomitu.
 ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radi-
 culam debet, deinde aquam tepidam, ut supra

scriptum est, bibere. Cetera que antiqui medici
præcepérunt, stomachum omnia infestant. Post
vomitū (si stomachus infirmus est) paulum cibi,
sed huius idonei, gustandū, & aquæ frigidæ
eyathi tres bibendi sunt. Si autem vomitus fau-
ces exasperauit, qui vomuit (si mane id fecit)
ambulare debet, tum vngi, deinde cænare. Si post
cænam, postero die lauari, & in balneo sudare,
hinc proximus cibus, mediocris utilior est, isq;
esse debet cum pane hæsterno, vino austero, me-
reco, & carne assa, cibisq; omnibus quam siccis-
simis. Qui vomere bis in mense vult, melius com-
sulet, si biduo continuarit, quam si post quintum
demū diem vomuerit, nisi hæc mora grauitatem
Deiectio. pectori faciet. Deiectio autē medicamento quoq;
petenda est, ubi venter suppressus parum reddit,
ex eoq; inflammationes, caligines, capitis dolor-
es, aliaq; superioris partis mala increscent. Quid
enim inter hæc adiuuare possunt quies & me-
dia, quæ per illam maxime eueniunt? Qui ej-
cere volet, primum cibis, vinisq; vtetur his, que
hoc præstant. Dehinc si parum illa proficiunt,
Purgatio- aloen sumat. Sed Purgationes quoq; ut interdum
nes. necessarie sunt, sic ubi frequentes sunt, pericu-
lum afferunt. Assuetus enim non ali corpus, &
ob hoc infirmum erit, cum omnibus morbis obno-
xia maxime infirmitas sit. Calefacit autem vni-
ctio, aqua salsa, magisq; si calida est, omnia &
salsa, amara, carnosa, si post cibum est balneum,
vinum austero: refrigerat in ieiunio & bal-
neum

neum & somnus, nisi nimis longus est, et omnia
acida, aqua quam frigidissima, oleum si aqua
misceatur. Humidum autem corpus efficit labor
maior, quam ex consuetudine, frequens bal- *aliás, mi-
neum, cibus plenior, multa potio, post hac ambu- nor
latio, & vigilia: per se quoq; ambulatio multa,
& vehemens, & matutina exercitatio, & non
protinus cibus adieclus, ea genera esca que re-
niunt ex locis frigidis, & pluvijs, & irriguis.

Contra ficit, *modica exercitatio, fames, vnclo *aliás, im-
sine aqua, calor, sol *modicus, frigida aqua, cibus modica
exercitationi statim subieclus, & is ipse ex sic- *aliás, im-
cis & astuosis locis veniens. Alium astringit modicus
labor, sedile, creta figuralis corpori illita, cibus
imminutus, & is ipse semel die assumptus ab eo,
qui bis solet: exigua potio, neque adhibita, nisi
cum cibi quis quantum assumpturus est, cepit:
post cibum quies. Contra soluit, aucta ambula-
tio atque esca, post motus qui post cibum est, sub-
inde potionis cibo immixtae. Illud quoque scire
oportet, quod ventrem vomitus solutum compri-
mit, compressum soluit. Itemq; comprimit is vo-
mitus, qui statim post cibum est: soluit is, qui
tarde superuenit. Quod ad etates vero pertinet,
in diem facilime sustinent mediae etates, mi-
nus iuvenes, minime pueri, & senectute conse-
cti. Quo minus fert facile quisq; eo saepius debet
cibus assumere, maximeq; eo eget, qui increscit.
Calida lauatio, & pueris & senibus apta est.
Vinum dilutius pueris, senibus meracium, neutrī

etati quæ inflationes mouent. Iuuenum minus,
quæ assumant, & quomodo curentur, interest.
Quibus iuuibus fluxit aliis, plerique in sene-
citate costrahitur: quibus in adolescētia fuit astri-
cta, saepe in senectute soluitur. Melior est autem
in iuuene fūsor, in sene astrictior. Tempus quoq;
anni considerare oportet. Hyeme plus esse conue-
nit: minus, sed meracius bibere: multo pane vti,
carne potius elixa, modicè oleribus: semel die ci-
bum capere, nisi si nimis venter astrictus est. Si
prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, &
ipsum siccum sine carne, sine potionē sumere. Eo
tempore anni calidis omnibus potius vtendū est,
vel calorē mouentibus. Venus tum non aquè per-
nicioſa est. At vere paulum cibo demēdum, adij-
ciendumq; potionē, sed dilutius tamen bibendum
est. magis carne vtendum, magis oleribus: trans-
eundū paulatim ad assa ab elixi. Venus eo tem-
pore anni tutissima est. Aestate vero & potionē
& cibo corpus ſepiuſ eget. Ideo prandere quoq;
commodum est. Eo tempore aptissima ſunt &
caro, & olus, potio quam dilutissima, ut &
ſitum tollat, nec corpus incendat, frigida lauatio,
caro affa, frigidī cibi, vel qui refrigerent. Ut ſe-
pius autē cibo vtendum, ſic exiguo est. Per au-
tumnū propter cæli varietatē periculum ma-
ximum est. Itaq; neq; ſine ueste, neq; ſine calce-
mentis prodire oportet, p̄cipueq; diebus frigi-
dioribus: neq; ſub diu nočle dormire, aut certe
bene operiri. Cibo vero iam paulo pleniore vti
licet:

licet : minus, sed merarius bibere. Poma nocere quidam putant, que immodicè toto die plerunq; sic assumuntur, ne quid ex densiore cibo remittatur. Ita non hæc, sed consummatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minus, quam in his noxae est. Sed his uti non sepius, quam alio cibo conuenit. Deniq; aliquid densiori cibo, cum id accedit, necessarium est demi. Neque æstate verò, neque autumno utilis venus est. Tolerabilior tamen per autumnum : æstate verò in totum, si fieri potest, abstinendum.

De his qui aliqua parte corporis laborant,
& primum de his quibus caput infirmum est.

C A P. IIII.

Proximum est, ut de his dicam, qui partes alias corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum est, si bene concoixerit leniter perficere id manè manibus suis debet: nunquam id (si fieri potest) ueste velare, aut ad cutem tonderi: utileq; lunam vitare, maximeq; ante ipsum lunæ, solisq; concursum : sed nunquam post cibum progredi. Si cui capilli sunt, eos quotidie peclere, multum ambulare : sed (si licet) sub teclo, neq; in sole. Vbiique autem vitare solis ardorem, maximeq; post cibum & vinum: potius vngi quam lauari, nunquam ad flamnam vngi, interdum ad prunam. Si in balneum venit, sub ueste primum paulum in tepidario insudare, ibi vngi, tum transire in calidarium : ubi sudabit, in solum non descendere, sed multa calida aqua per-

c 5 caput

caput se totum perfundere : tum tepida vti, deinde
frigida, dintiusq; ea caput, quam ceteras par-
tes perfundere : deinde id aliquandiu perfrica-

Aqua fri- re : nouissime detergere & vngere. Capiti nihil
gida capitii aequè prodest, atq; aqua frigida : itaq; is, cui hoc
prodest. infirmum est, per aestatem id bene largo canali
quotidie debet aliquandiu subijcere. Semper au-
tem, etiam si sine balneo vncus est, neque totum
corpus refrigerare sustinet, caput tamen aqua
frigida perfundere. Sed cum ceteras partes at-
tingi nolit, demittere id, ne ad ceruices aqua de-
scendat, eamq; ne quid oculis, alijs' ue partibus
noceat, defluentem subinde manibus ad os rege-
rerc. Huic modicus cibus necessarius est, quem
facile concoquat : isq; , si ieiunio caput lreditur,
assumendus etiam medio die est : si non lreditur,
semel potius. Bibere huic assidue vinum dilutum,
leue, quam aquam magis expedit : ut cum caput
grauius esse cœperit, sit quo cōjugiat: eiq; ex toto
neq; vini, neq; aqua semper utilia sunt: medica-
mentis vtrunq; est, cum iniucem assumitur. Scri-
bere, legere, voce contendere, huic opus non est,
vtiq; post cœnā, postquam nec cogitatio quidē ei
satis tuta est, maxime tamē vomitus alienus est.

De his qui lippitudine, grauedine, destillatione,
tonsillisq; laborant. C A P. V.

NEQUE verò his solis, quos capitii imbecilli-
tatis torquet, vñsus aquæ frigide prodest:
sed ijs etiam, quos assidue lippitudines, grauedi-
nes, destillationes, tonsillæq; male habent. His
autem

autem non caput tantum quotidie perfundendum est, sed os quoque multa frigida aqua fouendum est: praeципueq; omnibus, quibus hoc utile auxilium est, eo utendum est, ubi grauites cœlum Austris reddidærunt. Cumq; omnibus inutilis sit, post cibum aut contentio, aut cogitatio animi: tñ his præcipue, qui vel capitis, vel arteriaæ dolores habere consueuerunt, vel quoslibet alios oris affectus. Vitari etiā grauidines, destillationesq; possunt, si quam minime eū (qui his opportunitus est) aërem vel loca, aquasq; mutet, si caput in se protegit, ne incendatur, ne'ue subitum ex repentino nubilo frigus id moueat, si post coctionem iejunus caput radit, si post cibum neque legit, neq; scribit.

Ad solutam alnum remedia. C A P. VI.

Quem verò frequenter citata aliud exercet, huic opus est pila, similibusq; superiores partes exercere, dum iejunus est ambulare, vitare solis nimium ardore, continua balnea, vngi citra sudorem, non uti cibis varijs, minimeq; intulensis, aut leguminibus, oleribus'ne his, que celeriter descendunt, omnia denique fugere quæ tarde concoquuntur. Venatio, duriq; pisces, et ex domesticis animalibus assa caro maximè innant. Nunquam vinum falsum bibere expedit, Plin. lib. ne tenui quidem, aut dulce, sed austерum, & plenius, neq; id ipsum peruetus. Si multo uti volet, id ex decocto melle faciēdū est. Si frigidæ potionis ventrem eius uoturbant, his utendum potissimum

Tenui,
Dulce,
Austerū,
Plenius,

tissimum est. Si quid offensæ in cæna sensit, vomere debet, idq; postero quoq; die facere, tertio modici ponderis panæ ex vino esse, adiecta vua vel olea, vel ex defruto, similibusq; alijs, deinde ad consuetudinem redire. Semper autem post cibum conquiescere, ac neq; intendere animum, neq; ambulatione, quamvis leui, dimoueri.

Remedia ad coli dolorem. C A P. VII.

ET si laxius intestinū dolere consuevit (quod nōn nominant) cum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione, et alijs generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoq; et potionibus calidis: deniq; omnimodo frigus evitetur, item dulcia omnia, leguminaq;, et quicquid inflare consuevit.

Quæ agenda sint stomacho laborantibus.

C A P. VIII.

SI quis verò stomacho laborat, legere clare debet: post lectione ambulare: tum pila, vel armis, alio'ue quo genere, quo superior pars mouetur, exerceri: non aquam, sed vinum calidum bibere ieunus: tum cibum bis die assumere, sic tamen ut facile concoquat: uti vino tenui, et austero, et post cibum frigidis potionibus potius. Stomachū autem infirmum indicant, pallor, maces, præcordiorum dolor, nausea, et nolentium vomitus, in ieuno dolor capit. Quæ in quo non sunt, is firmi stomachi est. Neq; credendum utiq; nostris est, qui cum in aduersa valetudine vi-

num

num aut frigidam aquam concupierunt, deliciarum patrocinium in accusationem, non merentis stomachi habent. At qui tardè concoquunt, & quorum ideo præcordia inflatur, qui ue propter ardorem aliquem noctu sitire consueuerunt, antè quam conquiescant, duos, tres' ne cyathos per tenuem fistulam bibant. Prodest etiam aduersus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare, tum vel vngi, vel lauari assidue, vinum frigidum bibere, & post cibum magnam potionem, sed (ut supra dixi) per siphonem, deinde omnes potiones aqua frigida intercludere. Cui vero cibus acescit, is ante eum bibere aquam egreditam debet, & vomere. At is cui ex hoc frequens deiectione incidit, quoties aliis ei constituit, frigida potionem potissimum vtatur.

Quid obseruandum sit dolore neruorum laborantibus.

C A P . I X .

Si cui vero dolere nerui solent (quod in podagra, chiragra' ue esse consuevit) huic quantum fieri potest, exercendum id est, quod affectum est, obiciendumq; labori & frigori, nisi cum dolor increvit. Sub dio quies optima est. Venus semper inimica est. Cococtio (sicut in omnibus corporis affectibus) necessaria est. Cruditatis enim id maxime ludit, & quoties offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit. Ut concoctio autem omnibus vitijs occurrit, sic rursus alijs frigus, alijs calor. Que sequi quisq; pro habitu corporis sui debet. Frigus inimicum est semi, tenui, vulneri,

vulneri, præcordijs, intestinis, vesicæ, auribus, coxis, scapulis, naturalibus, osib; dextib; nervis, vulnæ, cerebro. Idem summam cutem facit pallidam, aridam, duram, nigrā. Ex hoc horrores, tremoresq; nascuntur. At prodest iuuenibus, & omnibus plenius, erectiorq; mens est, & melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cauetur. Aqua verò frigida infusa, præterquam capiti, etiam stomacho prodest. Item articulis, doloribusq; qui sunt sine ulceribus. Item rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant. Calor autem adiuuat omnia que frigus infestat. Item lippientes si nec dolor, nec lacrymæ sunt. Nervos quoque qui contrahuntur, præcipueq; ea vlerera, que ex frigore sunt. Idem corporis colorem bonum facit, vrinam mouet. Si nimius est, corpus effeminat, nervos emollit, stomachum soluit. Minime verò aut frigus, aut calor tutæ sunt, ubi subita insuetis sunt. Nam frigus latenter dolores, aliaq; vitia: frigida aqua strumas excitat. Calor concoctionem prohibet, somnum auspert, sudorem digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit.

Obseruatio in pestilentia.

C A P . X.

Est etiam obseruatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, cum tam securus esse non possit. Tunc igitur oportet peregrinari, nauigare. Vbi id non licet, gestari, ambulare sub diuo, ante aestum leniter, eodemq; modo vngi, & vt supra comprehensum est, vitare fatig

fatigationem, crudelitatem, frigus, calorem, libidinem, multoq; magis se continere, si qua grauias in corpore est: tum neq; mane surgendum, neq; pedibus nudis ambulandum est, minimeq; post cibum, aut balneum, neq; ieuno, neq; cænato vomendum est. Neque mouenda aliud, atque etiam si per se mota est, comprimenda est. Abstinendum potius, si plenius corpus est. Itemq; vitandum balneum, sudor, meridianus somnus, utique si cibis quoque antecedit, qui tamen semel die tunc commodius assumitur: insuper etiā modicus, ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicem modò aqua, modò vinum bibendum est. Quibus seruatis, ex reliqua victus consuetudine, quām minimū mutari deberet. Cum vero hæc in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime, quām austri excitarint. Atque etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi graui tempore anni discesserunt ex suis sedibus, vel ubi in graues regiones venerunt. Ac si cetera res aliqua prohibebit, utiq; abstinere debet. Atq; ita ab vino ad aquam, ab hac ad vinum eo, qui suprapositus est, modo transitus ei esse.

LIBER II.



N STANTIS autē aduersis & valetudinis signa complura sunt. In quibus explicādis, nō dubitabo autoritate antiquorum virorum uti, maximeq; Hippocratis: cum recentiores quoque Medicis

Medici, quāvis quædam in curationibus mutarint, tamen hæc illum optimè præsagisse fateantur. Sed antequā dico, quibus præcedētibus morborum timor subsit, non alienū videtur expōne-re, quæ tempora anni, quæ tempestatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora maximè tutæ, vel periculis opportuna sint, quod genus aduersæ valetudinis in quoq; timeri maximè possit. Non quò non omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis ætatis, omnis habitus hominū per omnia genera morborum & agrotent, & moriantur: sed quodd frequentius tamen quædam eueniant. Ideoq; utile est scire vnumquemque, quid, & quando maxime caueat.

Quæ anni tempora, quæ tempestatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora vel tutæ, vel morbis opportuna sint: & quod valetudinis genus in quoque timeri possit. C A P. I.

Igitur saluberrimum ver est, proxima deinde ab hoc hyems, periculosior astas, autumnus longe periculosissimus. Ex tempestatibus verò optimæ æquales sunt, siue frigidæ, siue calidæ: pessimæ, quæ variant maxime. Quò fit, ut Autumnus plurimos opprimat. Nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atq; matutinis, simulq; etiam vespertinis frigus est. Corpus ergo & æstate, & subinde meridianis caloribis relaxatum, subito frigore excipitur. Sed ut eo tempore id maximè sit, sic quādocunq; euenit, noxiis est. Vbi æqualitas autem est, tamen saluberrimi-
sunt

sunt sereni dies, meliores pluviū, quām tantum Pluviū,
 nebulosi, aut nubili, optimi q; hyeme qui omni Nebulosi,
 vento vacant: estate quibus Fauoniū perflant.
 Nubili.
 Si genus aliud ventorū est, salubriores Septen-
 trionales, quām Subsolani, vel Austri sunt. Sic
 tamen, vt hæc interdum regionum sorte muten-
 tentur. Nam ferè ventus ubiq; à mediterraneis
 regionibus veniens salubris, à mari grauis est.
 Neq; solum in bono tempestatum habitu certior
 valetudo est, sed priores morbi quoq; (si qui inci-
 derunt) leuiores sunt, et promptius finiuntur.
 Pessimū ergo cœlum est, quod ægrum fecit, adeo
 vt in id quoq; genus, quod natura peius est in
 hoc statu, salubris mutatio sit. Actas media tu-
 tissima est, quæ neq; iuventæ calore, neq; senectu-
 tis frigore infestatur. Longis morbis senectus,
 acutis adolescentia magis patet. Corpus autē ha- Corp⁹ qua-
 biliſſimum quadratum est, neq; gracile, neq; ob- dratum.
 esum. Nam longa statura, vt in iuventa decora
 est, sic matura senectute conficitur. Gracile cor-
 pus, infirmū: obesum, hebes est. Vere tamē maxi-
 mè quecunq; humoris motu nouantur, in metu
 esse consuerunt. Ergo tum lippitudines, pustulae,
 profusio sanguinis, abscessus corporis, quæ æato-
 thuxætæ Græci nominat, bilis atra, quā μελαχ-
 ρονίαρι appellat, insania, morbus comitialis, an-
 gina, grauedines, destillationes oriri solent. Hi
 quoq; morbi qui in articulis, neruisq; modo vir-
 gent, modo quiescunt, tum maximè et inchoan-
 tur et repetuntur. At actas non quidē vacat ple-
 d risip

risq; ab his morbis, sed adiuit febres, vel conti-
 nuas, vel ardentes, vel tertianas, vomitus, aliis
 deiectiones, auricularū dolores, ulcera oris, can-
 cros, & in ceteris quidē partibus, sed maxime
 obsecnis, & quicquid sudore hominem resoluit.
 Vix quicquā ex his in autumnum non incidit:
 Febres in- sed oriuntur eo quoq; tēpore febres incertae, lienis
 certe. dolor, aqua inter cutem, tabes, quā Græci φθίσιμη
 nominant: vrinæ difficultas, quam στραγγίας
 appellant: tenuioris intestini morbus, quē Ελεον
 nominant. Fit item lenitas intestinorum, que
 a vestrigia vocatur, coxae dolores, morbi comi-
 tiales. idemq; tempus & diutinis malis fatiga-
 tos, & ab astate tantum proxima oppressos in-
 terimit, & alijs nouis morbis conficit, & quof-
 dam longissimis implicat, maximeq; quartanis,
 que per hyemem quoque exerceant. Neq; aliud
 magis tēpus pestilentiae patet, cuiuscunq; ea gene-
 ris est, quāvis varijs rationibus nocet. Hyems au-
 tem capitis dolores, tussim, & quicquid in fau-
 cibus, in lateribus, in visceribus mali contrahit.
Aquilo. tur, irritat. Ex tēpestatibus Aquilo tussim mo-
 uet, fauces exasperat, ventrē astringit, vrinam
 supprimit, horrores excitat, item dolores lateris
 & peccoris. Sanū tamen corpus spissat, & mobi-
Auster. lius, atq; expeditius reddit. Auster aures hebe-
 tat, sensus tardat, capitis dolores mouet, alium
 soluit, totū corpus efficit hebes, humidu, langui-
 dum. Ceteri venti quo vel huic vel illi propiores
 sunt, eo magis vicinos his illis ue affectus faciunt.
Deniq;

Deniq; omnis calor & iecur, & lienem inflam-
 mat: mentem hebetat: vt anima deficiat, vt san-
 guis prorumpat, efficit. Frigus modo neuorum
 distentionē, modo rigorem infert, illud σπασμὸς,
 hoc τέταρτον & Græcè nominatur: nigriciem in
 ulceribus, horrorē in febribus excitat. Insicca-
 tibus acutæ febres, lippitudines, tormina, vrine
 difficultas, articulorū dolores oriuntur. Per hym-
 bres longæ febres, alii deiectiones, angina, can-
 cri, morbi comitiales, resolutio neuorum, quam
 παγάλυσιν Græci nominant. Neq; solum inter-
 est, quales dies sint, sed etiam quales antè pre-
 cesserint. Si hyems sicca Septentrionales ventos
 habuit, ver autem Austros & pluuias exhibet,
 ferè subeunt lippitudines, tormina, febres, maxi-
 meq; in mollieribus corporibus, ideoq; præcipue
 in mulieribus. Si vero Austri, pluiaeq; hyeme
 occuparunt, ver autē frigidum et siccum est, gra-
 uidæ quidem fœmmæ, quibus diu adest partus,
 abortu periclitatur. He verò que giguant, imbe-
 cillosq; , vixq; vitales edunt. Ceteros lippitudo
 arida, & si seniores sunt, grauedines, atq; destil-
 lationes male habet. At si à prima hyeme Au-
 stri ad ultimū ver continuarunt, laterū dolores,
 & insania febricitantiū, quā φρενῖτιον apellant,
 quam celerrime rapiunt. Vbi primò calor à pri-
 mo vere orsus, æstatē quoq; simile exhibet, ne-
 cessē est multū sudore in febribus subsequi. At si
 sicca estas Aquilones habuit, autūno vero hym-
 bres, Austriq; sunt, te_rritia, me que proxima
 d 2 est

est tussis, deſtillatio, rauitas, in quibusdā etiam
 tabes, oriuntur. Sin autem autumnus quoq; æquè
 ficcus, iſdem Aquilonibus perſiatur, omnibus
 quidē mollioribus corporibus, inter quæ mulie-
 bria eſſe proposui, ſecunda valetudo contingit.
 Durioribus vero inſtare poſſunt & aride lip-
 pitudines, et febres partim acutæ, partim longæ,
 & hi morbi, qui ex atra bile naſcuntur. Quod
 ad etates vero pertinet, pueri, proximiq; lñs, ve-
 re optime valēt, & estate prima tutiſſimi ſunt:
 Senes & late, & autumni prima parte: iuuenes
 hyeme, quiq; inter iuuentam ſeneclutemq; ſunt.
 Inimicioſ ſenibus lyrem, & ſtas adolescentibus
 eſt. Tum ſi qua imbecillitas oritur, proximū eſt,
 ut infantes, teneroſq; adhuc pueros ſerpentia
 veera oriſ (qua æphœs Graci nominant) vomit-
 tus, nocturnæ vigiliae, aurii humor, circa vmbi-
 licum inflamationes exerceant. Propriè etiā den-
 tientium gingivuarum exulcerationes, diſtētiones
 neruorum, febrieulæ interdum, alii deiectioni-
 nes, *maximeq; canini dentibus orientibus ma-
 le habent. Que pericula plenisſimi cuiusq; ſunt,
 & cui maximè venter adſtrictus eſt. At ubi
 etas paulum processit, glandula, & vertebrarū
 que in ſpinaz ſunt, aliquæ inclinationes: ſtruma,
 verrucarum quædam genera dolentia (ænzo &
 gloveres Graci appellant) & plura dia tubercu-
 la oriuntur. Incipiente vero iam pube, ex iſdem
 multæ & longæ febres, ſanguinis ex naribus
 cursus. Maxime nos h̄is pueritia primum circa
 omni
 quadrag

quadragesium diem, deinde septimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infans incident, ac neq; pubertate, neque primis coitibus, neq; in fœmina primus menstruis finita sunt, fere longa sunt. Sæpius tamen morbi pueriles, qui diutius manserunt, terminantur. Adolescensia morbis acutis, item comitalibus, tabiq; maxime obiecta est, fereq; iuvenes sunt, qui sanguinem expunt. Post hanc etatem laterum & pulmonis dolores, lethargus, cholera, insanias, sanguinis per quædam etiam velut ora venarum (αίμονόδαις Græci appellant) profusio. In senectute spiritus & urinæ difficultas, grauedo articulorum, & renum dolores, neruorum resolutiones, malus corporis habitus (νοεχεῖαι Græci appellant) nocturnæ vigiliae, vitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, præcipueq; soluta aliis, & quæ sequuntur hanc tormenta, vel levitas intestinorum, ceteraque fusi ventris mala. Prater hæc graciles, tabes, deiectiones, destillationes. Item viscerum & laterum dolores fatigant. Obesi plerunque acutis morbis, & difficultate spirandi strangulantur, subitoq; sape moriuntur. Quod in corpore tenuiore vix euenerit.

De signis aduersæ valetudinis futuræ. *notis.

C A P. II.

ANTE aduersam autem valetudinem (ut su præ dixi) quædam notæ oriuntur, quarum omnium communis est, aliterne corpus habere, atq;
d ; confue

consuevit, neq; in peius tantū, sed etiam in melius. Ergo si plenior aliquis, et speciosior, & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Quæ quia neq; in eodem habitu subsistere, neq; ultrà progredi possunt, ferè retro, quasi ruinna quadam, renoluntur. Peius tamen signum est, vbi aliquis contra consuetudinem emacruit, & colorem decoreret; amissit, quoniam in his quæ superant, est quod morbus demat: in his quæ desunt, non est quod ipsum morbum ferat. Prater hanc protinus timeri debet, si grauiora membra sunt, si crebra ulcera oriuntur, si corpus supra consuetudinem incaluit, si grauior somnis pressit, si tumultuosa somnia fuerunt, si saepius exergescitur aliquis, quam assuevit, deinde iterum soporatur, si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat, maximeq; circa pectoris, aut cervices, aut crura, vel genua, vel coxae. Item si marcat animus, si loqui & moueri pigret, si corpus torpet, si dolor præcordiorum est, alias, aut totius pectoris, aut, qui in plurimis evenit, aut i pluribus capitis: si salua plenum est os, si oculi cum dolorimis vere vertuntur, si tempora astricla sunt, si membranis capitis inhibescunt, si spiritus grauior est, si circa frontem intentæ venæ mouentur, si frequentes oscillationes, si genua quasi fatigata sunt, totum' ve corpus lassitudinē sentit. Ex quibus sepe plura, nunquam nō aliqua, febrem antecedunt. In primis tamen illud considerandum est, nunquid saepius horum aliquis jueniat, ac ideo neque corporis

poris vlla difficultas subsequatur. Sunt enim quædam proprietates hominum, sine quarum notitia non facile quicquam in futurum presagiri potest. Facile itaq; securus est in his aliquis, que sèpe sine periculo evasit. Ille solicitari debet, cui hæc noua sunt, aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit.

Quæ bona in ægrotantibns signa sint.

C A P. III.

Vbi verò febris aliquem occupat, scire licet non periclitari, si in latus aut dextrum, aut sinistrum, ut ipsi visum est, cubat, erubibus paulum reducis: qui fere sani quoq; iacentis habitus est: si facile conuertitur, si noctu dormit, se interdiu vigilat, si ex facilis spirat, si non consilitatur, si circa umbilicum & pubem cutis plana est: si pectoralia eius sine ullo sensu doloris æqualiter mollia in utraque parte sunt: quod si paulo tumidiora sunt, sed tamē digitis cedunt, & non dolent, hec valetudo, ut spatiū aliquod habebit, sic tuta erit. Corpus quoque quod æqualiter molle & calidū est, quodq; æqualiter totum insudat, & cuius febricula eo sudore finitur, securitatem pollicetur, quando iam ad sanitatem venit corpus. Sternutamentū etiam inter bona indicia est: et cupiditas cibi, vel à primo seruata, vel etiam post fastidium orta. Neq; terrere debet ea febris, quæ eodē die finita est: ac ne ea quidem, quæ quamvis longiore tempore evanuit, tamen ante alteram accessionem ex toto quievit,

d 4 sic vt

sic ut corpus integrum quod èt inquives Graci
vocant, fieret. Si quis autem incidit vomitus, mix-
tus esse ex bile et pituita debet, et in urina
subsidere album, leue, aequale, sic ut etiam si que
quasi nubecula innatarint, in imum deferantur.
At veter ei qui à periculo tutus est, reddit mo-
dò mollia, figurata eodem ferè tempore, quo se-
cunda valetudine: assuevit modo convenientia his
que assumuntur. Peior cito aliud est. Sed ne hac
quidem terrere protinus debet, si matutinis tem-
poribus coacta magis est, aut si procedente tem-
pore paulatim contrahitur, et ruffa est, neq; fae-
ditate odoris similem aluum sani hominis exce-
dit. Ac lumbricos quoq; aliquos sub fine morbi
descendisse, nihil nocet. Si inflamatio in supe-
rioribus partibus dolorem tumoremq; fecit, bo-
num signum est. Sonus ventris inde ad inferio-
res partes euolutus, magisq; etiam si fine diffi-
cilitate cum stercore excessit.

Mala signa ægrotantium. CAP. 111.

Contra grauis morbi periculum est, ubi fu-
erit ager iacet, porrectis manibus et
cruribus, ubi residere vult, in ipso acuti morbi
impetu, præcipueq; pulmonibus laborantibus.
Vbi nocturna vigilia premitur, etiam si interdiu
somnus accedit. Ex quo tamen peior est, qui in-
ter quartam horam et noctem, quam qui ma-
tutino tempore ad quartam. Pessimum tamen
est, si somnus neq; noctu, neq; interdiu accedit: id
enim ferè sine continuo dolore esse non potest.
Aequè

Aequè verò signū malum est, etiam somno vltra debitum vrgeri, peiusq; quo magis se sopor interdiu, noctuq; continuat. Mali etiam morbi testimonium est, vehementer & crebro s̄parare, à sexto die cœpisse inhibescere, pus expuere, vix excreare, dolorem habere continuum, diffūculter ferre morbum, iactare brachia & crura, sine voluntate lacrymare, habere humorem glutinosum dentibus inherentem, cutem circa umbilicum & pubem macram, præcordia inflammatā, dolentia, dura, tumida, intenta: magisq; si hæc dextra parte, quam similitra sunt: periculosisssimum tamen est, si vene quoq; ibi veliementer agitantur. Mals etiam morbi signum est, nimis celeriter emacrescere, caput, & pedes, manusq; calidas habere, ventre & lateribus frigentibus, aut frigidas extremas partes acuto morbo vrgente, aut post sudorem inhibescere, aut post vomitum singultum esse, vel rubore oculos, aut post cupiditatē cibi, post uel longas febres hunc fastidire, aut multum sudare, maximeq; frigido sudore: aut habere sudores non per totum corpus & quales, quiq; febrem non finiant, & eas febres que quotidie tempore eodem reuertantur, que ve semper pares accessiones habent, neq; tertio quoq; die leuentur, que ve continuerunt, vel per accessiones increscant, per discessiones tantum mollientur, nec unquam integrum corpus dimittant. Pessimum est, si ne leuatur quidem febris, sed aequè concitata continua

nuat. Periculoso sum est etiam post arquatum morbum febre oriri, utiq; si precordia dextra parte dura manserunt, ac dolentibus his leua. Nulla acuta febris leuiter terrere eos debet: neq; unquam in acuta febre, ut à somno, non est terribilis nervorum distentio. Timere etiam ex somno, mali morbi est. Itemq; in prima febre protinus mentem esse turbatam, membrum've aliquod esse resolutum. Ex quo casu quāvis vita redditur, tamē id ferè membris debilitatur. Vomitus etiam periculosus est sincere pituitæ, vel bilis, peiorq; se viridis, aut niger est. At mala vrima est, in qua subsidunt subrubra, aut liuida: deterior, in qua quasi fila quedam tenuia, atq; alba: pessima ex his, si tanquam ex furfuribus factas nubeculas representat: diluta quoq; atq; alba ritiosa est, sed in phreneticis maxime. Alius autē mala est ex toto suppressa. Periculosa etiam quæ inter febres fluens, conquiescere hominem in cubili non patitur: utiq; si quod descendit est per liquidum, aut albidum, aut pallidum, aut spumans. Præter hæc periculum ostendit id quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, leue, album, idēq; subpallidum, vel si est aut liuidum, aut biliosum, aut cruentum, aut peioris odoris, quam ex consuetudine. Malum est etiam, quod post longas febres sincerum est.

De signis longæ valerudinis. C A P. V.

Post hæc indicia, notū est longum morbum fieri. Sic enim necesse est, nisi occidit. Neq;

vlla

Villa alia spes in malis magnis est, quam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigiturq; in id tempus, quod curationi locum prestat. Protinus tamen signa quedam sunt, ex quibus colligere possumus morbum, et si non interemerit, longius tamen tempus habiturum. Vbi frigidus sudor inter febres non acutus circa caput tantum, et cervices oritur: aut vbi febre non quiescente corpus insudat: aut vbi corpus modo frigidum, modo calidum est, et color aliis ex alio fit: aut vbi quod inter febres aliqua parte abscessit, ad sanitatem non peruenit: aut vbi eger pro spatio parum emacrescit. Item si urina modo liquida et pura est, modo habet quedam subsidentia, si leuia, atq; alba, rubra ve sunt, que in ea subsidunt, aut si quasdam quasi maculas representant, aut si bullulas excitat.

De indicijs mortis.

C A P . V I .

Sed inter huc quidem proposito metu spes tamen superest. Ad ultima vero iam ventum esse testantur, nares acutes, collapsa tempora, oculi concavi, frigidae languidaeque aures, et imis partibus leniter versae, cutis circa frontem dura et intenta, color aut niger, aut per pallidus, multaque magis si ita huc sunt, ut neque vigilia precesserit, neque ventris resolutio, neque media. Ex quibus causis interdum haec species oritur, sed uno die finitur. Itaque diutius durans mortis index est. Si vero in morbo vetere iam triduo talis est, in propinquuo mors est: magisque si preter

Habes de his indicijs Hippocratem ipsum in primo Prognosticon, unde haec auctor desumpsit, ut aliam milta in hoc secundo libro.

huc

haec oculi quoq; lumē refugiunt, & illacrymant,
 quæq; in ijs alba esse debent, rubescunt, atq; in
 hisdem venule pallent, pituitaq; in ijs innatans
 nouissimè angulis inherescit, alterq; ex his mi-
 nor est, hiq; aut vehicenter subsederunt, aut fa-
 cili tumidiiores sunt: perq; somnum palpebræ non
 committuntur, sed inter has ex albo oculorum
 aliquid apparet: neq; id fluens aliis expressit:
 eademq; palpebræ pallent, & idem pallor labra
 & nares decolorat. Eademq; labra & nares
 oculiq; & palpebrae & supercilia, aliqua' re
 ex his perueruntur, isq; propter imbecillitatem
 iam non audit, aut non videt: eadem mors de-
 nuntiatur, vbi ager supinus cubat, eiq; genua
 contracta sunt. Vbi deorsum ad pedes subinde
 delabitur. Vbi brachia & crura nudat, & in-
 aequabiliter dispergit, neq; his calor subest. Vbi
 hiat, vbi assidue dormit: vbi is qui mentis sue
 non est, neq; id facere sanus solet, dentibus stri-
 det. Vbi vlcus quod aut antè, aut in ipso mor-
 bo natum est, aridum, & aut pallidum, aut li-
 uidum factum est. Illa quoq; mortis indicia sunt,
 vngues, digitiq; pallidi, frigidus spiritus, aut si
 manibus quis in febre & acuto morbo vel in-
 sania, pulmonis' re dolore, vel capit, in ueste
 floccos legit, fimbrias' re diducit, vel in adiun-
 elo pariete, si qua minuta eminent, carpit. Do-
 lores etiam circa coxas & inferiores partes or-
 ti, si ad viscera transierunt, subitoq; desierunt,
 mortem subesse testantur, magisq; si alia quoq;
 signa

signa accesserunt. Neq; is seruari potest, qui si-
 ne* villo tremore febricitans, subito strangulatur, * alij, tu-
 aut deuorare sanguinem suam non potest. Cui' re in more. alij,
 eodem febris corporisq; habitu cernix converti- timore
 tur, sic vt deuorare aequè nihil possit. Aut cui si-
 mul & continua febris, & ultima corporis in-
 firmitas est: aut cui febre non quiescente, exte-
 rior pars friget, interior sic calet, vt etiam sitim
 faciat: aut qui febre aequè non quiescente simul
 & delirio, et spirandi difficultate vexatur: aut
 qui epoto veratro exceptus distensione neruo-
 rum est: aut qui ebrius obmutuit. Is enim febre,
 adiecta neruorum distensione consumitur, nisi
 aut febris* accessit, aut eo tempore, quo ebrietate * abscessit
 solui debet, loqui coepit. Mulier quoq; grauida,
 acuto morbo facile consumitur: & is cui somnus
 dolorem auget, & cui protinus in recenti mor-
 bo bilis atravel infra, vel supra se ostendit, cui' re
 alterutrum modo se prompsit, cu iam longo mor-
 bo corpus eius esset extenuatum & affectum.
 sputum etiam biliosum & purulentum, siue se-
 paratim ista, siue mixta prouenient, interitus
 periculum ostendunt. Ae si circa septimum diem
 tale esse coepit, proximum est, vt is circa qua-
 tumdecimum diem decedat, nisi alia signa mo-
 liora, peiorare accesserint: que quo leuiora,
 grauiorare subsecuta sunt, eo vel seniorum mor-
 tem, vel matuiores denuntiant. Sudor quoq;
 frigidus in acuta febre pestiferus est, atq; in o-
 mni morbo vomitus, qui rarus, & multorum
 colorum

colorum est, præcipueq; si malus in hoc odor est.

Ac sanguinem quoq; in febre vomisse, pestife-

* In ma-
gna crud-
itate, subau-
diendū est
morbi. Sic
i Prognos.
Hippocra-
tib. 2. Vri-
sa, mali odoris. Atq; in viris quidem & mulie-
ribus talis deterrima est. In pueris verò que te-
nus & diluta est. Alius quoq; varia pestifera
est, que strigentū, sanguinem, silem viridem,
aliquid modò diuersis temporibus, modò simul,
& in mistura quadam, discreta tamen repre-
sentat. Sed hac quidem potest paulo diutius tra-
here. In præcipiti verò iam esse denunciat que
liquida, eademq; vel nigra, vel pallida, vel pin-
guis est, utiq; si magna seeditas odoris accessit.
Illud interrogari me posse ab aliquo scio: Si cer-
ta futuræ mortis indicia sunt, quomodo interdum
deserti à medicis conualescant, quosdamq; fama
prodiderit in ipsis funeribus reuixisse? quinetiō
vir iure magni nominis Democritus, ne finitæ
quidem vitæ satis certas notas esse proposuit,
quibus medici credidissent: adeo illud non reli-
quit, ut certa aliqua signa futuræ mortis essent.
Aduersus quos ne illud quidem dicam, quod in
præcino saepe quedam notæ positaæ, non bonos, sed
imperitos medicos decipiunt. quod Asclepiades
funeri obuius intellexit, eum vivere, qui effere-
batur, ne protinus crimen artis esset, si quod pro-
fessoris

fessoris sit. Illa tamen moderatius subiçiam: Coniecluralem autem esse medicinam, rationemq; conieclure talem esse, et cum saepius aliquando responderit, interdum tamen fallat nos. Si quid itaq; vix in millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, cum per innumerabiles homines respondeat. Idq; non in his tantum, que pestifera sunt, dico: sed in his quoq; que salaria. Siquidem etiam spes interdum fruſtratur, & moritur aliquis, de quo medicus securus primò fuit. Quaeq; medēdi cauſa reperta sunt, nonnunquam in peius aliquid convertunt. Neq; id evitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest. Sed est tamen medicina fides, que multo saepius, perq; multo plures & agros prodet. Neq; tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse, et salutis et mortis.

Medicinae certitudine.

De notis, quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit. C A P. VII.

Sed cum proposuerim signa que in omni aduersa valetudine communia esse consueverunt, ea quoq; transibo, ut quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit notas, indicem. Quedam autem sunt, que antefebres, quedam que inter eas, quid aut intus sit, aut venturum sit, ostendunt. Ante febres, si caput graue est, aut ex somno oculi caligant, aut frequentia sternutamenta sunt, circa caput aliquis pituita ipetus timeri potest. Si sanguis aut calor abundant,

abundat, proximum est, ut aliqua parte profluuium sanguinis fiat. Si sine causa quis emacescit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus est. Si præcordia dolent, aut inflammatio grauis est, aut non toto die concocta fertur vrina, cruditatem esse manifestum est. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus constilantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam, & tumidam, aut capite, aut visceribus, aut alio laborant. Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutaturq; ei color, nec somnus accedit, ploratq; is assidue, metuenda neruoru distentio est. Frequens autem destillatio in corpore tenui longoq; tabem timendam esse testatur. Vbi pluribus diebus non descendit alius, docet aut subitam deiectionem, aut febriculam instare. Vbi pedes turgent, longæ deiectiones sunt, Vbi dolor in imo ventre & in coxis est, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet. Idem propositum periculum est his, quibus voluntas desideri est, venter nihil reddit, nisi & agrè & durum, tumor in pedibus est, idemq; modo dextra, modo sinistra parte ventris iniicem oritur atq; finitur: sed à iocinere id malū profici sci videtur. Eiusdē morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur (φρεσόν Graci nominant) coxaeq; dolores manent, eaq; neq; tempore, neq; remedij soluuntur. Dolor autem articulorū, prout in pedibus, manibus re, aut alia qualibet parte sic est,

est, ut eo loco nerui contrahantur, aut si id mem-
brum ex leui cauſſa fatigatum & que frigido ca-
lidoq; offenditur, ποδαρεγραι χειραρεγραι νε, vel
eius articuli in quo id ſentitur, morbum futurum
eſſe demuntiat. Quibus in pueritia ſanguis ex
naribus fluxit, deinceps defit, hi vel capitis
doloribus conſlictentur neceſſe eſt, vel in articu-
lis aliquis exulcerationes graues habeant, vel
aliquo morbo etiam debilitentur. Quibus fæmi-
nis menſtrua non proueniunt, neceſſe eſt capitis
acerbiſſimi dolores ſint, vel quelibet alia pars
morbo infestetur. Eademq; hi pericula ſunt, qui-
bis articulorum ritu, dolores, tumoresq; ſine
podagra ſimilibusq; morbis oriuntur & deſi-
nunt. Vtique ſi ſepe tempora iſdem dolent, no-
Etuq; corpora inſudant, frons prurit, lippitu-
nis metus eſt. Si mulier à partu veſcementes do-
lores habet, neque alia præterea ſigna mala ſunt
circa viſegnum diem, aut ſanguis per nares
erumpet, aut in inferioribus partibus aliiquid
abſcedet. Quicunq; etiam dolorem ingentem cir-
ca tempora & frontem habebit, iſ alterutra ra-
tione eum finiet, magisq; ſi iuuenis erit, per ſan-
guinis proſuſionem, ſi ſenior, per ſuppurationem.
Febris autem quæ ſubito ſine ratione, ſine bonis
ſignis ſint a eſt, ferè reuertitur. Cui ſances ſan-
guine & interdiu & noctu replentur, ſic ut
neque capitis dolores, neque præcordiorum, neq;
tufſis, neque vomitus, neque febricula præceſſe-
rit, huius aut in naribus, aut in fauicibus viciſſus

e reper

reperiatur. Si mulieri ex inguine febricula orta est, neque caussa apparet, vleus in vulva est.

Vrina. Vrina autem crassa, ex qua quod desidet album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem, metumq; morbi esse. Eadem viridis aut viscerum dolorem tumoremq; cum aliquo periculo subesse, aut certe corpus integrum non esse testatur. At si sanguis aut pus in vrina est, vel vesica, vel renes exulcerati sunt. Si hec crassa carunculas quasdam exiguae quasi capillos habet, aut si bullat, & male olet, & interdum quasi harenans, interdum quasi sanguinem trahit, dolent autem coxae, quoq; inter has, superq; pubem sunt, & accedunt frequentes ruelas, interdum uomitus biliosus, extremaeq; partes frigescunt, vrime crebra cupiditas, sed magna difficultas est, & quod inde excretum est aquae simile, vel ruffum, vel pallidum est, paulum tamen in eo leuamenti est, aliud vero cum multo spiritu redditur, utiq; in renibus vitium est. Aut si paulatim destillat, vel si sanguis per hanc editur, & in eo quedam cruenta concreta sunt, idq; ipsum cum difficultate redditur, & circa pubem inferiores partes dolent, in eadem calculosi. vesica vitium est. Calculosi vero his indicis cognoscuntur: Difficulter vrina redditur, paulatimq; interdum etiam sine voluntate destillat. Eadem harenosa est, nonnunquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentum aliquid cum ea excernitur. Eamq; quidam promptius recti,

quidam

quidam resupinati, maximeq; hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati redunt, colemq; extendendo, dolorem leuant. Gravitatis quoquo cuiusdam in ea parte sensus est, atque ea cursu omniq; motu augentur. Quidam etiam cum torquentur, pedes inter se subindo mutatis vicibus implicant. Fœmine verò oras naturalium suorū manibus admotis scabere crebro coguntur. Nonnunquam si digitum admoveunt, vbi vesicæ ceruicem is vrget, calculum sentiunt. At qui spumantem sanguinem excreant, his in pulmone vitium est. Mulier grauide sine modo fusa alius elidere partum potest. Eadem si lac ex mammis profluit, imbecillum est quod intrus gerit. Duræ mammae sanū illud esse testantur. Frequens singultus, & præter consuetudinem continuus, iecur inflammatum esse significat. Si tumores super ulcera subito esse desierunt, idq; à tergo incidit, vel distentio nervorum vel rigor tinneri potest. At si à priore parte id euenit, vel lateris acutus dolor, vel insania expetanda est. Interdum etiam huiusmodi casum, que tutissima inter haec est, profusio alui sequitur. Si ora venarum, sanguinem solita fundere, subito suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut tabes sequitur. Eadem tabes subit, si in lateris dolore orta suppurratio, intra quadragesima dies purgari non potuit. At si longa tristitia cum longo timore & vigilia est, atrocibilis morbus subest. Quibus sepe ex naribus fluit sanguis, his

aut lientumet, aut capitis dolores sunt, quos sequitur, aut quedam ante oculos tanquam imagines obuersentur. At quibus magni lienes sunt, his gingiuæ male sunt, & os olet, aut sanguis aliqua parte prorumpit. Quorum si nihil euemit, necesse est in cruribus mala ulcera, & ex his nigrae cicatrices fiant. Quibus caussa doloris, neque sensus eius est, his mens labat. Si in ventrem sanguis confluxit, ibi impus vertitur. Si à coxis, & ab inferioribus partibus dolor in peritus transit, neq; ullum signum malum accessit, suppurationis eo loco periculum est. Quibus sine febre aliqua ex parte dolor, aut prurigo cum rubore, aut calore est, ibi aliquid suppurat. Vrina quoque que in homine sano parum liquida est, circa aures futuram aliquam suppurationem esse denuntiat. Hec verò cum sine febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notis habeant, multo certiora sunt, ubi febris accessit, atq; etiam aliorum morborum tum signa nascuntur. Ergo protinus insania timenda est, ubi expeditior alicuius, quam sani fuit, sermo est: subitaq; loquacitas orta est, & huc ipsa solito quadacior: aut ubi raro quis & vehementer spirat, venasq; concitat, habet, præcordijs duris & tumentibus. Oculorum quoq; frequens motus, & in capitib; dolore offusæ oculis tenebæ, vel nullo dolore substantia somnus erectus, continuataq; nocte & die vigilia, vel prostratum contra consuetudinem corpus in ventrem, sic, ut ipsius aliud dolor

lor id non coegerit: item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor insania signa sunt. Si quid etiam abscessit, et antequam suppuraret, manente adhuc corpore insolita febre subsedit, periculum afferat primum furoris, deinde interitus. Auris quoque dolor acutus, cum febre continua, vellementi q; saepe mentem turbat, et ex eo casu iuniores interdum intra septimum diem moriuntur, seniores tardius: quoniam neq; eque magnas febres experientur, neque eque insaniunt, ita sustinent, dum is affectus intus versatur. Suffusa quoque sanguine mulieris mammæ, furorem venturum esse testantur. Quibus autem longæ febres sunt, his abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt. Quorum fauibus in febre cliditur spiritus, instat his nervorum dissentio. Si angina subito finita est, in pulmonem id malum transit, idq; saepe intra septimum diem occidit. Quod nisi incidat, sequitur, ut aliqua parte suppuret. Deinde post alii longam resolutionem, tormina: Post hæc intestinorum leuitas oritur. Post nimias distillationes, tabes. Post lateris dolores, vitia pulmonum, post hæc, insania. Post magnos feruores corporis, nervorum rigor aut dissentio. Vbi caput vulneratum est, delirium. Vbi vigilia torfit, nervorum dissentio. Vbi vehementer venæ supra ulcera mouentur, sanguinis profluvium erit. Suppuratio vero pluriplures morbis excitatur. Nam si longæ febres sine dolore, si ne manifesta causa remanent, in ali-

quam partem id malum incunbit, in iunioribus tantum: in senioribus ex eiusmodi morbo quartana fere nascitur. Eadem suppuratio fit, si praecordia dura dolentia ante vigesimum diem hominem non sustulerunt, neque sanguis ex naribus fluxit, maximeque in adolescentibus: utique si inter principia aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerint, sed cum in inferioribus partibus aliquid abscedit. At si praecordia tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinunt, hæretque per omne id tempus febri, tunc in superioribus partibus fit abscessus: ac, si inter ipsa ulcera non fuit, circa annos erumpit. Cumque omnis longus tumor ad suppurationem aliás, fere spectet, magis eò tendit ut, qui in praecordiis se dijus, quam is, qui infra est. Si lassitudinis etiam tendit sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis, aliquid abscedit. Interdum quoque urinariae cruda, sic diu fertur, ut alia salutaria signasint, ex quo casu, plerunque infra transversum septum (quod diaφραγμα Graci vocant) fit abscessus. Dolor autem pulmonis, si neque per spuma, neque per cucurbitulas, neque per sanguinis detractionem, neque per vietus rationem si intus nitus est, vomicas aliquas interdum excitat, exi. aut circa vigesimum diem, aut circa quadragesimum, non minquam etiam circa sexagesimum. Numerabimus autem ab eo die, quo primum febricitavit aliquis, aut inhorruit, aut gravitatem eius partis sensit. Sed haec vomicae modo à pulm

à pulmone, modò à contraria parte nascuntur. Quod suppurat ab ea parte, quam afficit, dolorem, inflammationemq; concitat, ipsum calidius est: & si in partē suam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. Omnis eti.am suppuration, que nondum oculis patet, sic comprehendit potest: Si febris non dimittit, eaq; interdiu leuior est, noctu incroscit, multus sudor oritur, cupiditas tussiendi est, & penè nihil in tussi extreatur, oculi caui sunt, mala rubent, vena sub lingua inalbescent, in maxibus sunt adunci vngues, digiti, maximeq; summi pallēt, in pedibus *c. dent tumores sunt, spiritus difficultius trahitur, cibi fastidium est, pustule toto corpore oriuntur. Quod si protinus initio dolor, & tussis fuit, & spiritus difficultas, vomica vel ante, vel circa vigesimum diem erumpet. Si series ista cœperint, necesse est quidem increscant, sed quo minus cito affecerint, eo tardius soluentur. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vngibusq; nigrescere. Quod si nou est mors conseruta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt.

Quæ notæ in quoque morbi generē, vel spem,
vel pericula ostendant. C A P . V I I I .

Sequitur, ut in quoq; morbi genere proprias notæ explicem, quæ vel spem, vel periculum ostendant. Ex vesica dolente, si purulenta urina vrida processit, inq; ea leue & album subsedit, metum detrahit. In pulmonis morbo, si sputo ipse leua-

tur dolor, quamvis id purulentum est, tamen ager
 facile spirat, facile excreat, morbum ipsum non
 difficulter fert, potest ei secunda valetudo con-
 tingere. Neq; inter initia terreri conuenit, si pro-
 tinus sputum mistum est ruffo quodam & san-
 guine, dummodo statim edatur. Laterum dolores
 suppuratione facta, deinde intra quadragesimum
 diem purgata, finiuntur. Si in iocinore vomica
 est, & ex ea fertur pus purum & album, salus
 ei facilis. Id enim malum in tunica est. Ex sup-
 purationibus vero, haec tolerabiles sunt, que in
 exteriorem partem seruntur & aciuntur. Et ex
 his que intus procedunt, haec leuiores, que contra
 se cutem non afficiunt, eamq; & sine dolore esse,
 & eiusdem coloris, cuius reliqua partes sunt,
 simunt esse. Pus quoq; quacunq; parte erumpit, si
 est leue, album, & unius coloris, sine ullo metu
 est, & quo effuso, febris protinus conquieuit,
 desierunt q; vrgere cibi fastidium, & potionis
 desiderium: si quando etiam suppuratio descen-
 dit in crura, sputumq; eiusdem factum pro ruffo
 purulentum est, periculi minus est. At in tabe
 eius qui saluis futurus est, sputum esse debet al-
 bum, & quale totum, eiusdemq; coloris, sine pitui-
 ta, eiq; etiam simile esse oportet si quid in nares
 à capite destillat. Longe optimum est febrem
 omnino non esse: secundum est, tantulum esse, ut
 neq; cibum impedit, neq; crebram sitim faciat.
 Alius in hac valetudine ea tuta est, que quoti-
 die coacta, eaq; conuenientia his, que assumun-
 tur,

tur, reddit. Corpus id, quod minimè tenue, maximeq; lati pectoris atque setosi est, cuiusq; cartilago exigua, & carnosa est. Super tabem Alui iudicis mulieri quoque suppressa menstrua fuerunt, catio. & circa pectus atque scapulas dolor mansit, subitoq; sanguis erupit, leuari morbus soleat. Nam & tussis minuitur, & sitis atque febricule desinunt. Sed ipsisdem serè, nisi redit sanguis, vomica erumpit, quæ quo cruentior, eo melior est. Aqua autem inter cutem minime terribilis est, quæ nullo antecedente morbo cœpit, deinde quæ longo morbo superuenit. Vtique si firma viscera sunt, si spiritus facilis, si nullus dolor, si sine calore corpus est, æqualiterq; in extremis partibus macrum est, si venter mollis, si nulla tussis, nullasitatis, si lingua ne per somnum quidem inarescit, si cibi cupiditas est, si venter medicamentis mouetur, si per se excernit mollia, & figura-ta, si extenuatur, si urina & vini mutatione, & epotis aliquibus medicamentis mutatur: si corpus sine lassitudine est, & morbum facile sustinet. Siquidem in quo omnia hæc sunt, is ex toto tutus est: in quo plura ex his sunt, is in bona spe est. Articulorum vero vitia, ut podagra, chiragra&q; si iuvenes tentarunt, neque callum induxerunt, solum possunt, maximeq; terminibus leniuntur, & ex quo cunctq; modo venter fluit. Item morbus comitalis ante puber-tem ortus, non ægrè finitur, & in quo ab una parte corporis venientis accessionis sensus inci-

e s pñ,

pit, optimum est à manibus pedibus' ne initium
 fieri, deinde à lateribus, pessimum inter hac à
 Deiectione capite. Atque in his quoque ea maxime pro-
 fine villa sunt, quae per deiectiones excernuntur. Ipsa autem
 noxa est. deiectione sine villa noxa est, que sine febre
 est, si celeriter desinit, si contracto ventre nullus
 motus eius sentitur, si extremam alium spiritus
 sequitur. Acria tormina quidem periculosa non
 sunt, si sanguis & strigmenta descendunt, dum
 *ad finit febris ceteraque accessiones huius morbi * absint,
 adeo ut etiam grauida mulier non solum reser-
 nari possit, sed etiam partum reseruare. Pro-
 deestq; in hoc morbo, si iam etate aliquis proce-
 fit. Contra intestinorum leuitas facilius à tene-
 ris etatibus depellitur, utique si fieri urina &
 ali cibo corpus incipit. Eadem etas prodest &
 in coxae dolore, & humororum, & in omni re-
 solutione neruorum. Ex quibus coxa si sine tor-
 pore est, si leviter friget, quamvis magnos dolo-
 res habet, tamen & facile & mature sanatur,
 resolutumq; membrum, si nihilominus aliter fie-
 ri sanum potest, oris resolutio etiam, alio citate
 nitur. Omnisq; deiectione lippienti prodest. At va-
 rix ortus, vel per ora venarum subita profusio
 sanguinis, vel tormina, insaniam tollunt. Hu-
 merorum dolores, qui ad scapulas vel manus ten-
 dunt, vomitu atra bilis solvuntur. Et quisquis
 dolor deorsum tendit, sanabilior est. Singultus
 sternutamento finitur. Longas deiectiones sup-
 primit vomitus. Mulier sanguine vomens pro-
 fusi

fusis menstruis liberatur. Quae menstruis non purgatur, si sanguinem ex naribus fudit, omni periculo vacat. Quae locis laborat, aut difficulter partum edit, sternutamento lenatur. Acstimu quartana ferè brevis est. Cui calor & tremor est, saluti delirium est. Lienosis bono termina sunt. Deniq; ipsa febris (quod maxime nitrum videri potest) sepe præsidio est. Nam & præcordiorum dolores, si sine inflammatione sunt, finit, & in iocineris dolore succurrit, & nerorum distensionem rigoremq; (si postea cœpit) ex toto tollit, & ex difficultate urine morbiss tenuioris intestini ortum, si urinam per calorem mouet, lenat. At dolores capitis, quibus oculorum caligo, & rubor cum quadam frontis prærigine accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita summoentur. Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut æstu sunt grauedine & sternutamentis finiuntur. Febrem autem ardente (quam Græci ναυστολὴν ναῦστο vocant) subitus horror exoluit. Si in febre arteriae obtuse sunt, si sanguis è naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto. Nihil plus aduersus surditatem, quam biliosa alusus potest. Quibus in fistula urinæ uti minutis abscessus (quos δύματα Græci vocant) esse apices cœperunt, ijs ubi pus ea parte profluxit, sanitas redditur. Ex quibus cum pleraq; per se prouenant, scire licet inter ea quoque, que ars adhibet, naturam plurimum posse. Contrà, si caput febre

bre continentis dolet, neque quicquam reddit, malum atque mortiferum est: maximeq; id periculum est pueris à septimo anno ad quartundecimum. In pulmonis morbo si sputum primis diebus non fuit, deinde à septimo die cœpit, & ultra septimum mansit, periculosum est. Quantoq; magis mictos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil peius est, quam syncerum id edi, siue ruffum est, siue cruentum, siue album, siue glutinosum, siue pallidum, siue spumans: nigrum tamen pessimum est. In eodem morbo periculosa sunt tuſſis, distillatio, etiam (quod alias salutare habetur) sternutamentum. Periculosisimum est, si hæc sequuta subita deiectione est. Ferè vero que in pulmonis, eadem in lateris doloribus, & mitiora signa, & asperiora esse consueuerunt. Ex iocinore si pus cruentum exit, mortiferum est. At ex suppurationibus hæc pessimæ sunt que intus tendunt, sic ut exteriorem quoq; cutem decolorent. Ex his deinde, que in exteriorem partem prorumpunt, que maxime, queq; planissimæ sunt. Quod si ne erupta quidem vomica, vel pure exressecus emissio febris quietuit, aut quietus quietuerit, tamen repetit. Item si sitis est, si cibi fastidium, si venter liquidus, si pus est liuidum, & pallidum, si nihil aeger excreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est. Atq; ex his quidem suppurationibus, quæ pulmonū morbi concitarunt, ferè senes moriuntur: ex ceteris iuniores.

res. At in tali sputum mixtum purulentum, febris assidua, quae & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testatur. Si quis etia in eo morbo diutius traxit, ubi capilli sunt, ubi urina quedam araneis similia Vix subfidentia ostendit, atq; in his odorscedus est, maximeq; ubi post hac orta deiectione est, prostratus moritur. Utique si tempus autumni est, quo ferè, qui cetera parte anni traxerunt, resoluuntur. Item pus expusse in hoc morbo, deinde ex toto sputere desisse, mortiferum est. Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo vomice, fistulaeque oriri, que non facile sanescunt, nisi si multa signa honestatudinis subsequata sunt. Ex reliquis vero minime facile sanantur virgines, aut haec mulieres, quibus super tabem mens tria superpressa sunt. Cui vero sano subitus dolor capitum ortus est, deinde somnus oppressit, sic ut stertat, neque expurgiscatur, intra septimum diem perundum est: magis si cum aliis cito non antecesserit. Si palpebrae dormientis non coeunt, si album oculorum apparet. Quos tamen ita mors sequitur, si id malum non est febre discessum. At aqua inter cutem, si ex acuto morbo cœpit, ad sanitatem raro perducitur, utique si contraria his que supra posita sunt subsequuntur, equè in ea quoque tussis spem tollit. Item si sanguis sursum, deorsumq; erupit, & aqua medium corpus impletuit. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursum

nisi resolutus est; inter septimum diem occidit.
 Mulier ex partu, si cum febre, vehementibus
 etiam & assiduis capitis doloribus premitur, in
 periculo mortis est. Si dolor atque inflammatio
 est in his partibus, quibus viscera continentur,
 frequenter spirare signum malum est. Si sine causa
 longus dolor capitis est, & in ceruices ac sca-
 pulas transit, rursusq; in caput reuertitur, aut
 a capite ad ceruices scapulasq; peruenit, perni-
 ciosus est, nisi vomicam aliquam excitat, sic
 ut pus extusiretur, aut nisi sanguis ex aliqua
 parte prorupit, aut nisi in capite multa priu-
 go, toto' ue corpore pusatile ortae sunt. Aequè ma-
 gnum malum est, ubi torpor atque prurigo
 peruagantur, modo per totum caput, modo in
 parte, aut sensu alicuius ibi quasi frigoris est,
 eaq; ad summam quoque linguam perueniunt.
 Et cum in ipsisdem abscessibus auxilium sit, eò
 difficilior sanitas est, quò minus sape sub hi-
 malis illi subsequuntur. In coxae vero doloribus
 si vehementis torpor est, frigescitq; crus &
 coxa, aliudq; nisi coacta non reddit, idq; quod
 excremitur mucosum est, iunq; et as eius ho-
 minis quadragesimum annum excessit, is mor-
 bus erit longissimus, minimeq; annus, neq; fi-
 niri poterit, nisi aut vere, aut autumno. Diffi-
 cilis aequè curatio est, in eadē etate, ubi hume-
 torum dolor, vel ad manus peruenit, vel ad sca-
 pulas tendit, torporemq; & dolorem creat, ne-
 que bilis vomitus levatur. Quacumque vero parte
 corp

corporis membrum aliquod resolutum est, si neque mouetur, et emacrescit, in pristinum habitum non reuertitur, eoq; minus, quo vetus tunc id vitium est, et quo magis in corpore senili est. Omniq; resolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora sunt, hyems, et autumnus: aliquid sperari potest vere et estate. Isq; moribus mediocribus vix sanatur, vehemens sanari non potest. Omnis etiam dolor minus medicina patet, qui sursum procedit. Mulieri grauidae, si subito mammae emacruerunt, abortus periculum est. Quæ neque peperit, neque grauida est, si lac habet, à menstruis defecta est. Quartana astiva brevis, autumnalis ferè longa est, maximeq; quæ cœpit hyeme appropinquante. Si sanguis profluxit, deinde secuta est dementia cum distensione neruorum, periculum mortis est. Itemq; si medicamentis purgatum, et adhuc inanem nervorum distensio opprescit, aut si in magno dolore extreme partes frigent. Neque is ad vitam reddit, qui ex suspendio, spumante ore detraelus est. Alius nigra, sanguini atro similis repetita, siue cum febre, siue etiam sine hac, perniciosa est.

De morborum curationibus.

C A P. I X.

Cognitis indicijs, quæ nos vel spe consolentur, vel metu terreat, ad curationes morborum transendum est. Ex his quedam communes sunt, quedam propria. Communes, quæ pluribus morbis opitulantur. Propria, quæ fin-

f gulis,

gulis. Ante de communibus dicam. Ex quibus tamen quedam non cibos solum, sed sanos quoque sustinent; quedam in aduersitate tantum valetudine adhibentur. Omne vero auxilium corporis, aut demit aliquam materiam, aut adiicit, aut euocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calescit, simulq; aut durat, aut mollit. Quædam non uno modo tantum, sed etiam duobus inter se non contrarijs adiuuant. Emitur materia, sanguinis detractione, cucurbitula, deiectione, vomitu, frictione, gestatione, omniq; exercitatione, corporis abstinentia, sudore. De quibus protinus dicam.

De sanguinis detractione per venas. C A P. X.

Sanguinem incisa vena mitti, nouum non est: sed nullum penè morbum esse, in quo non mittatur, nonum est. Item mitti junioribus, & fæminis uterum non gerentibus, vetus est. In pueris vero idem experiri, & in senioribus, & in grauidis quoque mulieribus, vetus non est: si quidem antiqui, primâ ultimamq; etatem sustinere non posse hoc auxiliij genus indicabut, persuaserantq; sibi mulierem grauidam, que ita curata esset, abortum esse facturam. Postea vero vsus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, aliasq; potiores observationes adhibendas esse, ad quas dirigi curamis consilium debeat. Interest enim non que etas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed que vires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est, aut si mulier, que grauida non est, pa-

rum

rum valet, male sanguis emititur. Emoritur
 enim vis, si que his supererat, et hoc modo ere-
 pta est. At firmus puer, et robustus senex, et
grauida mulier valens, tuto curantur. Maxi-
 me tamen in his medicis imperitus falli potest,
 quia sc̄re minus roboris illis atatibus subest. Mu-
 lieriq; prægnanti post curationem quoque viri-
 bus opus est, non tantum ad se, sed etiam ad
 partu sustinendum. Non quicquid aut intentione
 animi, aut prudetiam exigit, protinus faciendus
 est, cum præcipui in hoc ars sit, que non annos
 numeret, neque conceptionem solam videat, sed
 vires estimet, et ex eo colligat, posse nec ne
 superesse, quod vel puerum, vel senem, vel in
 una muliere duo corpora simul sustineat. Inter-
 est enim inter valens corpus, et obesum, inter
 tenue et infirmum. Tenuioribus magis sanguis,
 plenioribus magis caro abundat. Facilius ita-
 que illi detractionem eiusmodi sustinent, cele-
 riusq; ea si nimis est pinguis aliquis affligitur.
 Ideoq; vis corporis melius ex venis, quam ex
 ipsa specie estimatur. Neque enim solùm haec
 consideranda sunt, sed etiam morbi genus, quod
 sit. Virum superans, an deficiens material læserit.
 Corruptum corpus sit, an integrum. Nam si ma-
 teria vel deest, vel integra est, istud alienum est.
 At se vel copia sui male habet, vel corrupta est,
 nullo modo melius succurritur. Ergo vel hemæs se-
 bris, ubi rubet corpus, plenaq; vena tunent, san-
 guinis detractione requirit. Item viscerū, morbi,

f 2 nermer

neruorumq; resolutio, & rigor, & dislentio,
 quicquid deniq; frunce difficultate spiritus stran-
 gulat, quicquid subito supprimit vocem, quis-
 quis intolerabilis dolor est, & quacumq; de cau-
 sa, ruptum aliquid intus atque collisum est. Item
 malus corporis habitus, omnesq; acuti morbi,
 qui modo (ut supra dixi) non infirmitate, sed
 onere nocent. Fieri tamen potest, ut morbus qui-
 dem id desideret, corpus autem vix pati posse
 videatur. Sed si nullum tamen appareat aliud
 auxilium, periturusq; sit, qui laborat, nisi teme-
 raria quoq; via fuerit adiutus in hoc statu: boni
 medici est ostendere, quam nulla spes sine san-
 guinis detractione sit, fateriq; quantus in hac
 ipsa re sit metus. Et tum demum si exigatur, san-
 guinem mittere. De quo dubitari in eiusmodi
 re non oportet. Satis est enim, anceps auxi-
lium experiri, quam nullum. Idq; maxime fie-
 ri debet, ubi nra resoluti sunt. Vbi subito ali-
 quis obmutuit. Vbi angina strangulatur. Vbi
 prioris febris accessio penè cōficit, paremq; sub-
 sequi verisimile est, neq; eandem videntur justi-
 nere agri vires posse. Cum sit autem minime cru-
 do sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpe-
 tuum est. Neque enim semper concoctionem res
 expectat. Ergo si ex superiori parte aliquis de-
 cedit, si contusus est, si ex aliquo subito casu san-
 guinem vomit, quamvis paulo ante sumpsit ci-
 bum, tamen protinus ei demenda materia est,
 ne, si subsederit, corpus affligat. Idemq; etiam in
 alijs

alijs casibus repentinis, qui strangulabunt, dielū
 erit. At si morbi ratio patiatur, tum demissio nulla
 cruditatis^{*} suspicione remanente id fiet. Ideoq; *suspicio-
 si rei videtur aptissimus aduersus valetudinis ne
 dies secundus aut tertius. Sed ut aliquando et i;
primo die sanguinem mittere necesse est, sic
nunquam utile post diem quartum est, cum iam
spatio ipso materia eō exhausta est, et cor-
pus corruptit, ut detractio imbecillum id fa-
cere possit, non possit integrum. Quod si velie-
mens febris urget, in ipso impetu eius sanguine-
m mittere, hominem iugulare est. Expellāda
ergo remissio est, si non decrescit, sed crescere de-
syt, neq; speratur remissio, tunc quoq; quamvis
peior, sola tamen occasio non omittenda est. Fe-
re etiam ista medicina ubi necessaria est, in bi-
duum dividēda est. S. t. ius est enim primum le-
uare egrū, deinde perpurgare, quam simul omni
vi effusa fortasse precipitare. Quod si in cura
quoq; aquæ, que inter cutem est, ita respondet, *ista
quanto magis necesse est in sanguine respondeat?
Mitti vero is debet, si totius corporis caussa fit,
ex brachio: si partis alicuius, ex ea ipsa parte,
aut certe quam proxima, quia non ubiq; mitti
poteſt, ſed in temporibus, in brachijs, iuata ta-
los. Neq; ignoror quosdam dicere, quam lonriſſi-
me sanguinem inde, ubi ludit, eſſe mittendum:
Sic enim auerti materię cursu: at illa modo in
idipſum quod grauit, euocari. Sed idipſum fal-
ſum eſt. Proximum enim locum primo exhan-
*exaruit

f 3 rit.

rit. Ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur, ubi is suppressus est, quia non traditur, ne venit quidem. Videlicet tam
enim r̄sus ipse docuisse, si caput fractum est, ex
brachio potius sanguinem mittendum esse. Si quod
in lumero vitium est, ex altero brachio: credo,
quia si quid parum cesserit, opportuniores ha-
partes iniuriae sunt, quam que iam male habent.
Auertitur quoq; interdū sanguis, ubi alia parte
prorumpens, alia emittitur. Desinit enim fluere
qua volumus, inde obieclis quae prohibeant, alio
dato itinere. Mittere autem sanguinem cum sit
expeditissimum, r̄sum habenti, tum ignaro dif-
ficilimum est. Iuncta enim est vena arterijs, his
nerui. Ita si neruum scalpellus attigit, sequitur
neruorum distentio, ea quae hominem crudeliter
consumit. At arteria incisa neq; coit, neq; sane-
scit, interdum etiam ut sanguis vehementer e-
rumpat, efficit. Ipsius quoq; vene, si forte preci-
sa est, capita comprimuntur, neq; sanguinem e-
mittunt. At si timide scalpellus demittitur, sum-
man cutem lacerat, neq; venam incidit. Non-
nunquam etiā ea latet, neq; facile reperitur. Ita
multae res id difficile incisione faciunt, quod perito
facilimum est. Incidenda ad medium vena est,
ex qua cum sanguis erupit, colorem eius, ha-
bitumq; oportet attendere. Nam si is crassus &
niger est, vitiosus est. Ideoq; utiliter effunditur.
Si tubet, & pellucet, integer est. Eaq; missio
sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat,

prob

protinusq; is supprimendus est. Sed id euenire non potest sub eo medico, qui scit ex quali corpore sanguis mittendus sit. Illud magis fieri sollet, ut æque niger assidue ac primo die profluat. Quod quamvis ita est, tamen si iam satis fluxit, supprimendus est. Semperq; antè sinus faciendus est, quam anima deficiat. Deligandumq; brachium super imposito expresso ex aqua frigida penicillo, * & postero die aduerso medio digito vena ferienda, ut recens coitus eius resoluatur, iterumq; sanguinem fundat. Siue autem primo, siue secundo die sanguis, qui crassus & niger initio fluxerat, & rubore & pellucere cœpit, satis materie detractum est, atq; quod superest, sincerum est. Ideoq; protinus brachium deligandum habendumq; ita est, donec valens cicatricula sit, que celerrime in vena confirmatur.

* alibi: &
postero die
auerso me
dio digito,
nō aureum
scalpello,
vena fa
cienda.

De sanguinis detractione per cucurbitulas.

C A P. X I.

Cucurbitularum verò duo genera sunt, æneum, & cornuum. Aenea altera parte patet, altera clausa est. Cornea altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum. In æneam linamentum ardens coniicitur, ac sic os eius corpori aptatur, imprimiturq; donec inhaereat. Cornea per se corpori imponitur, deinde rbi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superq; cera cauum id clausum est, & quæ inhaerescit. Vtraq; non ex his tantum materiæ generibus, sed etiam ex quolibet alio rectè

f 4 fit.

fit. At si cætera defecerunt, caliculus quoq; aut
pultarius oris cōpresso, ei rei commode apta-
tur. Vbi inhaesit, si concisa antē scalpello cuisis est,
sanguinem extrahit: si integrat, spiritum. Er-
go r̄bi materia quæ in ius est lædit, illo modo:
vbi inflatio, hoc imponi solet. Vt sus autem cucur-
bitule præcipius est, vbi non in toto copore, sed
in parte aliqua vitium est, quam exhauriiri ad
confirmandam valetudinem satis est. Idq; ipsum
testimonium est, etiam scalpello sanguinem, vbi
membro succurritur ab ea potissimum parte, quæ
iam lesa est, esse mittendum, quod nemo cucur-
bitulam diuersæ parti imponit, nisi cum profu-
sionem sanguinis eo auertit, sed ei ipsi quæ dolet
quæq; liberanda est. Opus etiam esse cucurbi-

* aliis, tula potest in morbi logis, * quamvis & ipsi iam quamvis spiritum aliquod accessit, siue corrupta materia, etiam sfa siue spiritu male habente. In acutis quoq; quibusdam, si & leuari corpus debet, & ex vena sanguinem mitti, vires non patientur. Idq; auxilium vt minus vehemens, ita magistutum. Neque unquam periculosem est, etiam si in medio febris impetu, etiam si in cruditate adhibetur. Ideoq; ubi sanguinem mitti opus est, si in eis a vena, praeceps periculum est, aut si in parte corporis etiam vitium est, huc potius confugiendum est. Cum eo tamen, vt sciamus, hic non nullum periculum, ita leuius presidium esse, nec posse vehementi malo, nisi & que vehemens auxilium succurrere.

204

De Eiectione.

CAP. XII.

Deiectionem autem antiqui varijs medicamentis, crebraq; alii ductione in omnibus ferè morbis moliebantur, dabantq; aut nigrum reratru aut filiculam, aut squamam æriu, quum λεπίδοχελουος Gracci vocant, aut lacu. ce marina lac, cuius gutta pani adiecta abunde purgat, aut lac vel asinimum, vel bubulum, vel caprimum, eiq; salis paulum adiiciebant, decoquebantq; id, & sublati his, que coierant, quod quasi serum supererat, bibere cogebant. Sed medicamenta stomachum ferè ledunt. Ideoq; omnibus catharticis aloë miscenda est. Alius si vehementius fluit, aut sapient dicitur, hominem infirmat. Ergo nunquam in aduersa valetudine medicamentum eius rei caussa rectè datur, nisi ubi is morbus sine febre est. Ut cum veratum nigrum, aut atra bile vexatis, aut cum cristi-
stia insipientibus, aut ijs quorum nerii parte aliqua resoluti sunt, datur. At ubi febres sunt, satius est eius rei caussa cibos, potionesq; assu-
mere, qui simul & alant, & ventrem molliant.
Suntq; valetudinis genera, quibus ex lacte pur-
gatio conuenit. Plerunque vero aliis *potioni- *potioni-
bus ducenda est, quod ab Asclepiade quoque sic *vitupe-
*temperatum, ut tamen seruatum sit, video ple- ratum
runque seculo nostro præteriri. Est autem ea
moderatio, quam is secutus videtur, aptissima:
ut neq; sape ea medicina tentetur, & tamen se-
mel sumptum vel bis non omittatur. Si caput

f s graue

graue est: si oculi caligant: si morbus maioris intestini est, quod Graeci νῦδος nominant: si in imo ventre, aut in coxa dolores sunt: si in stomachum quedam biliosa concurrunt, vel etiam pittuita eò se, humor ve aliquis aquæ familiis confert: si spiritus difficilis redditur: si nihil per se reenter excernit, utiq; si iuxta quoq; sterlus est, & intus remanet: aut si stercoris odorem, nihil deiciens, æger ex spiritu suo sentit: aut si corruptum est quod excernitur: aut si prima media febrem non sustulit: aut si sanguinem mitti, cum opus sit, vires non patiuntur, tempus ve eius rei præterit: aut si multum ante morbum portauit aliquis* potauit: aut si is qui saepe vel sponte, vel easu purgatus est, subito habet aliud suppressam. Seruanda vero illa sunt, ne ante diem tertium ducatur, ne villa cruditate substante, ne in corpore infirmo, diuq; in aduersa valetudine exhausto, ne' ve in eo, cui satis aliud reddit quotidie, qui' ve eam liquidam habebit, ne in ipso accessionis impetu, quia quod tum infusum est, aliud continetur, regestumq; in caput, multo grauius periculum efficit. Pridie vero abstinere debet æger, vt aptus tali curationi sit. Eodem die ante aliquot horas aquam calidam bibere, vt *alias, superiores eius partes madefacta, immitten da aliud est, si leui medicina contenti sumus, da i aliud pura aqua: si paulo valentiori, mulsa, sileni: ex aqua, in qua foenum græcum, vel prisana, vel malua decocta sit. Si reprimendi causa, ex verbenis

benis. Acris autem est marina aqua, vel alia sale adiecto, atq; vtraq; decocta commodior est. Acerior fit adiecto vel oleo vel nitro, vel melle quoque. Si acerior est, eo plus extrahit, sed minus facile sustinetur. Id quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neq; calidum, ne alterutro modo lœdat. Cum infusum est, quantum fieri potest, continere se in lectulo debet aeger, nec primæ cupiditati deiectionis protinus cedere. Vbi necesse est, tum demum *desidere. Fereq; eo modo dempta materia superioribus partibus leuitatis morbum ipsum mollit. Cum vero quoties res coegerit, desidendo aliquis se exhausit, paulisper debet conquiescere, & ne uires deficiant, utiq; eo die cibum assumere: qui plenior an exiguis sit dandus, ex ratione eius accessionis, que expectabitur, aut in metu non erit, estimari oportebit.

De Vomitu.

CAP. XIII.

AT Vomitus, ut in secunda quoq; valetudine sape necessarius biliosis est, sic etiam in his morbis, quos bilis concitauit. Ergo omnibus qui ante febres horrore & tremore vexantur, omnibus, qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus, & comitali quoq; morbo oppressis, necessarius est. Sed si acutus morbus est, sicut in cholera, si febris est, & inter horrores, asperioribus medicamentis opus non est, sicut in deiectionibus quoq; supra dictum

dictum est, satisq; est ea vomitus causa sumi, que sanis quoq; sumenda esse proposui. At ubi longi, valentesq; morbi sine febre sunt, ut comitialis aut insania, veratro quoq; albo vtendum est. Id neq; hysome, neq; estate recte datur, optime vere, tolerabiliter autumno. Quisquis daturus erit, id agere ante debet, ut accepturi corpus humidum sit. Illud scire oportet, omne eiusmodi medicamentum, quod potui datur, non semper agris prodesse, semper sanis nocere.

De Frictione. C A P. X I I I I.

DE Frictione vero et Gestatione adeo multa Asclepiades, tanquam inventor eius, posuit: quod in eo volumine quod communias, vi nium auxiliorū scripsit, cum trium tantū faciesclicet, ret mentionem, huius et equi et gestationis, et aque tamen maximam partem in hoc consumperit. et gestat. Oportet autē neq; recentiores viros in his fraudare, quae vel repererunt, vel recte secuti sunt, et tamen ea, quae apud antiquiores aliquos posita sunt, autoribus suis reddere. Neq; dubitari potest, quin latius quidem, et dilucidius, ubi et quomodo frictione vtendum esset, Asclepiades praecepit, nihil tamen repererit, quod non à vetustissimo autore Hippocrate paucis verbis comprehensum sit, qui dixit, Frictione si vehementer sit, durari corpus: si lenis, molliri: si multa, mmui: si modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum vtendum sit, cum aut astrigendum corpus

corpus sit, quod fluens est. aut molliendum, quod inducuit: aut dirigendum in eo quod copia uocet; aut alendum id, quod tenue, & infirmum est. Quas tamen species si quis curiosius astinet, quod iam ad medicum non pertinet, facile intelliget, omnes ex una caussa pendere, que demit. Nam & astringitur aliquid eo dempto, quod interpositum, ut id laxaretur, efficerat: & mollitur eo detraclo, quod duricium crebat: & impletur non ipsa frictione, sed eo cibo, qui postea usque ad cutem digestione quadam relaxatam penetrat. Diversarum vero rerum in modo caussa est. Inter tractionem autem & frictione, multum interest. Vngi enim, leuiterq; per traclari corpus etiam in acutis & recentibus morbis oportet, in remissione tamen & ante cibum. Longa vero frictione uti, neque in acutis morbis, neque in crescentibus conuenit, preterquam cum phreneticis somnis ea queritur. Amat autem hoc auxilium valetudo longa, & iam a primo impetu inclinata. Neque ignoro quosdam dicere, omne auxilium necessarium esse, in crescentibus morbis, non cum iam per se finiuntur. Quod non ita se habet. Poteſt enim morbus, etiam qui per se finem habiturus est, citius tamen adhibito auxilio tolli, quod duabus de causis necessarium est, ut & quam primum bona valetudo contingat: & ne moribus, qui remaneat, iteris, quamvis leui de cauſa, exasperetur. Poteſt enim morbus minus gra-

uis

jusq; et pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obfint. Gestationum lenissima est nauis, vel in portu, vel in flumine; vehementior in alto mari nautis, vel lectica, aut scanno: aerior vehiculo. Atque haec ipsa, et intendi et leniri possunt: si nihil horum est, suspendi lectus debet, et moueri: si ne id quidem est, at certe rni pedi lecti funiculus subiungendus est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. Et levia quidem genera exercitationis, infirmissimis conueniunt. Valentiora vero his, qui iam pluribus diebus febre liberati sunt: aut his, qui grauum morborum initia sic sentiunt, ut adhuc febre racent. Qued et in tache, et in stomachi ritus, et cum aqua cutem subiungunt, et interdum in morbo regio fit. Aut ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis insaniam est, sine febre, quanvis diu manent. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt, que comprehendimus eo loco, quo quemadmodum sanit, neque firmi homines se gererent, praecepimus.

De Abstinentia. C A P. X V I.

Abstinentiae vero duo genera sunt. Alterum, ubi nihil assumit et ger. Alterum, ubi non nisi quod oportet. Initia morborum, primum fastidium, sitimque desiderant: ipse deinde morbi moderationem, ut neque aliud, quam expedit, neque eius ipsius minimum sumatur. Neque enim conuenit

nit iuxta inedium protinus satietatem esse. Quod si sanis quoque corporibus inutile est, ubi aliqua necessitas famem fecit: quanto inutilius est in corpore etiam ægro? Neque illa res magis adiuuat laborantem, quam tempestiva abstinentia. Intemperantes homines apud nos, ipsi cibi tempora curantibus dant. Rursus alij tempora medicis pro dono remittunt, sibipris modum vendicant. Liberaliter agere se credunt, qui cetera illorum arbitrio relinquunt, in gene-
re cibi liberi sunt, quasi queratur, quid medico
liceat, non quid ægro salutare sit. Cui vehemen-
ter nocet, quoties in eius quod assumitur, vel
tempore vel modo, vel genere peccatur.

De Sudore.

C A P. XVII.

SVdor etiam duobus modis elicitor: aut siccо calore, aut balneo. Siccus calor est, & harenae calidae, & laconici, & elibani, & quarundam naturalium sudationes, ubi è terra profusus calidus vapor ædificio includitur, sicut super Baias in myrtetis habemus. Præter hæc sole quoque, & exercitatione is mouetur. Utiaq; hæc genera sunt, quoties humor intus nocet, isq; digerendus est. Ac neruorum quoque quedam virtus sic optimè curantur. Sed cetera infirmis possunt conuenire: Sol, & exercitatio tantum robustioribus, qui tamen sine febre, vel initio morbi, vel etiam grauibus morbis tenentur. Ca- uendum autem est, ne quid horum vel in febre,

g vel

vel in cruditate tentetur. At balnei duplex usus
 est. Nam modò discusis febribus initium cibi
 plenioris, riniq; firmioris valetudini facit: mo-
 dò febrem ipsam tollit, fereq; adhibetur, ubi sum-
 mam cutem relaxari, euocariq; corruptum hu-
 morem, & habitum corporis mutari expedit.
 Antiqui timidius eo vtebantur, Asclepiades
 audacius. Neque terrere autem ea res, si tempe-
 stina est, debet: & ante tempus nocet. Quisquis
 febre liberatus est, simul atq; ea uno die non ac-
 cessit, eo qui proximus est, post tempus accessio-
 nis, tutò lauari potest. At si circuitum habere ea
 febris solita est, sic ut tertio, quarto'ue die reu-
 tatur, quandocumq; non accessit, balneum tutum
 est. Manentibus verò adhuc febribus, si hæ sunt
 lenta, lienesq; iamdiu male habent, rectè medi-
 cina ista tentatur. Cum eo tamen, ne præcordia
 dura sint, ne'ue ea tumeant, ne'ue lingua aspera
 sit, ne'ue aut in medio corpore, aut in capite do-
 lor ullus sit, ne'ue tum febris increcat. At in his
 quidem febribus que certum circuitum habent,
 duo balnei tempora sunt, alterum ante horro-
 rem, alterum febre finita. In his verò qui lentis
 febribus diu detinentur, cum aut ex toto rece-
 sit accessio, aut si id non solet certè lenita est,
 iamq; corpus tam integrum est, quam maximè
 esse in eo genere valetudinis solet: imbecillus ho-
 mo iturus in balneum, vitare debet, ne antè fri-
 gus aliquod experietur. Vbi in balneum ve-
 x resistere nit, paulisper residere, expeririq; num tempora
 astring

astringantur, & an sudor aliquis oriatur. Illud si incidit, hoc non secutum est, inutile eo die balneum est: perungendus est is leniter, & referendus est, vitandumq; omnimodo frigus, & abstinentia vtendum. At si temporibus integris, pri-
mum ibi, deinde alibi sudor incipit, fouendum os aqua calida, tum in solio desidendum est: atque ibi quoque videndum, num sub primo contactu aquæ calide summa cutis inhorrescat, quod vix tamen fieri potest, si priora rectè cesserunt. Cer-
tum id autem signum inutilis balnei est. Ante verò, an postea, quam in aquam calidam se demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione vale-
tudinis sue cognoscat. Ferè tamen, nisi ubi no-
minatim, ut postea fiat, id præcipietur, moto su-
dore leuiter corpus perungendum, deinde in a-
quam calidam demittendum est. Atq; hic quoq;
habenda virium ratio est. Neq; committendum,
vt per aestum anima deficiat: sed maturius is
auserendus, curioseq; in vestimentis inuoluen-
dus est, vt neque ad eum frigus aspiret, & ibi
quoque antequam aliquid assumat, insudet. Fo-
menta quoque calida sunt, milium, sal, harena,
quodlibet eorum calefaction, & in linteum con-
iectum. Si minore vi opus est, etiam solum lin-
teum. At si maiore, extincli titiones, inuoluti q;
panniculis, & sic circumdati. Quinetiam calido
oleo replentur vtriculi, & in vasafictilia, ad si-
multitudinem, quas lenticulas vocant aqua con-
sicuntur, & sal sicco linteo excipitur, demitti-

De his ex-
tinctis ti-
tionibus ha-
bes infrā li.
3. cap. 12.
Lenticulae,

g 2 turq;

turq; in aquam bene calidam, tum super id mem-
brum, quod fouendum est, collocatur: iuxtaq;
ignem ferramenta duo sunt capitulis paulo latio-
ribus, alterumq; ex his demittitur in eum salem,
& aqua super leuiter aspergitur. Vbi frigere
cœpit, ad ignem refertur, & idem in altero fit,
deinde innicem in utroque inter quæ descendit
salsis & calidus succus, qui contractis aliquo
morbo nervis opitulatur. His omnibus commune
est digerere id, quod vel precordia onerat, vel
fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet.
Quando autem quoq; vtendum sit, in ipsis mor-
borum generibus dicetur.

Qui cibi, potionésue, aut valentis, aut mediae,
aut imbecillæ materiæ sint. CAP. XVIII.

CVM de his dictum sit, que detrahendo in-
uant, ad ea veniendum est, que nos alunt,
id est cibum & potionem. Hec autem non o-
nnium tantum morborum, sed etiam secunde
valetudinis communia presidia sunt. Pertinetq;
ad rem, omnium proprietates nosse: primū, ut
sanisciant, quomodo his vtantur: deinde ut exe-
quentibus nobis morborū curationem, liceat spe-
cies rerum, quæ assidue necessarie erunt, subij-
cere. Neque necesse est subinde singulas illas no-
minare. Scire igitur oportet omnia legumina,
quæq; ex frumentis panifica sunt, generis va-
lentissimi esse. Id valentissimum voco, in quo
plurimum alimenti est. Item omne animal qua-
drupes

drupes domi natum, omnem grandem feram,
 quales sunt capre, ceruus, aper, onager: omnem
 grandem auem, quales sunt anser, & pavio, &
 grus. Omnes belluas marinias, ex quibus natus
 est, queque his pares sunt. Item mel, & caseum.
 Quo minus mirum est, opus pistorum, valen-
 tissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle,
 caseo constat. In media vero materia, numera-
 ri ex oleribus debere ea, quorum radices vel
 bulbos assumimus. Ex quadrupedibus, leporem.
 Aues omnes a minimis ad Phoenicopterum:
 item pisces omnes, qui salem non patiuntur, so-
 lidi ue saliuntur. Imbecillissimam vero mate-
 riā esse omne olus, & quicquid in caulinulo
 nascitur, qualis est cucurbita, & cucumis, &
 capparis. Omnia poma, oleas, cochleas, itemque
 conchylia. Sed quamvis haec ita discreta sint, ta-
 men etiam que sub eadem specie sunt, magna
 discrimina recipiunt, aliaque res alia vel valen-
 tior est vel infirmior. Siquidem plus alimenti
 est in carne, quam in uculo alio. Firmius est triti-
 cum, quam milium, id ipsum quam ordeum, &
 ex tritico firmissima filigo, deinde simila, dein-
 de cui nihil ademptum est (quod aucto[u]r[um]
 Greci vocant) infirmior est, ex polline infir-
 missimus cibarius panis. Ex leguminibus ve-
 ro valentior faba, vel lenticula, quam pisum. Cibarius
 Ex oleribus valentior rapa, napique, & omnes panis.
 bulbi (in quibus cepam quoque & allium nu-
 mero) quam pastinaca, vel que specialiter, ra-
 varia

Varro lib.
 4. de Ling.
 Latin. Ra-
 diis, inquit,

peregrinū dicula appellatur. Item firmior brassica, & betonica, & porrum, quam lactea, vel cucurbita, vel asparagus. At ex fructibus surculorum valentiores vvae, ficus, nuces, palmulae, quam que pomaria proprie nominantur. Atque ex his ipsis firmiora que succosa, quam quae * frigida sunt.

* fragilia Itemq; ex his aliis, que in media specie sunt, valentior ea, que pedibus, quam que volatu magis nititur: & ex his que volatu fidunt, firmiores sunt, que grandiores ares, quam que minutae sunt, ut ficedula & turdus. Atque eae quoq; que in aqua degunt, leuiorem cibum prestant, quam que natandi scientiam non habent. Inter domesticas vero quadrupedes, leuissima suilla est, grauissima bubula. Itemq; ex sero quo maius quodque animal, eo robustior ex eo cibus est. Pisciumq; eorum, qui ex media materia sunt, quibus maxime vitimur: tamen grauissimi sunt, ex quibus falsamenta quoque fieri possunt, qualis Lacertus est, deinde qui quamvis teneriores, tamen duri sunt, ut aurata, cornus, scarus, oculata: tum plani. post quos etiam leuiores, lupi, mulliq;, & post hos omnes saxatiles. Neque vero in generibus rerum tantummodo discriminem est, sed etiam in ipsis, quod & etate fit, & membro, & solo, & caelo, & habitu. Nam quadrupes animal omne si lactans est, minus alimenti praestat. Item quo tenerior pullius cohortalis est. In piscibus quoque media etas, que nondum summam magnitudinem impletit.

pleuit. Deinde ex eodem sue vngulae, rostrum, aures, cerebellum. Ex agno, hædo'ue, cum petioli totum caput aliquāto, quām cetera membra, leuiora sunt, adeo ut in media materia ponī possint. Ex aubus, colla al'ue reče infirmis annumerantur. Quod ad solum verò pertinet, frumentum quoque valentius est collinum, quām campestre. Leuior piscis inter saxa editus, quām in harena: leuior in harena, quām in limo. Quod fit, ut ex stagno, vel lacu, vel flumine eadem genera graviora sunt. Leuiorq; qui in alto, quām qui in vado vixit. Omne etiam ferum animal domestico leuius: & quocunque humido cælo, quām quod sicconatum est. Deinde eadem omnia pinguia, quām macra, recentia quām salsa, noua quām vetusta, plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit iurulenta, quām affa: magis affa, quām frixa. Ouum durum valen- * elixa tissime materie est, molle vel sorbile, imbec illis- simae. Cumq; panificia omnia firmissima sint, elota tamen quedam genera frumenti, ut alica, òpvs, ptisana, vel ex hisdem facta sorbitio, vel puplicula, & aqua quoque madens panis imbe- cillissimis annumerari potest. Ex potionibus ve- rò, quocunque ex frumento facta est, itemq; lac, mulsum, defrutum, passum, vinum aut dulce, aut vehemens, aut mustum, aut magna vetu- statis, valentissimi generis est. At acetum, & id vinum, quod paucorum amorum, vel austereum, vel lene est, in media materia est. Ideoq;

g 4 infirm

infirmis nunquam generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecillissima est : firmiorq; ex frumento potio est , quò firmius fuit ipsum frumentum : firmior ex eo vino , quod bono solo, quàm quod tenui, quodq; temperato cælo, quàm quod aut nimis humido , aut nimis sicco , nimiumq; aut frigido, aut calido natum est. Multum quò plus mellis habet , defrutum quo magis incoctum est , passum quo ex sicciori rura est , eo valentius est . Aqua leuissima pluvialis est , deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puto, post hac ex nube, aut glacie , grauior his ex lacu , grauiissima ex palude. Facilis etiam & necessaria cognitio est naturam eius requirentibus. Nam leuis pondere appetet, & ex his quæ pondere pares sunt, eo melior queq; est , quo celerius & calefit , & frigescit , quoq; celerius ex ea legumina percoquuntur. Ferè vero sequitur , ut quò valentior queq; materia est , eo minus facile concoquatur, sed si concocta est , plus alat. Itaque vtendum est materie genere proximis , modusq; omnibus pro genere sumendus. Ergo imbecillis hominibus rebus infirmis opus est . Mediocriter firmos media materia optime sustinet : & robustis apta validissima est . Plus deinde aliquis assumere ex levioribus potest , magis in his , quæ valentissima sunt , temperare sibi debet.

Quæ natura ac proprietas cuiusque rei sit , qua
vescimur.

C A P. XIX.

Neque

Neque hæc sola discrimina sunt, sed etiam aliae res boni succi, aliae mali sunt, quas σύκνας, vel νανοχνάς Graeci vocant. Aliae lenes, aliae acres, aliae crassiores pituitam in nobis faciunt, aliae tenuiores, aliae idoneae sunt stomacho, aliae alienæ sunt. Itemq; aliae inflant, aliae ab hoc absunt, aliae calefaciunt, aliae refrigerant, aliae facile in stomacho aescunt, aliae non facile intus corrumpuntur, aliae mouent aluum, aliae suppressunt, aliae citant urinam, aliae tardant. Quædam somnum mouent, quædam sensus excitant. Que omnia ideo nescenda sunt, quoniam aliud aliter, vel corpori, vel valetudini conuenit.

Quæ res boni succi sunt.

C A P. XX.

Boni succi sunt, triticum, siligo, alica, oryzæ, amyolum. Item & lenes sunt & stomacho aptæ & calefaciunt, tragum, ptisana, lac, caseus mollis, omnis venatio, omnes aues, que ex media materia sunt. Ex maioribus quoque hæc, quas suprà nominauimus. Medijs inter teneros durosq; pisces, ut mullus & lupus, verna, latruca, vrtica, malua, cucumis, cucurbita, ouum forabile, portulaca, cochleæ, palmulae. Ex pomis quodecumq; neq; acerbum neq; acidum est. Vnum dulce vel lene, passum, defrutum, oleæ que ex his duobus in alterutro seruatæ sunt, vulue, rostra, trunculiq;. In summa omnis pinguis caro, *ventri- omnis glutinosa, omne iecur.

g 5 Que

Quæ res mali succi sunt.

C A P. XXX.

MAli vero succi sunt milium, panicum,
ordeum, legumina, caro domestica per-
macra, omnisq; caro salsa, omne falsamentum,
garum, vetus caseus, eicer, radicula, rapa, napi,
bulbi, brassica, magisq; etiam cyma eius, aspa-
ragus, beta, cucumis, porrum, eruca, nasturtium,
thymum, nepeta, satureia, hyssopum, ruta, ane-
thum, foeniculum, cuminum, anisum, lapathum,
frangi, & allium, cepa, lenes, renes, intestina,
pomum quodcumq; acidum vel acerbum est, ace-
rum, omnia acria, acida, acerba, oleum, pisces
quoq; saxatiles, omnesq; qui ex tenerrimo ge-
nere sunt, aut hi qui rursus nimium duri, viro-
stiq; sunt, ut fere quos stagna, lacus, limosi ue-
riui ferunt, qui ue in nimiam magnitudinem
excesserunt.

Quæ res lenes, quæue acres sint.

C A P. XXII.

Lenes autem sunt, sorbitiones, pulticula,
laganum, amyrum, pitifana, pinguis caro,
& quæcumq; glutinosa est. Quod ferè quidem in
omni, quæ domestica fit, præcipue tamen in vn-
Petiolis, id gulis, trunculisq; suum, in petiolis, capitulisq; hæ-
est, paruis pedibus: à dorum, & vitulorum, & agnorum, omnibusq;
Catone pe cerebellis. Item si qui proprie bulbi nominan-
decini, in tur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria
de re ru- sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia
stic, appell falsa, & mel quidem, quo melius est, eo magis.
lau. Item allium, cepa, eruca, ruta, nasturtium, cucur-
mis

mīc, beta, brassīca, asparāgus, sinapi, radicula, intubus, ocytūm, lactuca, maximaq; olerum pars.

Quæ res crassiorēm, quæ uē tenuiorem pituitam faciant.

CAP. XXIII.

CRASSIorem autem pituitam faciunt solum sorbilia, alica, oryzā, amyllum, pisana, lac, bulbi, omniaq; fere glutinosa. Extenuant eandem omnia salsa, atq; acria, & acida.

Quæ res stomacho idoneæ sint.

CAP. XXIV.

STOMACHO autem aptissima sunt, quæcumque austera sunt, etiam quæ acida sunt, quæq; contacta sale modico sunt. Itē panis sine fermento, & elota alica, vel oryzā, vel pisana, omnis suis, omnis venatio atq; vtraq; vel affa, vel elixa. Ex domesticis animalibus bubula. Si quid ex ceteris sumitur, macrū potius, quam pingue. Ex sue vngulæ, rostræ, aures, * vulnæq; steriles. * vulnæ, Ex oleribus intubis, lactuca, pastinaca, cucurbita elixa, siser. Ex pomis cerasum, morū, sorbum, pirum fragile, quale crustinum, vel neuianum est. Item pira, quæ reponuntur tarentina atq; signina. Malum orbiculatum, aut scandianum, vel amerinum, vel cotoneum, vel punicum. Vnde ex olla, molle ouum, palmule, nuclei, pinei, oleæ albae ex dura muria, eadem aceto intimata, vel nigrae, quæ in arbore bene permaturuerunt, vel que in passo, defruto' ue seruatæ sunt. Vinū austri, licet iam asperū sit, item resinatū.

Duri

Duri ex media materia pisces, ostrea, peclines, murices, purpuree, cochleæ : cibi, potionesq; vel frigide vel feruentes, absynthium.

Quæ res alienæ stomacho sint. C A P. XXV.

Alienæ verò stomacho sunt omnia tepida, omnia salsa, omnia iurulenta, predulcia, omnia pinguia, sorbitio, panis fermentatus, itēq; vel ex milio, vel ex hordeo, oleum, radices olerum, & quodcumq; olus ex oleo garo'ue estur, mel, mulsum, defrutiū, passum, lac, omnis caseus, vua recens, fucus & viridis & arida, legumina omnia, queq; inflare consueuerint: item thymum, nepeta, satureia, hyssopum, nasturtium, lapathum, lapsana, iuglandes. Ex his autem intelligi potest, non quicquid boni succi est, protinus stomacho conuenire: neq; quicquid stomacho conuenit, protinus boni succi esse.

Quæ inflent, aut inflammationem leuent.

C A P. XXVI.

Inflant autem omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia iurulenta, mustum, atque etiam id vinum, cui nihil adhuc etatis accessit. Ex oleribus allium, cepa, brasica, omnesq; radices, excepto si fere & pastinaca, bulbi, fucus etiam aride, sed magis virides, vuæ recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis, lac, omnisq; caseus, quicquid deinde subcrudum aliquis assumpsit. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conciliylijs, ouis vel mollibus, vel sorbilibus, vi-

no

no vetere. Fæniculum verò & anethum inflations etiam leuant.

Quæ res aut calefaciant, aut refrigerent.

C A P. XXVII.

AT calefaciunt piper, sal, caro omnis iurulenta, allii, cepa, fucus arida, salsa mentu, vimnum, & quo meracius est, eo magis. Refrigerant olera, quorum crudi caules assumuntur, ut intubus, & lactuca. Item coriandrum, cucumis, elixa, cucurbita, beta, mora, cerasa, mala austera, pisces fragilia, caro elixa, præcipueq; acetum, sive cibus ex eo, sive potio assumuntur.

Quæ res intus facile vitientur, vel minime

corrompantur.

C A P. XXVIII.

FACILE autem intus corrumpuntur, panis fermentatus, & quisquis alius quam ex tritico est, lac, mel, ideoq; lactaria atq; omne pisto. * *lactatia* riu opus, teneri pisces, ostrea, olera, caseus, et re- cens, & vetus, crassa vel tenera caro, vinu dul ce, mulsum, defrutum, passum, quicquid deinde vel iurulatum est, vel nimis dulce, vel nimis tenui. At minime intus vitiantur, panis sine fer- mento, aues, & eæ potius duriores, aurati pi- sces: neque solum aurata pura, aut scarus, sed etiam lolligo, locusta, polypus. Item bubula, omnisq; dura caro, eademq; aptiore est, si macra, si salsa est, omniaq; salsa menta, cochlea, murices, purpurea, vinum austera, vel resinatum.

Quæ res alium mouent. C A P. XXIX.

AT alium mouent, panis fermentatus, ma- gisq; si cibarius vel hordeaceus est, brassi- ca,

ca, si subcruda est, laetula, anethum, nasturtium,
ocimum, urtica, portulaca, radicula, capparis,
allium, cepa, malua, lapathum, beta, asparagus,
cucurbita, cerasia, mora, vicia, omnia mitia, ficus
etiam arida, sed magis viridis, vicia recetes, pim-
plices, minutae aues, cochlearia, garum, salsa menta,
ostrea, pelorides, echini, musculi, & omnes fere
conchule, maximeq; tus earum, saxatiles, &
omnes teneri pisces, sepiarum atramentum. si qua
caro assumitur pinguis eadem, vel iurulenta,
* *Lactaria*: vel elixa, aues, que natant, mel crudum, lac, * *la-
ctaria* omnia, mulsum, vinum dulce, vel salsum,
aqua tenera, omnia tepida, dulcia, pinguis, eli-
xa, iurulenta, salsa, diluta.

Panis.

QUE res aluum astringant. C A P . XXX.

Contra astringunt, panis ex siliagine, vel ex
simila, magis si sine fermento est, magis etiam
si vultus est, intenditurq; vis eius etiam si bis
coquitur. Pulticula vel ex alica, vel ex panico,
vel ex milio, itemq; ex iisdem sorbitio, & ma-
gis si hec ante fricta sunt. Lenticula, cui vel be-
ta, vel intubus, vel ambubeia vel plantago ad-
iecta est, magisq; etiam, si illa ante fricta est,
per se etiam intubus, vel ex plantagine vel am-
ambubeia fricta, minutae olera, brasica bis deco-
cta, dura oua, magisq; si assa sunt, minutae aues,
merula, palumbus, magisq; si in posca decoctus
est, graues omnes aues, que magis currunt, quam
volant: lepus, caprea, iecur ex his que seuum ha-
bent, maximeq; bubulum, ac seuum ipsum, ea-
seum,

seus, qui vehementior vetustate fit, vel ea mutatione quam in caso transmarino videmus, aut si recens est ex melle, mulso'ue decoctus. Item mel coctum, pira immatura, sorba, magisq; ed, que torminalia vocantur, mala cydonia, & punica, olea vel albæ vel permatuæ, myrta, palma, purpuræ, muriceæ, vinum resinatum vel asperum, item meracum, acetum, mulsum quod inferbuit, item defrutum, passum, aqua vel tepida, vel præfrigida, dura, id est ea que tarde putreficit, ideoq; pluia potissimum, omnia dura, macra, austera, aspera, tosca, & in eadem carne affa potius quam elixa.

Quæ res vrinam mouent. C A P. XXXI.

Vrinam autem mouent, quecumq; in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium, ruta, anethum, ocytum, menta, hyssopum, anesum, coriandrum, nasturtium, eruca, fæniculum. Præter haec asparagus, capparis, nepeta, thymum, satureia, lapsana, pastinaca, magisq; agrestis, radicula, siser, cepa. Ex venatione maxime lepus, vinum tenue, piper & rotundum & longum, sinapi, absynthium, nuclei pinei.

Quæ res somnum mouant, aut sensus exciteant. C A P. XXXII.

Somno vero aptum est papaver, laetula, maximeq; æstiva, cuius caulinus iam lacte repletus est, morum, porrum. Sensus excitant nepeta, thymum, satureia, hyssopum, præcipueq; pulegium, ruta & cepa.

Que

Quæ res corpus aut erodant, aut reprimant,
aut refrigerent, aut calefaciant, aut du-
rent, aut emolliant. C A P . X X X I I I .

EVOCARE VERO MATERIAM multa admodum possunt. Sed ea quæ ex peregrinis medicamentis maxime constant, alijsq; magis quam quibus ratione viclus succurritur, opitulantur, in presentia differa. Ponam ea vero, quæ prompta, & his morbis (de quibus protinus dicturus sum) apta corpus erodunt, & sic ex eo, quod mali est, extrahunt. Habent autem hanc facultatem semina eruce, nasturtij, radiculae, precipue tamen omnium sinapi. Salis quoque & siccii eadem vis est. Leniter vero simul & reprimunt *vel acetum & molliunt lana succida * ex aceto vel vino, to vel vi- cui oleum adieclum est, contrite palmule, furfu no, quo res in salsa aqua, vel aceto decocti. At simul re oleum adi. primunt, & refrigerant, herba muralis, parthenium, vel perdicium appellant, serpyllum, pulegium, ocymum, herba sanguinalis, quam Græci πολύχρονο vocant, portulaca, papaveris folia, ea preoliq; vitium, coriandri folia, lyroscyanus, mu scus, siser, apium, solanum, quam τριχων Græci vocant, brasiceæ folia, intubus, plantago, sœnicum semen, contrita pira vel mala, precipueq; cydonia, lenticula, aqua frigida, maximeq; pluvialis, vinum, acetum, & ex horum aliquo magis, madens vel panis, vel farina, vel spongia, vel cinis, vellana succida, vel etiam linteolum, creta cimolia, gypsum, melinum, myrtleum, rosa, acerb

2

Herba san
guinalis.

acerbum oleum, verbenarum contusa cum tene-
ris caulis folia, cuius generis sunt olea, cu-
pressus, myrtus, lentiscus, tamaris, ligustrum, ro-
sa, rubus, laurus, hedera, punicum malum. Sine
frigore autem reprimunt cocta mala cydonia,
malicorum, aqua calida, in qua verbenæ co-
ctæ sunt, quas suprà proposui, puluis vel ex fece
vini, vel ex myrti folijs, amaræ nuces. Calefa-
cit vero ex qualibet farina cataplasma, sine ex
tritici, sine ex farris, sine hordei, sine erui, vel lo-
lij, vel milij, vel panici, vel lenticule vel fabæ,
vel lupini, vel limi, vel fœni græci, ubi ea defer-
buit, calidaq; imposita est. Valentior tamen ad id
omnis farina est ex mulso, quam ex aqua cocta.
Præterea cyprinum, irinum, medulla, adeps ex
felle imicta oleo, magisq; si vetus est, sal, nitrū,
git, piper, quinquefolium, sereq; quæ vehemen-
ter & reprimunt, & refrigerant. Durant que
calefaciunt & digerunt, & emolliunt. Precci-
pueq; ad emolliendū potest cataplasma ex
limi vel fœni græci semine. His autem
omnibus & simplicibus & per-
mixtis variè medici utuntur,
ut magis quid quisq; per-
suaserit sibi appa-
pareat, quam
quid eviden-
tor cōpe-
rerit.

LIBER III.

De morborum generibus.

C A P . L

PRovis is omnibus, quae perti-
nent ad uniuersa genera morborū,
ad singulorum curationes veniam.
Hos autem in duas species. Græci
diuiserunt, aliosq; ex his acutos, alios longos esse
dixerunt. Ideoq; quoniam non semper eodem mo-
do respondebant, eosdem alijs inter acutos, alijs in-
ter longos retulerunt. Ex quo plura eorum ge-
nera esse manifestum est. Quidam enim breues
utique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel
ipſi cito finiuntur. Quidam longi, sub quibus ne-
que sanitas in propinquuo, neque exitium est. Ter-
tiumq; genus eorum est, qui modo acuti, modo
longi sunt. Idq; non in febribus tantummodo, in
quibus frequentissimum est, sed in alijs quoque
fit. Atque etiam præter hos, quartum est, quod
neq; acutum dici potest, quia non perimit: neque
utique longum, quia si occurritur, facile san-
tur. Ego cum de singulis dicam, cuius quisque ge-
neris sit, indicabo. Diuidam autem omnes in
eos, qui in totis corporibus consistere videntur,
& eos qui oriuntur in partibus. Incipiā à prio-
ribus, pauca de omnibus prefatus. In nullo qui-
dem morbo minus fortuna sibi vendicare, quam
fortuna ars potest, utpote cùm repugnante* natura,
nihil medicina proficiat. Magis tamē ignoscen-
dum medico est parum proficienti in acutis mor-
bis,

bis, quam in longis. Hic enim breue spatium est, intra quod si quod auxilium non profuit, ager extinguitur. Ibi et deliberationi et mutationi remediorum tempus patet, adeo ut raro, si inter initia medicus accessit, obsequens ager sine illicius ritio pereat. Longus tamen morbus cum penitus infedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par est. Et acutus quidem, quo recentior est, longus autem quo recentior, eo facilius curatur. Alterum illud ignorari non oportet, quod non omnibus agris eadem auxilia conueniunt. Ex quo ineedit, ut alia atque alia summi autores, quasi sola vendicauerint, prout cuique cesserant. Oportet itaque ubi aliquid non respondit, non tanti putare autorem, quanti agrum, et experiri aliud atque aliud. Sic tamen, ut in acutis morbis citò mutetur, quod nihil prodest: in longis, quos tempus ut facit, sic etiam solvit, non statim condemnatur, si quid non statim profuit. Tertius vero remoueatur, si quid paucum saltem iuuat, quia profectus tempore expletur.

Quomodo morbi cognoscantur, & an incre�ant, an consistant, an minuantur: & quia ratione ab inicio, qui languore incipit, curari debeat.

C A P. II

Protinus autem inter initia scire facile est, quis acutus morbus, qui longus sit: non in his solis in quibus semper ita se habet, sed in his quoque in quibus variat. Nam ubi sine intermissionibus accessiones et dolores graues

b 2 vrgent

vrgēt, acutus morbus est. Vbi lenti dolores, lentē
 febres sunt, & spatiā inter accessiones por-
 riguntur, acceduntq; ea signa, quae in priore vo-
 lumine exposita sunt, longum hunc futurum esse
 manifestum est. Videndum etiam est, morbus
 an increscat, an consistat, an minuantur, quia
 quedam remedia increcentibus morbis, plura
 inclinantibus conueniunt. Eaq; quae decrescen-
 tibus apta sunt, vbi acutus increscens vrget, in
 remissionibus potius experienda sunt. Increscit
 autem morbus, dum grauiores dolores accessionesq;
 veniunt, hæq; & antè quam proximæ re-
 uertuntur, & postea desinunt. Atque in longis
 quoq; morbis etiam tales notæ non habentibus,
 scire licet increscere, si somnus incertus est, si
 deterior concoctio, si fœdiores deiectiones, si
 tardior sensus, si pigror mens, si percurrit cor-
 pus frigus aut calor, si idem magis pallet. Ea ve-
 ro quam contraria his sunt, decadentis eius no-
 te sunt. Præter hæc in acutis morbis serius ager
 alendus est, nec nisi iam inclinatis, ut primum
 dempta materia impetum frangat. In longis ma-
 * aduentu turius, ut sustinere spatium * affecturi mali
 ri possit. Ac si quando is non in toto corpore, sed
 in parte est, magis tamen ad rem pertinet vim
 totius corporis molliri, quam proprie partes
 ægræ sanentur. Multum etiam interest, ab ini-
 tio quis recte curatus sit, an perperam, quia cu-
 ratio minus his prodest, in quibus assidue fru-
 strafuit. Si quis temere habitus, adhuc integris
 virib

viribus viuit, admota curatione momento restituatur. Sed cum ab his cœperim, quæ notas quasdam future aduersæ valetudinis exhibent, curationum quoque principium ab animaduersione eiusdem temporis faciam. Igitur si quid ex his quæ proposita sunt, incidit, omnium optima sunt, quies, & abstinentia. Si quid bibendum, aqua. Idq; interdum uno die fieri satis est. Interdum, si terrentia manent, biduo. proximeq; abstinentiam sumendus est cibus exiguis, bibenda aqua, postera dic etiam vinum, deinde inueniem alternis diebus, modo aqua, modo vinum, donec omnis causa metus finiatur. Per hec enim sepe instans grauis morbus discutitur. Plurimiq; falluntur, dum se primo die protinus sublaturos languorem, aut exercitatione, aut balneo, aut coacta deiectione, aut vomitu, aut sudationibus, aut vino sperant. Non quo non interdum id incidat, aut non decipiatur, sed quo sepius fallat, solaq; abstinentia sine ullo periculo medeat. Cum præsertim etiam pro modo terroris moderari liceat, & si leniora indicia fuerint, satis sit à vino tantum abstinere: quod subtraclum, plus quam scibo aliquid dematur, adiuuat: si paulo grauiora, facile sit, non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere. Interdiu panis quoq; minus quam pro consuetudine assumere, humidoq; cibo esse contentum, & olere potissimum. Satisq; sit tum ex toto à cibo, à vino, ab omni motu corporis abstinere, cum velic-

mentes note terruerunt. Neque dubium est quin
vix quisquam, qui non dissimulauit, sed per huc
mature morbo occurrit, agrotet.

De Februm generibus.

CAP. III.

ATQUE HÆC QUIDEM SANIS FACIENDA SUNT, TAN
TUM CAUSAM METUENTIBUS. SEQUITUR VERO
CURATIO FEBRIÙ, QUOD ET IN TOTO CORPORE, ET VUL
GARE MAXIME MORBI GENUS EST. EX HIS UNA QUOTI
DIANA, ALTERA TERTIANA, ALTERA QUARTANA EST. IN
TERDUM ETIAM LONGIORE CIRCUITU QUÆDA REDEUNT,
SED ID RARO EUENIT. IN PRIORIBUS ET MORBI SUNT,
ET MEDICINA. AT QUARTANA QUIDEM SIMPLICIO
RES SUNT. INCIPIENT FERE AB HORRORE, DEMINDE CALOR
ERUMPIIT, FINITAQ; FEBRE BIDUM INTEGRUM EST, ITA
QUARTO DIE REUERTITUR. TERTIANARUM VERO DUO
GENERA SUNT. ALTERUM EODEM MODO QUO QUARTA
NA ET INCIPiens ET DESINENS, ILLO TANTUM INTER
POSITO DISCRIMINE, QUOD UNUM DIEM PRESTAT
INTEGRUM, TERTIO REDIT. ALTERU LONGE PERMICO
SIUS, QUOD TERTIO QUIDEM DIE REUERTITUR, EX OCTO
AUTEM ET QUADRAGINTA HORIS, FERE SEX ET TRIGINTA
PER ACCESSIONEM OCCUPAT, INTERDUM ETIAM VEL MI
NUS VEL PLUS, NEQUE EX TOTO IN REMISSIONE DESISTIT,
SED TANTU LEUINS EST. ID GENUS PLERIQ; MEDICI HE
MITRITÆ APPELLAT. QUOTIDIANÆ VERO VARIÆ SUNT,
FRIGUS. ET MULTIPLICES. ALIE ENIM PROTINUS A CALORE IN
CIPIENT, ALIE A FRIGORE, ALIE AB HORRORE. FRIGUS VO
HORROR. CO, VBI EXTREMÆ PARTES MEMBRORUM MALGESCENT:
horror

horrorē, ubi totum corpus intremit. Rursus aliae
sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas; aliæ
sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre,
nihilominus tamen quedā reliquiæ remaneant,
donec altera accessio accedat, ac sepe aliæ vix
quicquam, aut nihil remittant, sed ita ut conti-
nuent. Deinde aliæ feruorem ingentem habent,
aliæ tolerabilem, aliæ quotidie pares sunt, aliæ
impare, atq; inuicem altero die leniores, altero
vehementiores, aliæ tēpore eodem postridie reu-
tuntur, aliæ vel serius vel celerius, aliæ diem no-
tēm q; accessionē et decessionē implent, aliæ mē-
nus, aliæ plus, aliæ cūm decedunt sudorē mouent,
aliæ non mouent: atq; aliâs per sudorem ad in-
tegritatem venitur, aliâs corpus tantum imbe-
cilius redditur. Accessiones etiam, modo singu-
lae singulis diebus sunt, modo binæ, plures re-
concurrunt. Ex quo sepe euénit, ut quotidie plu-
res accessiones, remissionesq; sint. Sic tamen ut
unaquæq; alicui priori respondeat. Interdum
vero accessiones quoq; confunduntur, sic ut no-
tari neq; tempora earum, neque spatiā possint.
Neq; verum est, quod dicitur à quibusdam, nul-
lam febrem inordinatam esse, nisi aut ex vomici-
a, aut ex inflammatione, aut ex ulcere. Facilior
enim semper curatio foret, si hoc verum esset.
Sed quod evidentes causæ faciunt, facere etiam
abditæ possunt. Neq; dere, sed de verbo contro-
uersiam mouent. Qui cūm aliter aliterq; in eodē
morbo febres accedant, non eisde inordinate re-

b 4 dire,

dire, sed alias, aliasq; subinde oriri dicunt. Quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiam si verè diceretur. Tempora quoq; remissio-
num modo liberalia, modo rix illa sunt.

De curationū diversis generibns. C A P. IIII.

ET febrium quidcm ratio maxime talis est. Curationis vero diuersa genera sunt, prout autores aliqui habet. Asclepiades officium esse medici dicit, vt tutò, vt celeriter, vt iucundè cureret. Id notum est, sed ferè periculosa esse nimia, & festinatio & voluptas solet. Qua vero moderatione utendū sit, vt quantum fieri potest omnia ista cōtingant, prima semper habita salute in ipsis partibus curationis considerandū erit. Et ante omnia queritur, primis diebus aeger qua ratione continentus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur, eò quod cruditatē maxime horrebant: deinde eam materiam, quae lēdere videbatur, ducēdo sēpius aluum subtrahebant. Asclepiades medicamenta sustulit, aluum non toties, sed ferè tamen in omni morbo subduxit. Febre vero ipsa præcipue se ad eius remedium vti professus est. Conuellen-
das enim vires aegri putauit, luce, vigilia, siti ingenti: sic, vt ne os quidem primis diebus elui fineret. Quo magis falluntur, qui per omnia in-
* Et is ecundam eius disciplinam esse contendunt. * His enim vltoribus quidem diebus cubatis etiam luxuriæ subscripsit: primis vero tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari po-
potiones,

potionis, et alius duci non nisi raro debere cont-
 cedo. Et id non ideo tamen agendum, ut aegri vi-
 res conuellantur, existimo: quoniam ex imbecil-
 litate summum periculum est. Tolum ergo tan-
 tam materiam superatam oportet, que naturali-
 ter digeritur, ubi nihil noui accedit. Itaq; abs ^{*} detra-
 tinendus à cibo primitis diebus est, in luce habenatur
 dus aeger, nisi infirmus interdiu est, quoniam
 corpus ista quoq; digerit, isq; cubare quam ma-
 ximo conclavi debet. Quod ad sitim vero so-
 mnumq; pertinet, moderandum est, ut interdiu
 vigilet noctu, si potest, conquiescat: ac neq; po-
 tet, neq; nimium siti crucietur. Os etiam eius e-
 lui potest, ubi et siccum est, et ipsi fætet, quam-
 uis id tempus aptum potionis non est. Commodo q;
 Erasistratus dixit, sepe inferiore parte humo-
 rem non requirente, os et fauces requirere, neq;
 ad rem male haberì aegrum pertinere. Ac primo
 quidem sic tenendus est. Optimum vero medi-
 camentum est, opportune cibus datus, qui quan-
 do primis dari debeat, queritur. Plerique ex
 antiquis tarde dabant, sepe quinto die, sepe sex-
 to, et id fortasse vel in Asia, vel in Aegypto
 cœli ratio patitur. Asclepiades ubi aegrum tri-
 duo per omnia fatigarat, quarto die cibo desti-
 nabat. At Themon nuper, non quando cœpis-
 set febris, sed quando desisset, aut certè levata
 esset, considerabat, et ab illo tempore expectato
 die tertio, si non accesserat febris, statim: si acces-
 serat, ubi ea vel desierat, vel si assidue inhaere-
 b 5 bat,

gal. 3. ap
 is. plat,
 Theron,

bat, si certè se inclinauerat, cibum dabant. Nihil autem horum vijq; perpetuum est. Nam potest primo die primus cibus dandus esse, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto, aut quinto, potest post unam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, quale cælum, que etas, quod tempus anni. Minimeq; in rebus multum inter se differentibus, quod intermittendum non est, perpetuum esse preceptum temporis potest. In morbo qui plus virium ausert, celerius cibus dandus est, itemq; eo cælo, quo magis digerit. Ob quam causam in Aplrica, nullo die æger abstineri reelle videtur. Maturius etiam puerο, quam iuueni, æstate, quam hryeme dari debet. Num illud & semper & vbiq; seruandum est, ut ægri vires subinde assidens medicus inspiriat, & quamdiu supererunt, abstinentia pugnet: si imbecillitatem vereri cœperit, cibo subueniat. Id enim eius officium est, ut agrum neq; superuacua materia oneret, neq; imbecillitatem

*fami *fame perdat. Idq; apud Erasistratum quoq; prodat iuuenio, qui quamvis parum docuit, quando venter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen hac esse visenda, et tum cibum dandum, tum corpori deberetur: satis ostendit, dum vires superessent, dari non oportere: ne deficerent, consulendum esse. Ex his autem intelligi potest ab uno medico multos non posse curari, cumq; (si artifex est) idoneum esse, qui non multum ab ægro

gro recedit. Sed qui quæstui seruiunt, quoniam
is maior ex populo est, libenter amplectuntur ea
præcepta, que sedulitatem non exigunt, vt in
hac ipsa re. Facile est enim dies, vel accessiones
numerare his quoq; qui ægrum raro vident, ille
assideat necesse est, qui quod solum opus est, vi-
surus est, quando nimis imbecillus futurus sit,
nisi cibum acceperit. In pluribus tamen ad ini-
tium cibi dies quartus aptissimus esse consuevit.

Et autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio, Dies impa-
quoniam antiqui potissimum impares sequeban- rev.
tur, eosq; tanquam tune de ægris iudicaretur,
negotiores nominabant. Hi erant dies tertius,
quintus, septimus, nonus, undecimus, quartus-
decimus, vnius & vigesimus, ita vt summa po-
tentia septimo, deinde quartodecimo, deinde vni
*& vigesimo daretur. Igitur sic ægros nutrie-*bant, vt dierum imparium accessiones expeclarent,**
deinde postea cibum quasi leuioribus ac-
cessionibus instantibus darent, adeo vt Hippo-
crates, si alio die febris desisset, reciduum timere
sit solitus. Id Asclepiades iure vt vanum repu-
dianuit, neq; in ullo die, quia par, impar'ue esset,
his vel maius, vel minus periculum esse dixit.
Interdum enim peiores dies pares fiunt, & op-
portunius post earum accessiones cibus datur.
Nonnunquam etiam in ipso morbo, dierum ratio
mutatur, fitq; grauior, qui remissior esse consue-
uerat, atq; ipse quartus decimus par est, in quo
esse magnanum vim antiqui fatebantur. Qui cum
octauum

octauum primi naturam habere contenterent,
 ut ab eo secundus septenarius numerus inciperet, ipsi sibi repugnabant, non octauum, neq; de-
 cimum, neq; duodecimum diem sumendum quasi
 potentiores. Plus enim tribuebant nono & un-
 decimo. Quod cum fecissent sine rilla probabili-
 ratione, ab undecimo non ad tertiumdecimum,
 sed ad quartumdecimum transibant. Est etiam
 apud Hippocratem, ei quem septimus dies libe-
 raturus sit, quartum esse grauiissimum. Ita illo
 quoq; autore in die pari & grauior febris esse
 potest, & certa futuri nota. Atq; idem alio loco
 quartum quemq; diem, ut in utrumq; efficacissi-
 simum apprehendit, id est, quartum, septimum,
 undecimum, quartumdecimum, decimumsepti-
 mum, in quo & ab impari ad pari rationem
 transit: & ne hoc quidem propositum conserua-

Sed si octa-
 vus primi
 natura ha-
 bet: unde-
 cim⁹ quar-
 tus, non
 quintus e-
 rit,
 sed cum à septimo die undecimus, non quartus,
 sed quintus sit: adeo apparet quacunq; ratione
 ad numerum respeximus, nihil rationis sub illo
 quidem autore reperiri. Verum in his quidē an-
 tiquos tunc celebres admodum Pythagorici nu-
 meri sefellerunt, cum hic quoq; medicus non nu-
 merare dies debeat, sed ipsas accessiones intue-
 ri, & ex his coniectare, quando dandus cibus
 sit. Illud autem magis ad rem pertinet, scire,
 tum ne oporteat dari, cum iam bene vene con-
 quieuerint, aut etiam num manentibus reliqujs
 febris. Antiqui enim quam integerrimi corporibus alimentum offerebant. Asclepiades incli-
 nata

nata quidem febre, sed adhuc tamen inherente.
 In quo^{rum} vanam ratione secutus est, non quò non * vnam
 sit interdum maturius cibus dandus, si mature
 timetur altera accessio: sed quò scilicet quam sa-
 missimo dari debeat. Minus enim corruptitur
 quod integro corpori infertur. Neq; tamen * ve- * non va-
 rum est, quod Themisoni videbatur, si duabus num est
 horis integer futurus esset æger, satius esse tunc
 dare, vt ab integro corpore potissimum diduce-
 retur. Nam si diduci tam celeriter posset, id esset
 optimum. Sed cum hoc breue tempus nō præstet,
 satius esse principia cibi à decadente febre quam
 reliquias ab incipiēte excipi, ita, si longius tem-
 pus secundum est, quam integrerrimo dandus
 est: si breue, etiam antequā ex toto integer fiat.
Quo loco vero interritas est, eodem est remissio,
 * que maxime in febre continua potest esse. At * si qua
 hic quoq; queritur, utrum tot horæ expeclande
 sint, quot febrem habuerunt, an satis sit, primam
 partem earum prateriri, vt ægris iucundius in-
 sidat, quibus interdum non vacat. Tuttissimum
 est autem ante totius accessionis tempus prater-
 ire, quamvis ubi longa febris fuit, potest indul-
 geri ægro maturius, dum tamen ante minime
 pars dimidia prætereatur. Idq; non in ea sola fe-
 bre, de qua proxime dictum est, sed in omnibus
 ita seruandum est.

De febrium speciebus, & singularium curatio-
 nibus: & primò quando cibus febricitan-
 tibus dandus sit.

C.A.P. V.

Hec

Hec magis per omnia genera febriū perpetua sunt, nunc ad singulas earum species descendam. Igitur si semel tantum accessit, deinde desist, eaq; vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex cœli, alia' rē simili refuit, sic ut interior nulla caussa metum fecerit, postero die cum tempus accessionis ita transiit, ut nihil moverit, cibus dari potest. At si ex alto calor venit, & grauitas vel capitū vel p̄cordiorum secuta est, neq; apparet quid corpus confuderit, quamvis r̄nam accessionem secuta integritas est, tamen quia tertiana timeri potest, expectandus est dies tertius: & r̄bi accessionis tempus praeteriit, cibus dandus est, sed exiguis, quia quartana quoq; timeri potest. Et die quarto demum, si corpus integrum est, eo cum fiducia utendum. Si vero postero, tertio' ve, aut quarto die secuta febris est, scire licet morbi esse. Sed tertianarum, quartanarūq;, quarum & certus circuitus est, & finis integer, & quia liberaliter quietat temporis sunt, expeditior ratio est de quibus suo loco dicam. Nunc vero eas explicabo, que quotidie vrgent. Igitur tertio quoq; die cibus agro commodissime datur, ut alter febrem rāmit, alter viribus subueniat. Sed his dari debet, si quotidie mafebris est, que ex toto desinat, simul atq; corpus integrū factū est. si quamvis nō accessiones, febres tamen iunguntur, & quotidie quidē increscit, sed sine integritate tamē remittunt, cum corpus ita se habet, ut maior remissio nō exceptetur.

Eletur, si altero die grauior, altero leuior accessione est, post grauiorem. Ferè vero grauiore accessione leuior nos sequitur: quò fit, ut grauiore accessione nos quoq; tristior antecedat. At si continuatur febris, neq; leuior unquam sit, et dari cibum necesse est, quādā dari debeat, magna quidē dissensio est. Quidam, quia ferè remissus matutinum tēpus agri est, tunc putant dandū. Quod si respondet, non quia manū est, sed quia remissio est agri, dari debet. Si vero ne tunc quidem illa requies agri est, hoc ipso peius id tempus est, quod cum sua natura melius esse debeat, morbi vitio non est, simulq; insequitur tēpus meridianum: à quo cum omnis ager ferè peior fiat, timeri potest, ne ille magis etiam, quam ex consuetudine urgeatur. Igitur alij uestigere tali agro cibum dant. Sed cum eo tempore ferè pessimi sint, qui egrotant, verendum est, ne si quid tunc mouerimus, fiat aliquid asperius. Ob hæc ad medianam noctem decurro, id est finito iam grauiissimo tempore, eodemq; longissimè distante, secuturis vero antelucanus horis, quibus omnes ferè maximè dormiant: deinde matutino tempore, quod natura sua leuisimū est. Si vero febres vagas sunt, quia verendum est, ne cibum statim gressu sequantur, quandocumq; quis ex accessione lenatus est, tunc debet assumere. At si plures hinc accessiones eodem die veniunt, considerare oportet, pares ne per omnia sint, (quod vix fieri potest) aut impares. Si per omnia pares sunt, post eam

eam potius accessionem cibus dari debet, quæ non inter meridiem & vesperem desinit. Si impares sunt, considerandum est, quo distent. Nam si altera grauior, altera leuior est, post grauiorē dari debet: si altera longior, altera breuior, post longiorem: si altera grauior, altera longior est, considerandum est, utra magis affligat, illa vi, an hec tempore, & post eam dandus est. Sed plane plurimum interest, quantæ, qualesq; inter eas remissiones sint. Nā si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est: integro corpore, cibo tempus aptius est. Si semper febricula manet, sed alterum tamen longius tempus remissionis est, id potius eligendum est, adeo ut ubi accessiones continuantur, protinus inclinata priore dandus cibus sit. Etenim perpetuum est, ad quod omne cōsilium dirigi potest, cibum quam maxime semper ab accessione futura reducere, & hoc saluo, dare quam integrimo corpori. Quod non inter duas tantum, sed etiam inter plures accessiones seruabitur. Sed cum sit ap̄issimum tertio quoq; die cibum dare, tamen si corpus infirmum est, quotidie dandus est: multoq; magis si continentis febres sine remissione sunt, quanto magis corpus affligunt, aut si duæ plures vre accessiones eodem die veniunt. Que res efficit, ut & à primo die protinus cibus dari quotidie debeat. Si protinus venæ conciderunt, & sepius eodem die, si inter plures accessiones subinde vis corpori deest. Illud tamen

tamen in his seruandum est, ut post eas febres minus cibi detur, post quas, si per corpus licet, omnino non daretur. Cum vero febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decadat, deinde in decessione consistat, aut finiatur, scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde cum decessio eius consistit: tertium si necesse est, quandocumq; decedit, cetera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente iam incremento febris aliquid offerre, quam increcente. Satius esse instante, quam incipiente: cum eo tamen, ut nullo tempore is qui deficit, non sit sustinendus. Neque Hercule satis est, ipsius tantum febres medicum intueri, sed etiam totius corporis habitum, & ad eum dirigere curationem, seu supersunt vires, seu desunt, seu quidam mali affectus interueniunt. Cum vero semper agros securos agere conueniat, ut corpore tantum, non etiam animo laborent, tum precipue, ubi cibum sumpserunt. atque si qua sunt, que exasperatura eorum animos sunt, optimum est, ea dum agrotant eorum * eadem noticie subtrahere. Si id fieri non potest, sustineat agrotantem tamen post cibum usque somni tempus, & tum noctum expericti sunt, tum exponere. titiæ sub.

Quando potiones febricitantibus dari
expediat. C A P. VI.

Sed de cibo facilior quidem cum agris ratio
est, quorum sepe stomachus hunc respuit,
etiam si mens concupiscit. De potionē vero in-

LIBROS

DEL DR.

MARCO

gens

Ayuntamiento de Madrid

gens pugna est, eoq; magis, quo maior febris est.
 Hec enim sitim accedit, et tum maxime aquam
 exigit, cum illa periculosisima est. Sed docendus
 æger est, ubi febris conquieuerit, protinus sitim
 quoq; quieturam, longioremq; accessionem fore,
 si quod ei datum fuerit alimentum. Ita celerius
 eum definere sitire, qui non bibit. Necesse est ta-
 men quanto facilius etiam sanis famem, quam si-
 tim sustinent, tanto magis ægris in potionē, quam
 in cibo indulgerē. Sed primo quidem die nullus
 humor dari debet, nisi subito sic vene concide-
 runt, ut cibus quoq; dari debeat. Secundo vero,
 ceterisq; etiam, quibus cibus non dabitur, tamen
 si magna sitis urget, potio dari potest. Ac ne
 illud quidem ab Heraclide Tarentino dictum ra-
 tione caret, ubi aut bilis ægrū, aut cruditas male
 habet, expedire quoq; per medicas potionē mis-
 seari nouam materiam corruptæ. Illud videndum
 est, ut qualia tempora cibo legantur, talia potio-
 ni quoq; : ubi sine illo datur, deligantur, aut cum
 egrum dormire cupiemus. Quod ferè sitis prohibe-
 tet. Satis autem conuenit, cum omnibus febricit-
 atibus, nimius humor alienus sit, tum præcipue
 esse feminis, que ex partu in febres inciderunt.
 Sed cum tempora cibo potioniq; febris et remis-
 sionis ratio det, non est expeditissimum scire quan-
 do æger febricitet, quando melior sit, quando de-
 ficiat. Sine quibus dispensari illa non possunt.

Venatum *Venis enim maxime credimus fallacissimæ rei,*
pulchris. quia sepe istæ leniores, celeriores'ne sunt, et
etate

etate ebor sexu, & corporum natura. Et plerumq;
 satis sano corpore, si stomachus infirmus est, non
 nunquam etiam incipiente febre subeunt et qui-
 escunt, ut imbecillus is videri possit, cui facile
 laturo grauis instat accessio. Contrà sepe eas
 concitat, & resoluit sol, & balneum, & exerci-
 tatio, & metus, & ira, & quilibet aliis animi
 affectus, adeo, ut cum primum medicus venit,
 solicitude & gri dubitantis quomodo ille se habe-
 re videatur, eas moueat. Ob quam causam peri-
ti medici est, non protinus vt venit apprehendere officium
 manu brachium, sed primum residere hilari uul-medici.
 tu, percunctariq; quemadmodum se habeat, & se,
 quis eius metus est, eum probabili sermone leni-
 re, tum deinde eius corpori manum admouere.
 Quas venas autem conspectus medici mouet,
 quam facile mille res turbant. Altera res est, cui
 credimus calor, & que fallax. Nam hic quoq; ex-
 citatur aestu, labore, somno, metu, solicitudine.
 Igitur intueri quidem etiam ista oportet. Sed his
 non omnia credere, ac protinus quidem scire non
 febricitare eum, cuius vene naturaliter ordinate
 sunt, temporq; talis est, qualis esse sanis solet. Non
 protinus autem sub calore motuq; febrem sese con-
 cipere, sed ita, si summa quoq; arida in equaliter
 cutis est, si calor et in fronte est, & ex*imis pre- *intimis
 cordis oritur, si spiritus ex naribus cum ferore
 prorumpit, si color aut rubore, aut pallore nouo
 mutatus est, si oculi graues, & aut perficci, aut
 sublumidi sunt, si sudor cum sit, in equalis est, si

i 3 vene

vene non aequis interuallis mouentur. Ob quam
 causam medicus neq; in tenebris, neq; à capite
 ægri debet residere, sed illustri loco aduersus eum,
 ut omnes notis ex ructu quoq; cubantis perspi-
 ciat. Vbi vero febris fuit, atq; decrevit, expectari
 oportet, cum tempora, partes ue corporis aliae pau-
 lum madescant, que sudorem ventrum esse te-
 stentur. Ac si qua nota est, tunc demū dare potius
 calidam aquam, cuius salubris effectus est, si su-
 dorē per omnia membra diffundit. Huius autem
 rei causa continere æger sub veste satis multa
 manus debet, eademq; crura, pedesq; contingere,
 qua male plerique ægros in ipso impetu febris,
 pessimeq; ubi ardens ea est, male habent. Si su-
 dare corpus cœpit, lente tepescere oportet, paulo
 latimq; singula membra detergere. At ubi su-
 dor omnis finitus est, aut si is nō venit, ubi quam
 maxime potuit, idoneus esse cibo æger videtur,
 sub veste leniter vngredens est, tum detergedus,
 deinde ei cibus dandus. Cibus autem febricitan-
 tibus humidus est aptissimus, aut humorī certe
 quam proximus, utiq; ex materia quam leuissi-
 ma, maximeq; sorbitio, eaq; si magna febres fue-
 runt, quam tenuissima esse debet. Mel quoq; de-
 spumatum huic rectè adiicitur, quo corpus ma-
 gis nutriatur: sed id, si stomachus offendit, super-
 uacuum est, sicut ipsa quoq; sorbitio. Dari vero
 in vicem eius potest, vel intrita ex aqua calida,
 vel alica elota, si firmus est stomachus: et com-
 pressa aliis ex aqua malsa: si vel ille languet,
 vel

vel hæc profluit, ex posca. Et primo quidem cibo ita satis est: secundo verò aliquid adiuci potest, ex eode tamen genere materie vel olus, vel conchylium, vel pomum. Et dum febres quidem in crescunt, hic solus idoneus cibus est. Vbi verò aut desinunt, aut leuantur, semper quidem incipendum est ab aliquo ex materia leuisima: adiiciendum verò aliquid ex media, ratione habita subinde & virium hominis & morbi. Ponendi verò aegro varij cibi (sicut Asclepiades præcepit) tum demum sunt, ubi fastidio urgetur, neq; satis vires sufficiunt, ut paulum ex singulis degustando famem ritet. At si neq; vis, neq; cupiditas deest, nulla varietate solicitandus ager est, ne plus assumat, quam concoquat. Neq; verù est, quod ab eo dicitur, facilius concoqui cibos varios: eduntur enim facilius, ad concoctionē autem materie, genus & modus pertinent. Neque inter magnos dolores, ut neq; in crescente morbo rutu est aegrū cibo impleri, sed ubi inclinata iam in melius valetudo est. Sunt aliae quoq; observationes in febribus necessarie, atque id quoq; videntur est, quod quidam solum præcipiunt, an astrictum corpus sit, an profluat: quorū alterum strangulat quod continet, alterum digerit. Nam si astrictum est, ducenda aliud est, mouenda urina, eliciendus omni modo sudor. In hoc genere morborum sanguinem etiam misisse, concussisse velmentibus gestationibus corpus, in lumine habuisse, imperasse famem, sitim, vigiliam prodest.

dest. *Vtile est etiam ducere in balneum, prius de-*
mittere in solium, tum vngere, iterum ad solium
vedire, multaq; aqua fouere inguina, interdum
etiam oleum in solo cum aqua calida miscere,
vti cibo rarius & serias tenui, simplici, molli,
calido, exiguo, maximeq; oleribus, qualia sunt,
lapathum, vrtica, malua, vel iure etiam concha-
rum, muscularum'ue, aut locustarum, neq; danda
caro, nisi elixa est. At potio esse debet magis li-
beralis, & ante cibum, & post hunc, & cum hoc
yltra quam sitis coget. Poteritq; à balneo etiam
pinguius aut dulcius dari vinum, poterit semel
aut bis interponi Grecum salsum. Contrà vero
si corpus profuet, sudor coercendus, quies adhi-
benda erit, tenebris, somnoq; quandocunq; volet
vtendum, non nisi leui gestatione corpus agitan-
dum, & pro genere mali subueniendum. Nam si
venter fluit, aut si stomachus non continet, ubi
febris decrevit, liberaliter oportet aquam tepi-
dam potui dare, & vomere cogere, nisi aut fau-
ces, aut præcordia, aut latus dolet, aut uetus mor-
bus est. Si vero sudor exercet, duranda cutis est
vel nitro, vel sale, que cum oleo miscentur. At
si leuius id vitium est, oleo corpus vngendum est:
si vehementius, rosa vel melino, vel myrteo, cui
vinum austерum sit adieclum. Quisquis autem
fluore æger est, cum venit in balneum, prius un-
gendus, deinde in solium demittendus est. Si in
cute uitium est, frigida quoque, quam calida
aqua melius vtetur. Vbi ad cibum ventum est,
dari

dari debet is valens, frigidus, siccus, simplex,
qui quam minime corrumpi possit, panis tostus,
caro assa, vinum asperum, vel certe subausterum.
Si venter profluit, calidum: si sudores no-
cent, vomitusq; sunt, frigidum.

Quomodo pestilentes febres curari de-
beant.

C A P. VII.

DEsiderat et iam propriam animaduersio-
nem in febribus pestilentiae casus. In hanc
minime utile est, aut fame, aut medicamentis vti,
aut ducere alium. Si vires sinunt, sanguinem
mittere optimum est, præcipueq; si cum dolore fe-
bris est. Si id parum tutum est, ubi febris aut te-
nuata est, aut leuata est, vomitu peclus purgare.
Sed in hoc maturius, quam in alijs morbis, duce-
re in balneum opus est, vinum calidum &
meracius dare, & omnia glutinosi. Inter que quo-
que carnem generis eiusdem. Nam quo celerius
eiusmodi tempestates corripiunt, eo maturius au-
xilia, etiam cum quadam temeritate rapienda
sunt. Quod si puer est qui laborat, neq; tantu[m] ro-
bur eius est, vt sanguis mitti possit, siti ei uten-
dum est, ducenda aliud, vel aqua, vel prisane cre-
more, tum denum i[ps]i leuibus cibis nutrientus. Et
ex toto, non sic pueri, vt viri curari debent. Er-
go, vt in alio quoque genere morborum, parcitur
in his agendum est. Non facile sanguinem mitte-
re, non facile ducere alium, non cruciare vigilia,
fame, ue, aut nimia siti, non uino curare satis con-
uenit. Vomitus post febrem eliciendus est, deinde

i + dand.

dandus cibus ex leuisimis, tum is dormiat:
 postero quoque die si febris manet, abstineatur.
 Tertio ad similem cibum redeat. Dandaq; opera
 est, quantū fieri potest, vt inter opportunam abs-
 tinentiam cibosq; opportunos, obmissis ceteris
 nutriatur. Si verò ardens febris extorret, nulla
 medicamenti danda potio est, sed in ipsis acces-
 sionibus, oleo & aqua refrigerandus est, quæ
 miscenda manusunt donec albescant, & conclau-
 ui tenendus, quò multum & purū aërem trahere
 possit, neq; multis vestimentis strangulandus,
 sed admodum leuibus tantum velandus est. Pos-
 sunt etiam super stomachum imponi folia uitis in
 aqua frigida timēta. Ac ne siti quidē nimia re-
 xandus est, alendum maturius est, id est, à die
 tertio, & ante cibum ijsdem perungēdus. Si pi-
 tuita in stomacho coit, inclinata iam acceſſione,
 vomere cogendus est, & tunc dandum frigidum
 olus, aut pomū ex his, quæ stomacho conueniunt.
 Si siccus manet stomachus protinus vel ptisane,
 vel alicae, vel oryzæ tremor dandus est, cum quo
 recens adeps cocta sit. Cum verò in summo in-
 cremento morbus est, utiq; non ante diem quar-
 tum magnasiti antecedente, frigida aqua copio-
 se præstanda est, vt bibat etiam ultra satietatem:
 & cum iam venter & precordia ultra
 modum repleta, satisq; refrigerata sunt, vomere
 debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt, sed
 ipsa aqua frigida tantum ad satietatē data pro
 medicamento utuntur. Voi utrumlibet factum
 est,

est, multa veste operiendus est, & collocandus ut dormiat. Fereq; post longam sitim & vigiliam, post multam satietatem, post infraclum calorem plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur, idq; præsentissimum auxilium est. Sed in his tamen, in quibus præter ardorem, nulli dolores, nullus præcordiorum tumor, nihil prohibens, vel in thorace, vel in pulmone, vel in fauibus, non ulcus, non deiectione, non profluvium alui fuit. Si quis autem in huiusmodi febre leuiter tufsit, is neq; vehementi siti conficitatur, neq; bibere aquam frigidam debet, sed eo modo currandus est, quo in ceteris febribus præcipitur.

Curatio semitertianæ febris, que hemitriteos dicitur.

C A P. VIII.

A Tvbis id genus tertiane est, quod hemitri-
taeon Medici appellant, magna cura opus
est, ne id fallat. Habet enim plerumq; frequentio-
res accessiones, decessionesq; ut aliud morbi ge-
nus uideri possit: porrigitq; febris inter horas uigintiquatuor et triginta sex, ut quod idem est, non
idem esse uideatur. Et magnopere necessarium est,
neq; dari cibis, nisi in ea remissione, que uera est:
& ubi ea uenit, protinus dari, plurimiq; sub al-
terutro curantis errore subito moriuntur: ac nisi
magnopere aliquares prohibet, inter initia sanguis
mitti debet, tum dari cibus, qui neq; incitet
febrem, & tamen longuus eius spatium sustineat.

N Curatio lentarum febrium C A P. IX.
Omninquam etiam lentæ febres sine illa
i 5 remissæ

remissione corpus tenent, ac neq; cibo, neque ulli
remedio locus est. In hoc casu medici cura esse
debet, ut morbum mutet. Fortasse enim curationi
opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua frigida,
cui oleum sit adiectum, corpus eius pertractan-
dum est, quoniam interdum sic euenit, ut horror
oriatur, & fiat initium quoddam novi motus,
exq; eo, cum magis corpus incaluit, sequatur
etiam remissio. In his frictio quoq; ex oleo &
sale salubris uidetur. At si diafrigus est & tor-
por, & iactatio corporis, non alienum est in ipsa
febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, uel
cum cibo uinum bene dilutum. Intenditur enim
sepe ex eo febris, & maior ortus calor, simul
& priora mala tollit, & spem remissionis in ea
curatione ostendit. Neque hercules ista curatio
noua est, qua nunc quidam traditos sibi ægros
(qui sub cauторibus medicis trahabantur) inter-
dum contrarijs remedij sanant. Si quidem apud
antiquos quoq; ante Herophilum & Erasistrat-
um, maximeq; post Hippocratem fuit πέτρων
quidam, qui febricitantem hominem, ubi accepe-
rat, multis uestimentis operiebat, ut simul calorē
ingentem, sitimq; excitaret. Deinde ubi paulum
remitti cœperat febris, aquam frigidam potui-
dabat: ac si mouerat sudorem, explicuisse se aegritudine
iudicabat: si non mouerat, plus etiam aquæ fri-
gide ingerebat, & tum uomere cogebat. Si al-
terutro modo febre liberauerat, protinus suillam
assam, & uinum homini dabat. Si non liberauerat,
decoq

decoquebat aquam sale adiecto, eamq; bibere cogebat, ut mouendo ventrem purgaret. Et intra haec omnis eius medicina erat. Eaq; non minus grata fuit his, quos Hippocratis successores non resecerant, quam nunc est his quos Herophili, vel Erasistrati emuli, diu trahitos non expedierunt. Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina, quia plures, si protinus a principijs excepit, interemit. Sed cum eadem omnibus conuenire non possint, ferè quos ratio non restituit, temeritas adiuuat. Ideoq; eiusmodi medici melius alienos agros, quam suos nutritunt. Sed est circus fecli quoq; hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere, quia curationem ubi id quod est non recipit, potest recipere id quod futurum est.

Remedia in febribus ad capitis dolorem, & precordiorum inflammationem, & ariditatem, & scabritatem liague.

C A P. X.

Considerandum etiam est febres ne sole sint, an alia his quoque mala accedant: id est, num caput doleat, num lingua aspera, num precordia inteta sint. Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, & in id ingravere, deinde habere duo pitacia, que latitudinem frontis longitudinemq; aequent. Ex his in unum alterum in aceto & rosa habere, alterum in fronte, aut in tincta iisdem lanan succidan imponere. Si accentum offendit, pura rosa utendum est. Si rosa ipsa ledit, oleo acerbo: si ista paru iuvant, teri potest vel

vel iris arida, vel nuces amare, vel qualibet herba ex refrigeratibus. Quorum qualibet ex aeto impositum dolorem minuit, sed magis aliud in alio. Iuuat etiam panis cum papauere iniectus, vel cum rosa, cerussa, spuma ue argeti. Olfacere quoq; vel serpyllum, vel anethum non alienum est. At si in praecordijs inflammatio & dolor est, primò superimponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne si calidiora fuerint, plus eò materiae concurrat. Deinde ubi prima inflamatio se remisit, tunc demum ad calida & humidia veniendum est, vt ea que remanserint, discutiant. Notæ verò inflammationis sunt quatuor, rubor & tumor, cum calore & dolore. Quo magis errauit Erasistratus, qui febrem nullam sine hac esse dixit. Ergo si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est. Hunc enim statim ipsa febris soluit. At si neq; inflammatio, neq; febris, sed tantum praecordiorum dolore est, protinus calidis & siccis fomentis uti licet. Si verò lingua sicca est, & scabra, detergenda primum penicillo est ex aqua calida. Deinde vngenda mistis inter se rosa & melle. Mel purgat, rosa reprimit, simulq; siccescere non sinit. At si scabra non est, sed arida, ubi penicillo detersa est, vngi rosa debet, cui ceræ sit paulum adiectum.

Remedia contra frigus, quod febrem precedit,
C A P. X I.

SOlet etiā ante febres esse frigus, idq; vel moles tisimū morbi genus est. Vbi id expecta-

tur,

tur, omni potionē prohibendus ēger est. Hec enim paulo antē data multum mali adiūcit. Item maturius veste multa tegendus est: admouenda partibus his, pro quibus metuumus, siccā & calida fomenta, sic, ne statim vehementissimi calores incipiāt, sed paulatim increscant. Perfri-
cande quoq; eae partes manibus vnelis ex vete
re oleo sunt, eiq; adiūciendum aliquid ex calefa-
cientibus. Contentiq; medici quidā una fricione
etiam ex quolibet oleo sunt. In harum febrium
remissionibus, nonnulli tres aut quatuor sorbi-
tōnīs cyathos, etiamnum vltrā manente febre,
dant. Deinde, ea bene finita, reficiunt stomachū
cibo frigido, & leni. Ego tum hoc puto tentan-
dum, cum parum cibis semel, & post febrem
datus prodeat. Sed curiose perspiciendum est,
ne tempus remissionis dectpiat. Saepē enim in
hoc quoque genere valetudinis iam minui febris
videtur, & rursus intenditur. Itaque ei remis-
sioni credendū est, quæ etiam immoratur, & ia-
estationem factoremq; quendam oris (quem ὄψιν
Græci vocant) minuit. Illud satis cōuenit, si quo-
tidie pares accessiones sunt, quotidie paruum ci-
bum dandum: si impares, post grauiorem ci-
bum, post leuiorem, aquam mulsam.

Curatio horroris in febribus. C A P. XII.

Horrōr autē eas ferē febres antecedit, quæ
certum habent circuitū, & ex toto remit-
tuntur. Ideoq; tutissimae sunt* maximē quæ cu- * maxi-
rationes admittunt. Nam vbi incerta tempora meq; cur-
sunt,

sunt, neq; alii duclio, neq; balneum, neq; vinum, neq; medicamentum aliud recte datur. Incertum est enim quando febris ventura sit: ita fieri potest, ut si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxiliij caussa sit iniectum. Nihilq; aliud fieri potest, quam ut primis diebus bene abstineat eger, deinde sub decessu febris eius, que gravissima est, cibum sumat. At ubi certus circuitus est, facilius omnia illa tentantur, quia facilius proponere nobis ex accessionum et decessorum vices possumus. In his autem cum veterauerunt, utilis fames non est. Primis tantummodo diebus ea pugnandum est, deinde dividenda curatio est, et ante horror, tum febris discutenda. Igitur cum primi aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam.

Vomitus. aquam, subsalsam, et vomere eum cogere. Nam ferè talis horror ab his oritur, que biliosa in stomacho resederunt. Item faciendū est, si proximo quoq; circuitu aequè cessit. Sæpe enim sic discutitur. Iamq; quod genus febris sit, scire licet. Itaq; sub expectatione proxime accessionis, que instare tertia potest, deducendus in balneū est, dandaq; opera est, ut per tempus horroris in solio sit. Si ibi quoq; senserit, nihilominus idem sub expectatione accessionis quartæ faciat, siquidem eo quoq; modo sæpe id discutitur: si nec balneū quidem profuit, ante accessionē allium edat, aut bibat calidam aquam cum pipere, siquidem ea quoque assumpita calorem mouent, qui horrorem non

non admittit. Deinde eo modo, quo in frigore praeceptum est, antequam in horrescere possit, operiatur. Fomentisq; protinus validioribus totum corpus circundare conuenit, maximeq; insuolatis extincis testis & titionibus. Si nihilominus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipsa vestimenta perfundatur, cui aequè ex calefacientibus aliquid sit adieclum, abhibeaturq; frictio, quantam is sustinere poterit, maximeq; in manibus & piedibus, & spiritum ipse contineat, neque desistendum est etiam si horror est. Sepe enim pertinacia invanis, malum corporis vincit. Si quid euomuit, dada aqua tepida, iterumq; vomere cogendus est, utendumq; eisdē est, donec horror finiatur. Sed preter hæc, ducenda aliud est, si tardius horror quiescat: siquidem id quoque exonerato corpori prodest. Ultima quoque post hæc auxilia sunt, gestatio & frictio. Cibus autem in eiusmodi morbis maxime dandus est, qui mollem alium praestet, caro glutinosa, vinum cum dabitur austерum.

Curatio quotidiane febris. C A P. XIII.

Hæc ad omnes circuitus febrium pertinent, discernende tamen singula sunt, sicut rationem habent dissimilem. Si quotidiana est, triduo primo magnopere absit inere oportet, tum cibis altero quoq; die vti. Si res insistereat, post febrem experiri balneum & vinum, magisq; si horrore sublato hæc superest.

Curat

Si tertiana verò, que ex teto intermittit, aut quartana est, medijs diebus & ambulacionibus uti oportet, alijsq; exercitationibus &unctionibus. Quidam ex antiquioribus medicis Cleophaeus, in hoc genere morborum, multo ante accessionem caput ægri multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabant. Quod quamvis pleraq; eius viri præcepta secutus est Asclepiades, recte tamen præteriit. Est enim aniceps. Ipse, si tertiana febris est, tertio die post accessionem dicit aluum duci oportere, quinto post horrorem vomitum elicere, deinde post febrem (sicut illi mos erat) adhuc calidis dare cibum, & vinum. Sexto die in lectulo detineri. Sic enim fore, ne septimo die febris accedat. Id sèpe fieri posse verisimile est. Tutius tamē est ut ipso ordine vtamur. Tria remedia, vomitus, alui distinctionis, vini potus per triduum, id est, die tertio, & quinto, & septimo tentare, nec vinum nisi post accessionem die septimo bibat. Si verò primis diebus discussus morbus non est, inciditq; in vetustatem, quo die febris expectabitur, in lectulo sè continueat, post febrem perfricetur, tum cibo assumpto bibat aquam: postero die, quo cibo vacat & ab exercitatione unctioneq; aqua tantum contentus conquiescat. Et id quidem optimum est. Si verò imbecillitas vrgebit, & post febrem vinum, & medio die paulum cibi debebit assumere.

Curat

Curatio quartanę febris. C A P. XV.

Eadem in quartana facienda sunt. Sed cūm
hæc tarde admodū finiatur, nīsi primis die-
bus discussa est, diligentius ab initio præcipien-
dum est, quid in ea debeat fieri. Igitur si cui cum
horrore febris accessit, eaq; desist, eodem die, &
postero tertioq; continere se debet, & aquā tan-
tummodo calidā primo die post febrē sumere, bi-
duo proximo, quantum fieri potest, ne hanc qui-
dem. Si quarto die cum horrore febris reuertitur,
vomere, sicut ante præceptū est: deinde post fe-
brem modicū cibum sumere, vini quadrantem.
Postero tertioq; die abstinere, aqua tantummo-
do calida (sisit) assumpta: septimo die balneo
frigus præuenire, abstinere, continere se debet,
& aqua tantummodo calida, si sitiet: ac tum
ita* septimo die balneo frigus præuenire: si febris *non
redierit, ducere aluum: rbi ex eo corpus cōquie-
nerit, inunctione vehementer perficari, eodem
modo sumere cibum, & vinum biduo proximo
se abstineret, frictione seruata: decimo die rursus
balneum experiri: & si postea febris accessit,
& quæ perficari, vinum copiosius bibere: ac si
proximum est, quies tot dierum, vt abstinentia
cum cæteris que præcipiuntur, febrem tollant. Si
vero nihilominus remanet, aliud ex toto sequen-
dum est curationis genus. Idq; agendum, vt quod
diu sustinendum est, corpus facile sustineat.
Quominus etiam curatio probari Heraclidis Ta-
rentini debet, qui primis diebus ducendā aluum,

k

deinde

deinde abstinentium r̄sq; in septimum diem dicit. Quod ut sustinere aliquis possit, tamē etiam febre liberatus vix refectioni valebit. Adeo si febris s̄epius accesserit, concidet. Igitur si tertiodécimo die morbus remanebit, balneum neq; ante febrem, neque post eam tentandum erit, nisi interdum iam horrore discussio. Horror ipse per eadem quæ suprà prescripta sunt, expugnandus. Deinde post febrem oportebit vngi, & vehementer perficari, cibum & validum & fortiter assumere, vino vti quantum libebit, postero die cum satis quieuerit, ambulare, exerceri, vngi, perficari fortiter, cibum accipere sine vino. Tertio die abstinere. Quo die vero febrem expectabit, antè surgere, & exerceri: dareq; operam non oportet, vt in ipsam exercitatione tempus febris incurrat. Sic enim s̄epe illa discutitur. At si in opere occupauit, tum demum se recipere. In eiusmodi valetudine medicamenta sunt, oleum, frictio, exercitatio, cibus, vinum. Si veter astri-
elus est, soluendus est. Sed haec facile validiores faciunt, si imbecillitas occupauit, pro exercitatione gestatio est. Si ne hanc quidem sustinet, adhibenda tamen frictio est: si haec quoque vehementer onerat, intra quietem, & vniōnē, & cibum sis lendum est, dandaq; opera est, ne qua cruditas in quotidiam id malum vertat. Nam quartana neminem iugulat, sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est. Quod tamē nisi culpa vel ægri vel curantis non nunquam fit.

Curatio

Curatio duarum quartanarum. CAP. XVI.

AT si due quartane sunt, neq; hæ, quis proposui, exercitationes adhiberi possunt, aut ex toto quiescere opus est: aut si id difficile est, leuiter ambulare, considerare diligenter inuolutis pedibus & capite. Quoties febris accessit et defit, cibum modicum sianere & vinum: reliquo tempore nisi imbecillitas urget, abstinere. Aut si due febres penè iunguntur, post vitramq; cibum sumere. Deinde vacuo tempore & moueri aliquid, & postunctione cibo vti. Cum vero vetus quartana raro, nisi vere soluatur, vtiq; eo tempore attendendum est, ne quid fiat, quod valetudinem impedit. Prodestq; in vetera quartana mutare subinde vietus genus, à vino ad aquam, ab aqua ad vini, à lenibus cibis ad aeres, ab acribus ad lenes transire, esse radicē, deinde romere, iure' ue pulli gallinacei ventrem resoluere, oleum ad frictiones adjicere, calefacientia ante accessionē sorbere, vel aceti cyathos duos, vel unum synapis, cum tribus Græci vini salvi, vel mixta paribus portionibus, & in aqua diluta, piper, castoreum, laser, myrrham. Per hæc enim similiaq; corpus agitandum est: ut moveatur ex eo statu quo detinetur. Si febris quietuit, diu meminisse eius diei conuenit, eoq; vitare frigus, calorem, cruditatem, lasitudinem. Facile enim reueritur, nisi à saio quoq; aliquandiu timetur.

Curatio quotidiane febris, que ex quartana facta sit.

CAP. XVII.

k 2 At

AT si ex quartana quotidiana facta est, cum id vitio inciderit, per biduum abstinerere oportet, frictione uti, aquam tantummodo respergi potius dare, tertio die saepe fit, ne febris accedit, sed siue fuit, siue non fuit, cibus post accessionis tempus est dandus: at si manet, per biduum abstinentia, quieta maxime imperari corpori potest, fricatione quotidie utendum est.

De tribus insaniae generibus, & primo de eius curatione, quæ à Græcis φρενίτις dicitur.

C A P. XVIII.

ET febrium quidem ratio exposita est. Super sunt verò alijs corporis affectus, qui huic superueniunt, ex quibus eos, qui certis partibus assignari non possunt, protinus iungam. Incipiam ab insanìa, primamq; huius ipsius partem aggrediar, quæ & acuta, & in febre est, Graci φρενίτις appellant. Illud ante omnia scire oportet, interdum in accessione ægrorum despere, & loqui aliena. Quod non quidē leue est, neq; incidere potest, nisi in febre vehementi, non tamen æquè pestiferum est. Nam plerunq; breue esse consuetuit, leuatoq; accessionis impetu, protinus mens reddit. Neq; id genus morbi remedium aliud desiderat, quam quod in curanda febre præceptum est. Phrenitis verò tum demum est, cum continua dementia esse incipit, aut cum æger quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est, ubi mens illis imaginibus adicta est. Eius autem plura genera sunt. Siquidē

ex

ex Phreneticis alijs hilares, alijs tristes sunt, alijs
facilius continentur, et intra verba desipiunt,
alijs consurgunt, et violenter quædam manu fa-
ciunt: atq; ex his ipsis alijs nihil nisi impetu pec-
cant, alijs etiam artes adhibent, summamq; spem
sanitatis in captandis maiorum operum occasio-
nibus præbent, sed exitu deprehenduntur. Ex
his autem eos qui intra verba desipiunt, aut le-
uiter etiam manu peccant, onerare asperioribus
coercitionibus superuacuum est. Eos vero, qui
violentius se gerunt, vincire conuenit, ne vel alte-
ri vel sibi noceant. Neq; credendum est, si vin-
ctus aliquis, dum leuari vinculis cupit, sanus iam
se fingat, quamvis prudenter et miserabiliter lo-
quatur, quoniam is dolus insanientis est. Ferè
vero antiqui tales ægros in tenebris habebant,
eo quod eis contrarium esset exterreri, et ad
quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid iu-
dicabant. At Asclepiades, tanquam tenebris ipsis
terrentibus, in lumine habendos esse dixit: neu-
trum tamen perpetuum est. Alium enim lux,
alium tenebrae magis turbant, reperiunturq; in
quibus nullum discrimen deprehendi vel hoc, vel
illo modo possit. Optimum itaq; est utrumq; expe-
riri, et habere eum, qui tenebras horret, in luce,
eum qui lucem, in tenebris. At ubi nullum tale
discrimen est, eger si vires habet, loco lucido, si
non habet, obscuro cotinendus est. Remedia vero
adhibere, ubi maxime furor urget, superuacum
est: simul enim febris quoque increscit. Itaque

k 3 tum

tum nihil nisi contineundus aeger est. Vbi vero
 res patitur, festinater subueniendum est. Ascle-
 piades perinde esse dixit, his sanguine mitti, ac
 si trucidentur: rationem hanc secutus, quod neq;
 insania esset, nisi febre intenta: neq; sanguis, nisi
 in remissione eius recte mitteretur. Sed ipse in
 his somnum multa frictioe quæsivit, cum et in-
 tentio febris somnius impeditat, et frictio non ni-
 si in remissione eius utilis sit. Itaq; hoc quoq; au-
 xilium debuit preterire. Quid igitur est? Multa
 in precipiti periculo recte sunt, aliis omitten-
 da. Et continuata quoq; febris habet tempora, qui-
 bus etsi non remittit, non tamen crescit. Estq;
 hoc, ut non optimum, sic tamen secundum reme-
 dy*genus. Quod si vires agri patientur, sanguis
 quoq; mitti debet. Nec minus deliberari potest,
 an aliis ducenda sit, tum interposito die conue-
 nit caput ad cutem tondere, deinde aqua fouere,
 in qua verbene aliquæ decoctæ sint, vel ex re-
 primentibus: aut prius fouere, deinde tondere et
 iterum fouere, ac nouissime rosa caput naresq;
 implere, offerre etiam naribus rutam, ex aceto
 contritam, mouere sternutamenta medicamentis
 in id efficacibus. Que tamen facienda sunt in
 his, quibus vires non desunt. Si vero imbecilli-
 tas est, rosa tantum caput, adiecio serpylo, similiq;
 aliquo madefaciendum est. Utiles etiam in
 quibuscunq; viribus herbe due sunt, Solanum
 et Muralis, simul ex utraq; succo expresso ca-
 put impletatur. cum se febris remiserit, frictione
 *tempus
 vtendum

vtendum est, parcus tamen in his, qui nimis
bilares, quam in his qui nimis tristes sunt. Ad-
uersus omnium autem sic insipientium animos,
gerere se pro cuiusq; natura necessarium est. Quo-
rundam enim vani metus leuandi sunt, sicut in
homine prædiuite famem timente *accidit, cui *incidit
subinde falsæ hereditates nuntiabantur. Quo-
rundam audacia coercenda est, sicut in his fit, in
quibus continendis plagæ quoque adhibentur.
Quorundam etiam intempestius risus & ob-
iurgatione & minis prohibendus est. Quorun-
dam discutiendæ tristes cogitationes, ad quod
Symphonie, & cymbala, strepitusq; proficiunt.
Sæpius tamen assentiendum, quam repugnandum est, paulatimq; & non evidenter ab his,
quaे stulte dicentur, ad meliora mens eius abdu-
cenda est. Interdum etiam elicienda ipsius in-
tentio, vt fit in hominibus studiosis literarum,
quibus liber legitur, aut recte, si delectantur, aut
perperam, si id ipsum eos offendit. Emendando
enim, conuertere animum incipiunt. Quinetiam
recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt. Ad
cibum quoq; quosdam non desiderantes reduxerunt
hi, qui inter epulantes eos collocauerunt.
Omnibus vero sic affectis, somnis & diffici-
lis, & precipue necessarius est. Sub hoc enim
pleriq; sanescunt. Prodest ad id, atq; etiam ad
mentem ipsam componendam, crocum un-
guentum cum irino in caput datum. Si nihilomi-
nus vigilant hi, quidam somnum moluntur, potui-

k 4 dando

dando aquam, in qua papauer, aut hyoscyamos decocta sit: alij mandragorae mala puluino subiuncti, alij vel ammonum, vel sycamini lacrymam fronti inducunt. Hoc nomen apud medicos repetitio. Sed cum Græci morum sycaminum appellant, mori nulla lacryma est. Sic vero significatur lacryma arboris in Aegypto nascentis, quam ibi morosycon appellant. Plurimi decoctis papaueris corticibus, ex ea aqua subinde spongia os, et caput fuent. Asclepiades ea superuacua esse dixit, quoniam in lethargum

* compel. sape conuerterent. Praecipit autem ut primo die a cibo, potione, somno abstineretur, vespere ei daretur potui aqua, tunc frictio admonetur lenis, ita ut ne mammam quidem qui fricaret, vehementer imprimeret: postero deinde die iisdem omnibus factis, vespere ei daretur sorbitio ex aqua, rursusque frictio adhiberetur.

* ex aqua Per hanc enim nos consecuturos, ut somnus accedit. Id interdum fit, et quidem adeo, ut illo confiteat nimia frictio etiam lethargi periculum afferat. Sed si sic somnus non accessit, tum demum illis medicamentis accessendus est, habita scilicet eadem moderatione, que hic quoque necessaria est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possumus. Confert etiam aliquid ad somnum * Silanus Georgius iuxta cadens, vel gestatio post cibum et noctu, Val. Silanus pro riu maximeque; suspensi lecti motus. Neque alienum est, expo si neque sanguis ante missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulans

* saliens

Georgius Val. Silanus pro riu expo si neque sanguis ante missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulans

titulam admouere. Que quia leuat morbum, potest etiam somnum facere. Moderatio autem in cibo quoq; adhibeda. Nam neq; impletus ager est, ne insanias, neq; iejunio utiq; vexandus est, ne imbecillitate in cardiacum incidat. Opus est autem cibo infirmo, maximeq; sorbitione, potionie aquae malsae, cuius tenuos cyathos bis hysme, quater aestate dedisse satis est. Alterum genus insaniae est, quod spatium longius recipit, quia ferè sine febre incipit, leues deinde febriculis excitat, & consistit in tristitia, quam videntur bilis atra contrahere. In hac utilis detracatio sanguinis est. Si quid hanc prohibet, prima est abstinentia, secunda per album veratrum vomitumq; purgatio, post utrumlibet adhibenda bis die frictio est. Si magis valet, frequens etiam exercitatio. In ieuno vomitus, cibus sine vino dandus ex media materia est. Quam quoties posuero, scire licet etiam ex infirmissima dari posse, dum ne ea sola quis vatur, valentissima tantummodo esse remouenda. Praeter haec seruanda aliis est quam tenerrima, remouendi terrores, et potius bona spes afferenda, querenda deleclatio ex fabulis ludisq; quibus maxime capi sanus assuenerat. Laudata si qua sunt ipsius opera, & ante oculos eius ponenda. Leuiter obiurganda vana tristitia. Subinde admonendus in his ipsis rebus, quae solicitant, cur non potius letitiae, quam solicitudinis caussa sit. Si febris quoq; accessit, sicut aliae febres curanda est.

k 5 Terti

Tertium insanie genus est ex his longissimum, adeo ut vitam ipsam non impedit, quod robusti corporis esse consuevit. Huius autem ipsius species due sunt. Nam quidam imaginibus, non mente falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt: quidam animo desipiunt. Si imagines fallunt, ante omnia vindendum est, tristes an hilares sunt. In tristitia nigrum veratrum deiectionis caussa, in hilariitate album, ad vomitum excitandum dari debet. Idque si in potionē non accepit, pani adiunctione est, quo facilius fallat. Nam si bene se purgauerit, ex magna parte morbum leuabit. Ergo etiam si semel datum veratrum, parum profecerit, interposito tempore iterum dari debet. Neque ignorare oportet, leuiores esse morbum cum risu, quam serio insanientium. Illud quoque perpetuum in omnibus morbis, ubi ab inferiore parte purgandus aliquis est, remedium eius antē solendum esse: ubi à superiore, comprimedū. Si vero consilium insanientem fallit, tormentis quibusdam optime curatur. Vbi perperam aliquid dixit, aut fecit, fame, vinculus, plagi coercendus est. Cogendus est et attendere, et ediscere aliquid, et meminisse. Sic enim fiet, ut paulatim metu cogatur considerare quid faciat. Subito etiam terreri et expauescere, in hoc morbo prodest. Et ferè quicquid animum vehementer perturbat. Potest enim quedam fieri mutatio, cum ab eo statu mens in quo fuerat, abducta est. Interest

terest etiam si ipse sine caussa subinde rideat, an
mæstus, dimissusq; sit. Nam dementis hilaritas
terroribus his (de quibus supra dixi) melius cu-
ratur. Si nimia tristitia est, prodest lensus, sed
multa bis die frictio. Item per caput aqua frigi-
da infusa, demissumq; corpus in aquam & o-
leum. Illa communia sunt, insanientes reliemen-
ter exerceri debere, multa frictioe uti, neq; pin-
guem carnem, neq; vinum assumere, cibis uti
post purgationem ex media materia quam le-
uissimis. Non oportere esse vel solos, vel inter
ignotos, vel inter eos, quos aut containant, aut
negligent, mutare debere regiones, & si mens
redit, annua peregrinatio esse iactandos. Rarò,
sed aliquando tamen, ex metu delyrium nasci-
tur. Quod genus insanientium specie similiq; vi-
elius genere curandum est, præterquam quod in
hoc insanie genere solo rectè vinum datur.

Cardiaci morbi curatio. C A P. X I X.

Hic morbo præcipue contrarium est id ge-
nus, quod Cardiacum à Græcis nomina-
tur, quamvis sepe ad eum phrenetici transeunt.
Siquidem mens in illis labat, in hoc constat. Id
autem nihil aliud est, quam nimia imbecillitas
corporis, quod stomacho lagente, immodo sudore
digeritur. Licetq; protinus scire id esse, ubi
venarum exigui, imbecilliq; pulsus sunt. Sudor
autem supra consuetudinem, & modo & tempo-
re, ex toto thorace & ceruicibus, atq; etiam ca-
pite prorumpit, pedibus tantummodo & cruri-
bus

bus siccioribus atq; frigentibus. At vbi id mor-
bi genus est, curatio prima est, supra præcordia
imponere quæ reprimant cataplasma: secunda,
sudorem prohibere. Id præstat acerbum oleum
vel rosa, vel melinum aut myrtleum. Quorum a-
liquo corpus leuiter perungendum, ceratumq; ex
aliquo horum tum imponendū est. Si sudor vin-
cit, delinendus homo est, vel gypso vel argenti
spuma, vel cimolia creta, vel etiam subinde ho-
rum puluere respergendus. Idem præstat puluis
ex contritus aridi myrti vel rubi folijs, aut ex
austeri, & boni vini arida sece. Pluraq; similia
sunt, que si desint, satis utilis est quilibet ex via
puluis injectus. Super hæc verò quo minus cor-
pus insudet, leui ueste debet esse conctus, loco
non calido, feneſtris patentibus, sic, ut persatus
quoq; aliquis accedat. Tertium auxilium est im-
becillitati iacentis, vino ciboq; succurrere. Cibus
non multus quidem, sed ſepe tamen nocte ac die
dandus est, vt nutriat, neq; oneret. Is effe de-
bet ex infirmissima materia, et ſtomacho aptus.
Nisi autem neceſſe eſt, ad uinum feſtimare non
oportet. Si verendum eſt ne deficiat, tum & in-
trita ex hoc, & hoc ipsum auſterum quidem,
ſed tamen tenue meracum. Egelidum ſubinde et
liberaliter dandum eſt adiecta polenta, ſi modo
is aeger parum cibi affumit. Idq; vinum eſſe de-
bet, neq; nullarum viri, neq; ingentium: recte q;
tota die ac nocte, vel tres hemim. aeger bibet.
Si vaſtius corpus eſt, plus etiam. Si cibum non
accipit,

accipit, perunculum antè perfundere aqua frigida conuenit, & tum dare. Quòd si stomachus resolutus parum continet, et ante cibum & post eum sponte vomere oportet, rursusq; post vomitum, cibum sumere. Si ne id quidem manserit, sorbere vini cyathum, interpositaq; hora sumere alterum: si id quoq; stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superilluminandum est. Qui ubi inaruerunt, efficiunt, ut vinum in stomacho contineatur, exq; eo toti corpori calor, venisq; vis redeat. Ultimum auxilium est, in alium pti-
fane vel alicae cremorem ex inferioribus par-
tibus *indere, siquidem id quoq; vires tuetur, *injucere Neq; alienum est, naribus quoq; aestuantis ad-
mouere, quod reficiat, id est rosam, & vinum.
Et si qua in extremis partibus frigent, vncis
& calidis manibus souere. Per qua si consequi
potuimus, ut & sudoris impetus minuatur, &
vita prorogetur, incipit iam tempus ipsum esse
presidio. Vbi in tuto esse videtur, verendum est
tamen, ne ad eandem imbecillitatem citè reci-
dat. Itaq; vino tantum remoto, quotidie validio-
rem cibum debet assumere, donec satis virium
corpori redeat.

De Lethargo, & eius euratione, C A P. XX.

Alter quoq; morbus est, aliter phrenetico
contrarius. In illo difficilis somnus, prom-
pta ad omnem audaciā mens est: at in hoc mar-
cor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessi-
tatis, (λαθαργόν Græcè nominant) atq; id quoq;
genus

genus acutum est, & nisi succurritur, celeriter
 ingulat. Hos agros quidam subinde excitare ni-
 tuntur, admotis his, per que sternitamenta euo-
 cantur, & his, quae odore fœdo mouent, qualis est
 pix cruda, lana succida, piper, veratrum, casto-
 reum, acetum, allium, cepa, iuxta etiam galba-
 num incendunt, aut pilos, aut cornu ceruinum. Si
 id non est, quodlibet aliud. Hæc enim cum com-
 buruntur, odorem fœdum mouent. Tharrius ve-
 rò quidam accessionis esse id malum dixit, leu-
 riq; cum ea decessit. Itaq; eos qui subinde exci-
 tant sine r̄su, male habere. Interest autem in de-
 cessione expurgiscatur ager, an cum febris non
 leuetur, aut leuata quoq; ea somnus r̄geat. Nā
 si expurgiscitur, adhibere ei vt sopito superua-
 euum est. Neq; enim vigilando melior fit, sed per
 se, si melior est, vigilat. Si verò continens ei so-
 nnus est, utiq; excitandus est, sed his temporis
 quibus febris leuissima est, vt & exernat
 aliquid, & sumat. Excitat autem validissimè
 repente aqua frigida infusa post remissionem.
 Itaq; perunculum oleo multo corpus tribus aut
 quatuor amphoris totum per caput perfunden-
 dum est. Sed hoc utemur, si æqualis agro spiri-
 tuserit, si mollia precordia. Sin aliter hac erunt,
 ea potiora, que suprà comprehensa sunt. Et quod
 ad somnum quidem pertinet, commodissima hæc
 ratio est. Intendendi autem causa caput raden-
 dum, deinde postea fouendum est aqua, in qua
 laurus aut ruta decocta sit. Altero die imponen-
 dum

dum castoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri bacca, aut hedera cum rosa & aceto. Præcipueq; proficit & ad excitandum hominem naribus admotum, & ad morbum ipsum depellendum capiti fronti're impositum sinapi. Ge statio etiam in hoc morbo prodest, maximeq; op portune cibus datus, id est in remissione, quanta maxime inueniri poterit. Aptissima autem sorbitio est, donec morbus decrescere incipiat: sic, ut si quotidie grauis accessio est, haec quotidie detur. Si alternis, post grauiorem sorbitio, post leuiorem, mulsa aqua. Vinum quoq; cum tempestuoso cibo datum, non mediocriter adiuuat. Quod si post longas febres eiusmodi torpor corpori accessit, catena eadem seruanda sunt. Ante accessionem autem tribus quatuor' re horis castoreum (si venter astrictus est) mixtum cum scamonea: si non est, per seipsum cum aqua dandum est. Si precordia mollia sunt, cibis vtendum est plenioribus. Si dura, in ijsdem sorbitienibus subsistendum, imponendumq; est præcordijs, quod simul & reprimat, & emolliat.

De Aqua inter cutem, hoc est Hydropico
morbo.

C A P. XXI.

Sed hic quidem acutus est morbus. Longissi verò fieri potest eoru, quos aqua inter cutem male habet, nisi primis diebus discussus est, iudewia Gr.eci uocat. Atq; eius tres species sunt. Nam modo ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est. Modo corpus in equa

inequale est, tumoribus aliter aliterq; per totum id orientibus. Nolò intus in vnu aqua contrahitur, ex moto corpore ita mouetur, ut impetus eius conspici possit. Primum τυμπανίτην, secundū λούνοφλεγματίαν vel χτοσάρνα, tertium ἀσωίτην Graci nominant. Comunis tamen omnium est humoris nimia abundantia, ob quam se ulcera quidē in his aegris facile sanescunt. Sæpe verò hoc malū per se incipit. Sæpe alteri ve-
tusto morbo, maximeq; quartanæ superuenit. Facilius in seruis, quām in liberis tollitur, quia cùm desideret famem, sitim, mille alia tædia, longamq; patientiam, promptius his succurritur, qui facile coguntur, quām quibus iniurias libertas est. Sed ne hī quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoq; non ignobilis medicus, Chrysippi discipulus, apud Antigonū regem, amicum quendam eius notæ intemperantie, mediocriter eo morbo implicitum negavit posse sanari. Cumq; alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur, respondit illum ad morbum ægri respicere, se ad animum. Neq; eum res fecellit. Ille enim cùm summa diligentia nō medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmatæ sua deuorando, bibendoq; suam vrinam in exitium se precipitauit. Inter initia tamen non difficilima curatio est, si imperata sunt corpori, quies, sitis, inedia. At si malum inueterauerit, non si ne magna molestia discutitur. Metrodorum

dorum tamen Epicuri discipulum referunt, cùm
hoc morbo tentaretur, neque a quo animo ferret
necessariam sitim, ubi diu abstinerat, bibere so-
litum, deinde euomere. Quòd si redditur quicquid
receptum est, multum tadio demit: si à stomacho
retentum est, morbum auget. Ideoq; in quolibet
tentandum non est. Sed si febris quoque est, hæc
in primis submouenda est per eas rationes, per
quas huic succurri posse propositum est. Si sine
febre æger est, tum demum ad ea veniendum est,
quaे ipsi morbo mederi solent. Atque hic quoque
quæcumque species est, si nondum nimis occupa-
uit, ijsdem auxilijs opus est. Multum ambulan-
dum, currendum* aliquando est. Superiores ma- *aliquid
ximè partes sic perfricandæ, ut spiritu ipse con-
tineat, euocadus est sudor non exercitatione t. in-
tummodo, sed etiam in arena calida, vel laconi-
co, vel clibano, similibusq; alijs, maximeq; vti-
les naturales & siccæ sudationes sunt, quales
super Baiis habemus in myrtetis: balneum atq;
omnis humor alienus est. Ieiuno recte catapotia
dantur facta ex absinthij duabus, myrrhae ter-
tia parte. Cibus esse debet ex media quidem ma-
teria, sed tamen generis durioris. Potio non ul-
trâ danda est, quam ut vitam sustineat, opti-
maq; est, quaे urinam mouet. Sed id ipsum tamen
molliri cibo, quam medicamento melius est. Si
tamē res coget,* ex his aliquid, que id præstent,
erit decoquendum, eaq; aqua potui danda. Viden-
tur autem hanc facultatem habere iris, nardum,

l

crocum,

*vt ex his
aliquid de-
tur, præstā-
ter id de-
coquendū.

crocum, cinamum, amomum, cassia, myrrha, balsamum, galbanum, ladanum, cenanthe, panace, cardamomum, hebenus, cupressi semen, ruatymnia, quām ταφίδες ἀγρίαι Græci nomināt: abrotanum, rosæ folia, acorum, amare nuces, tragoriganum, styrax, costum, iunci quadrati, et rotundi semen, illud cyperon, χοῖνος hoc Græci vocant. Quæ quoties posuero, non quæ hic na-
 scuntur, sed quæ inter aromata afferuntur, signifi-
 cabo. Primo tamen quæ leuissima ex his sunt,
 id est rosæ folia, vel nardi spica, tentanda sunt.
 Vinum quoque utile est et austерum, sed quām
 tenuissimum. Commodum est etiam lino quotidie
 ventrē metiri, et qua comprehendit aliud, no-
 tam imponere, postero die videre, si plenius cor-
 pus sit, an extenuetur. Id enim quod tenuatur,
 medicinam sentit. Neque alienum est metiri et
 potionem eius et urinam. Nam si plus humoris
 excernitur, quām assimilatur, ita demum secunde
 valetudinis spes est. Asclepiades in eo, qui ex
 quartana in hydrope deciderat, se abstinentia
 bidui et frictione usum, tertio die iam et febre
 et aqua liberato, cibum et vinum dedisse, me-
 moriae prodidit. Haec tamen communiter de omni
 specie dici potest. Si vehementius malum est, di-
 ducenta ratio curandi est. Ergo si inflammatio
 et ex ea dolor creber est, utilis quotidianus aut
 alterno quoque die post cibum vomitus est. Fo-
 mentis sicci, calidisq; utendum est. Si per hanc
 dolor non finitur, necessarie sunt sine ferro cu-
 curbit

curbitule. Si ne per has quidem tormentum tollitur, incidenda cutis est, & tum his vtendum. Ultimum auxilium est, si cucurbitule nihil pro fuerunt, per aluum infundere copiose aquam calidam, eamq; recipere. Quinetiam quotidie ter quater' ue opus est uti frictione vehementi, cum oleo & quibusdam calefacientibus. Sed in hac frictione a ventre abstinentum est. Imponendum vero in eum crebrius sinapi, donec cutem erodat, ferramentisq; candardibus pluribus locis venter exulcerandus est, & seruanda ulcera diutius. Ut iliter etiam scilla cocta delinitur cutis, sed diu post has inflammationes abstinentum est ab omnibus inflantibus. At si id vitium est, cui leucophlegmatias nomen est, eas partes que timent, subiçere soli oportet, sed non nimium, ne febricula incidat: si is vehementior est, caput velandum est, vtendumq; frictione madefactis tantum manibus aqua, cui sal & nitrum & olei paulum sit adiectum, sic ut aut pueriles, aut mulieres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus sit. Idq; si vires patiuntur, ante meridiem tota hora, post meridiem semihora fieri oportet. Utilia etiam sunt cataplasmata, quae reprimunt, maximeq; si corpora teneriora sunt. Incidendum quoque est super talum quatuor ferè digitis ex parte interiore, qua per aliquot dies frequēs humor feratur, atque ipsos tumores incidere altis plagiis oportet. Conciuendumq; multa gestatio ne corpus est: atq; ubi induitæ vulneribus ci

l 2 catric

catrices sunt, adūciendum & exercitationibus
est, & cibis, donec corpus ad pristinum habi-
tum reuertatur. Cibus valens esse debet, & glu-
tinosus, maximeq; caro. Vinum (si per stomati-
chum licet) dulcius. Sed ita, ut inuicem biduo
triduo'ue, modò aqua, modò id bibatur. Prodest
etiam lactuce marinae (quæ grandu iuxta mare
nascitur) semen, cum aqua potus datum. Si va-
lens est qui id accipit, ei scilla cocta (sicut suprà
dixi) delimitur. Autoresq; multi sunt inflatis
vesicis pulsando tumores esse. Si vero id morbi
genus est, quo in uterum multa aqua contrahi-
tur, ambulare, sed magis modice oportet, ma-
lagma quod digerat impositum habere, idq; ipsam
super imposito triplici parvo, fascia non nimium
tamen vehementer astringere. Quod à Tharria
profectum, seruatum esse a pluribus video. Si ie-
cir aut lienem affectum esse manifestum est,
sicum pingue contusam adiecto melle superpon-
nere. Si per talia auxilia venter non siccatur, sed
humor nihilominus abundat, celeriore via suc-
currere, ut is per uentrem ipsum emittatur. Ne-
que ignoro Erasistrato displicuisse hanc curandi
viam. Istorbum enim hunc iocineris putauit.
Ideoq; ita illum esse sanandum, frustraq; aquam
emitti, quæ vitiato illo subinde nascatur. Sed
primu non huius visceris vnius hoc vitium est.
Nam splene affecto, & in totius corporis malo
habitu fit: demde, ut inde cœperit, tamen aqua
nisi emittitur, quæ contra naturam ibi subsistit,

C

E iocineri & ceteris interioribus partibus non * inferio-
cet. Conuenitque corpus nihilominus esse curandum. ribus
Neque enim sanat emissus humor, sed medicinae
locum facit, quam intus inclusus impedit. Ac
ne illud quidem in controverson uenit, quin non
omnes in hoc morbo sic curari possint, sed iuue-
nes robusti, qui vel ex toto carent febre, vel certè
satis liberales intermissiones habent. Nam quo-
rum stomachus corruptus est, qui'ue ex atra bile
huc deciderunt, quiq; malum corporis habitus ha-
bent, idonei huic curationi non sunt. Cibus au-
tem quo die primum humor emissus est, superua-
cuus est, nisi si uires desunt. In sequentibus die-
bus & his uinum merarius quidem, sed non ita
multum dari debet, paulatimq; euocandus & ger
est ad exercitationes, frictiones, solem, sudatio-
nes, nauigationes, & idoneos cibos, donec ex to-
to conualescat. Balneum rarum res amat, fre-
quentiorem in iejunio vomitum. Si astas est, in
mare natare commodum est. Vbi connaluit ali-
quis, diu tamen alienus ei ueneris vsus est.

De Tabe, & eius speciebus, & curatio-
nibus. C A P. XXII.

Dintius sape et periculosius Tabes eos ma-
le habet, quos inuasit. Atque huius quoque
plures species sunt. Una est, qua corpus non ali-
tur, & naturaliter semper aliquibus decedenti-
bus, nullis verò in eorum locum subeuntibus, summa
macies oritur, & nisi occurritur, tollit: à τεφ-
φιαι ꝑ hanc Greci vocant. Ea duabus fere de-

l 3 causis

causis incidere consuevit. Aut enim nimio timore aliquis minores, aut auditate nimia plus quam debet, assumit: ita vel quod deest, infirmat: vel quod superat, corruptitur. Altera species est, quam Graeci ναρκησίαν appellant, ubi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corruptuntur. Quod ferè fit, cum longo morbo vitiata corpora, etiam si illo vacant, refectionem tamen non accipiunt, aut cum malis medicamentis corpus affectum est, aut cum diu necessaria defuerint, aut cum inusitatos et inutiles cibos aliquis assumpsit, aliquid ue simile incidit. Huic præter tabem illud quoque nonnunquam accidere solet, ut per assiduas pustulas aut ulceræ summa cutis exasperetur, vel aliisque corporis partes intumescent. Tertia est, longeque periculosissima species, quam Graeci φλοιον nominauerunt. Oritur ferè a capite, inde in pulmone destillat: huic exultatio accedit, ex hac febricula leuis fit, que etiam cum quieuit, tamen et repetit. Frequens tussis est, pus excreatur, interdum cruentum aliquid. Quicquid excreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est. Itaque qui de morbo dubitant, hac nota utuntur. Cum hæc genera tabis sint, animaduertere primum oportet, quid sit in quo laboratur. Deinde, si tantummodo non cli corpus appareat, caussam eius attendere: et si cibi minus aliquis quam debet, assumit, adiçere, sed paulatim, ne si corpus insuetum, subita multitudine onerauerit, concoctionem impedit. Si vero

plus

plus iusto quis assumere solitus est, abstinere vno
die, deinde ab exiguo cibo incipere, quot idie ad-
iūcere, donec ad iustum modum perueniat. Præter
hæc conuenit ambulare locis quam minime frigi-
dis, sole vitato, per manus quoq; exerceri. Si in-
firmior est, gestari, vngi, perfricari. Si potest, ma-
xime per seipsum, sepius eodem die, & ante ci-
būs & post eum sic, ut interdum oleo quedam
adijciantur calefacientia, donec insudet. Prodestq;
ieiuno prehendere per multas partes cutem, &
attrahere, ut relaxetur, aut imposita resina &
abduc̄ta subinde idem facere. Utile est etiam in-
terdum balneum, sed post cibum exiguum. At q;
in ipso solo recte cibi aliquid assumitur, aut si
sine hoc frictio fuit, post eam protinus. Cibi vero
esse debent ex his, qui facile concoquuntur, qui
maxime aliunt. Ergo vini quoq;, sed austeri ne-
cessarius usus est, mouenda urina. At si malus
corporis habitus est, primū abstinentum est, de-
inde aliis ducēda, tum paulatim cibi dandi, ad-
iectis exercitationibus, vñctionibus, frictioni-
bus. Utiles his frequens balneum est, sed ieunus
etiam usq; ad sudore. Cibis vero opus est copio-
sis, varijs, boni succi, quiq; etiam minus facile
corrumpantur, vino austero. Si nihil reliqua pro-
ficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim quo-
tidieq; pluribus diebus, cum eo, ut cetera quoq;
eodem modo seruentur. Quod si mali plus est, &
vera phthisis est, inter initia protinus occurrere
necessarium est. Neq; enim facile is morbus cum

inueterauerit, euincitur. Opus est, si vires pa-
 tiuntur, longa nauigatione, cœli mutatione, sic, ut
 densius quam id est, ex quo discedit aeger, petat-
 tur. Ideoq; aptissimè Alexandriam ex Italia
 itur. Fereq; id posse inter principia corpus pati
 debet, cum hic morbus etate firmissimam maximè
 oriatur, id est ab anno duodecimo ad annū quin-
 tum et trigesimum. Si id imbecillitas non sinit,
 naue tamen non longe gestari commodissimum
 est. Si nauigationem aliqua res prohibet, lecli-
 ca, vel alio modo corpus dimouendum est, tum à
 negotijs absentinem est, omnibusq; rebus, que
 solicitare animum possunt, somno indulgendum,
 cauendæ destillationes, ne si quid cura leuaret,
 exasperent, et ob id vitanda cruditas, simulq;
 sol et frigus. Os obtegendum, fauces velandæ,
 tussicula suis remedij finienda, et quam diu qui-
 dem febricula incursat, huic interdum absentien-
 tia, interdum etiam tempestiis cibis medendum.
 Eoq; tempore bibenda aqua. Lac quoque, quod
 in capitis doloribus, et in acutis febribus, et
 per eas facta nimia satis, siue præcordia tument,
 siue biliosa vrrina est, siue sanguis fluxit, pro ve-
 neno est, in phthisis tamen, sicut in omnibus lon-
 gis difficultibusq; febribus, rectè dari potest.
 Quod si febris aut nondum incursat, aut iam re-
 misit, recurrentum est ad modicas exercitatio-
 nes, maximeq; ambulationes, item lenes frielio-
 nes. Balneum alienum est. Cibus esse debet primo
 acer, ut allium, porrum, idq; ipsum ex aceto, vel

ex

ex eodem intubus, ocyrum, lactuca. Dein lenis,
 ut sorbitio ex ptisana, vel ex alica, vel ex amy-
 lo, lacte adiecto. Idem oryz a quoque, & si ni-
 bil aliud est, far præstat. Tum inuicem, modò
 his cibis, modò illis utendum est. Adiiciendaq;
 quedam ex media materia, præcipueq; vel ex
 aprugna, cerebellum, vel pesciculus, & his simi-
 lia. Farina etiam cum seuo ouillo, caprino ue-
 mista, deinde incocta, pro medicamento est. Vi-
 num assumi debet lene, aust erum. Hactenus non
 magna mole pugnatur. Si vehementior noxa est,
 ac neq; febricula neq; tussis quiescit, tenuariq;
 corpus appetet, validioribus auxilijs opus est.
 Exulcerandus est ferro candenti, uno loco sub
 mēto, altero in gutture, duobus ad mammam v-
 tranq; itē sub imis ossibus scapulariū (qui s. wmo-
 nātās Græci vocant) sic, ne sanescere ulcera
 sinamus, nisi tussi finita. Cui per se quoque me-
 dendum esse manifestum est. Tunc ter quaterq;
 die vehementer extremæ partes perfricande,
 thorax leui manu pertraclandus, post cibum
 intermittenda hora, & perfricanda crura, bra-
 chiaq;. Interpositis denis diebus demittendus est
 æger in solium, in quo sit aqua calida, & oleum:
 ceteris diebus bibenda aqua, tum & vinum: si
 tussis non est potui frigidum dandum: si æstas
 est, egelidum. Vile est etiam cibos in remissioni-
 bus quotidie dari, frictiones, gestationesq; si-
 militer adhiberi: *itemq; acria quanto aut quin- *eadem
 to die sumere, interdum herbam sanguinalem acria

l 5 ex

ex aceto vel plantaginem esse. Medicamentum etiam est, vel plantaginis succus per se, vel marrubium ex melle concoctum, ita ut illius cyathus sorbeatur, huius cochleare plenum pausatim delingatur, uel inter se mixta et incocata resinae terebinthinae pars dimidia, butyri et mellis pars altera. Praecipua tamen ex his omnibus sunt vitellus, vehiculum, et nauis, et sorbitio. Alius cica utique vitanda est. Vomitus in hoc morbo si frequens est, perniciosus est, maximeque sanguinis. Qui meliusculus esse caput, adycere debet exercitationes, frictiones, cibos deinde, ipse se, suppresso spiritu, perfricare, diu abstinere a vino, balneo, venere.

De Comitialis morbi curationibus. C A. X X I I .

INTER notissimos morbos est etiam is, qui Comitialis, vel maior nominatur. Homo subito concidit, ex ore spuma mouentur, deinde interposito tempore ad se reddit, et per seipsum consurgit. Id genus sibi viros quam feminas occupat, ac solet quidem etiam longum esse, usque ad mortis diem, et vita non periculosa. Interdum tamen cum recens est, hominem consumit, et saepe cum, si remedia non susciperetur, in pueris veneris, in puellis menstruorum initium tollit: modo cum distensione membrorum aut nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa quidem. Hos quoque ipsisdem, quibus lethargicos excitare conantur, quod admodum superuacuum est, et quia ne lethargicus quidem his sanatur, et quia cum

cum possit iste nunquam expergisci, atq; ita fame interire, hic ad se vtq; reuertitur. Vbi concidit aliquis, si nulla neruorum distentio accessit, vtique sanguis mitti debet. Si accessit, non vtq; mittenāus est, nisi alia quoque hortantur. Necessarium autem est ducere aliud, vel nigro veratro purgare, vel vtrūq; facere, si vires patiuntur: tunc caput tondere, oleoq; & aceto perungere, cibis post diem tertium, simul cum transit hora, qua concidit, dare. Neque sorbitiones astem his, aliq; molles, & faciles cibi, neq; caro, minimeq; sisilla conuenit, sed medicie materie. Nam & viribus opus est, & eruditates cauendae sunt, cum quibus fugere oportet solem, balneum, ignem, omniaq; calefacientia: item, frigus, vinum, venerem, loci precipitis conspectum, omniumq; torrentium, vomitum, lasitudinem, solicitudines, negotia omnia. Vbi tertio die cibus datus est, intermittere quartum, & inuicem alterum quenque eadem hora cibi seruata, donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti vim depositit. At si manet, curandus iam ut longus est. Quod si non quo die primum id incidit, medicus accessit, sed is qui eadere consueuit, ei traditus est, protinus eo genere viclus* habito, qui supra coprehensus est, exceptus est dies, quo prolabatur, utendumq; tum vel sanguinis missione, vel ductione alui, vel nigro veratro, sicut praeceptum est. In sequentibus deinde diebus per eos cibos quos proposui, vita-

tis

tis omnibus, que cauenda dixi, nutriendus. Si per hæc morbus finitus non fuerit, cōfugiendum erit ad album veratrum, ac ter quoq; aut qua-
ter eo vtendum, non ita multis interpositis die-
bus: sic tamen, ne iterum vñquā sumat, nisi con-
siderit. Medij s autē diebus vires eius erūt nu-
triende, quibusdam, præter ea que scripta sunt,
adieclis. Vbi mane experrellus es̄t, corpus eius
leuiter ex oleo vetere, cum capite (excepto ven-
tre) permulceatur, tum ambulatione quam maxi-
me longa & recta vtatur: post ambulationem
loco tepido vehementer & diu, ac non minus
ducenties, nisi infirmus erit, perfricetur: deinde
per caput multa aqua frigida perfundatur, pau-
lum cibi assumat, conquiescat, rursus ante no-
ctem ambulatione vtatur, iterum vehementer
perfricetur, sic vt neque venter, neque caput con-
tingatur, post hæc cænet, interpositisq; tribus
aut quatuor diebus, uno aut altero acria assu-
mat. Si ne per hæc quidem fuerit liberatus, ca-
put radatur, vngatur oleo vetere, adicō aceto
& nitro, perfundatur aqua salsa, bibat reiussus
ex aqua castoreum, nulla aqua nisi decocta po-
tionis causa vtatur.* Quidam iugulati gladiato-
ris calido sanguine epoto, tali morbo sese libera-
runt. Apud quos miserum auxiliion, tolerabile
miserius malum fecit. Quod ad medicum vero
pertinet, ultimum es̄t iuxtalatum, ex vtroque
crure paulum sanguinis mittere, occipitum in-
cidere, & cucurbitul. admouere, ferro candete

in

*m̄ occipitio quoq; & infrā, quā summa verte-
bra cum capite committitur, adurere duobus lo-
cis, ut per ea perniciōsus humor evadat. Quibus
si finitum malum non fuerit, prop̄e est, ut perpe-
tuum sit. Ad leuādum id tantummodo vtendum
erit exercitatio multa, frictio, cibisq; his, qui
suprā comprehensi sunt, praecipueq; ritanda o-
mnia, quae ne fierent, exceperimus.*

De Regii morbi curatione. CAP. XXIIII.

A Equē notus est morbus, quem interdum
Arquatum, interdum Regium nominant,
Quem Hippocrates ait, si post septimum diem fe-
bricitante ægro superuenit, tutum esse, molibus
tantummodo præcordijs substatiibus. Diocles ex
toto, si post febrem oritur etiam prodesse: si post
hunc febris, occidere. Color autem eum morbum
detegit maxime oculorum, in quibus quod al-
bum esse debet, fit luteum. Soletq; accedere &
sitis, & dolor capitis, & frequens singultus, &
præcordiorum dextra parte durities et ubi cor-
poris vehemens motus est, spiritus difficultas,
membrorumq; resolutio, atq; ubi diutius manet
morbus, totum corpus cum pallore quodā inal-
bescit. Primo die abstinere ægrum oportet, secun-
do ducere aliud, tum si febris est, eam viēlūs ge-
nere discutere. Si non est, scanoneam potui dare,
vel cum aqua betam albam contritam, vel cum
aqua mulsa nuces amar. is, absynthium, anisum,
sic, ut pars huius minima sit. Asclepiades aquā
quoq; falsam, & quidem per biduum purgatio-
nis

nis cauſſa bibere cogebat, ijs que urinā mouent reieclis. Quidā ſuperioribus omissis, per hæc & per eos cibos, qui extenuant, idem ſe conſequi di- cunt. Ego ubiq; ſi ſatis virium eſt, validiora, ſi parum, imbecillia auxilia præfero. Si purgatio fuit, poſt eam triduo, primo modicè cibum oportet aſſumere ex media materia, & vinum bibe re græcum, ſalſum, ut resolutio ventris maneat, tum altero triduo validiores cibos, & carniſ quoq; aliquid eſſe, intra aquā manere, deinde ad ſuperius genus vielus reuerti, cum eo, ut magis ſatietur, omissō græco vīmo, bibere integrū auſte- rum: atq; ita per hæc variare, ut interdum acres quoq; cibos interponat, interdum ad ſalſum vi- num redeat. Per omne vero tempus ut edum eſt exercitatione, frictione, ſi hyems eſt, balneo, ſi aſtas, frigidis nationibus, lecho etiam & conclauſi cultiore clauſo loco vti, ludis, laſciuia, per que mens exhibilaretur. Ob que regius morbus di- cetus videtur. Malagma quoque quod digerat, ſuper præcordia datum prodeſt, vel arida ibi fi- cus imposta, ſi iecur aut lienis affectus eſt.

De Elephantiæ curatione. C A P. XXV.

In quibusdā regionibus is morbus eſt, quem ἐλεφαντία ḡræci vocant, iſq; longis annumeratur. Totum corpus afficitur, ita ut oſſa quoq; vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas, crebroſq; tumores habet. Rubor harum paulatim in atrum colorē convexitur. Summa cutis

cutis in equaliter crassa, tenuis, dura, mollesq; quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit, os, suræ, pedes intumescunt. Vbi vetus morbus est, digiti in manibus pedibusq; sub tumore conduntur, febricula oritur, que facile tot malis obrutum hominem consumit. Protinus ergo inter initia sanguis per biduum mitti debet, aut nigro veratro venter solui, adhibenda tum quanta sustineri potest, in media est, paulum deinde vires reficienda, & ducenda aliud: post hæc, ubi corpus leuatum est, utendum est exercitatione, præcipueq; cursu, sudor primum labore ipsius corporis, deinde etiam siccis sudationibus euocandus, frictio adhibenda, moderandumq; inter hæc, ut vires conseruentur, balneum rarum esse debet. Cibus sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflantibus. Vinum preter quam primis diebus, rectè datur. Corpus contrita plantago, & illita, tueri optime videtur.

De Attonitis, & eorum curatione. C A P . X X V I .

Attonitos quoque raro videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀτονίᾳ τοιούτην hunc Græci appellant. His sanguis mittendus est. Veratro quoque albo, vel alii ductione utendum. Tum adhibende frictiones, & ex media materia minime pinguis cibi, quidam etiam acres, & à vino abstinentium.

De resolutione nervorum, quæ Apoplexia vel ιαράλυσις dicitur. C A P . X X V I I .

Act

AT resolutio neruorum, frequens ubiq; morbus est. Sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud *Äποτελεσίαν*, hoc *Paralysin* nominaverunt. Nunc vtrūq; *Paralysin* appellari video. Solent autem qui per omnia membra vehemēter resoluti sunt, celeriter rapi, ac si correcti non sunt, diutius quidem viiunt, sed raro tamen ad sanitatem perueniunt, & plerunq; miserum spiritum trahunt, memoria quoq; amissa. In partibus vero nunquam acutus, sepe longus, ferè sanabilis morbus est. Si omnia membra vehemēter resoluta sunt, sanguinis detractio vel occidit, vel liberat. Aliud curationis genus, vix unquam sanitatem restituit, sepe mortem tantum differt, vitam interim infestat. Post sanguinis missione, si non redit, & motus & mens, nihil spei superest. Si redit, sanitas quoque prospicitur. At ubi pars resoluta prouidet est, proderit malo corporis, vel sanguinis missus, vel aliis ducta. Cetera eadem in utroq; casu facienda sunt. Siquidem vitare praecipue conuenit frigus, paulatimq; ad exercitationes reuertendus est, sic, ut ingrediatur ipse protinus, si potest. Si id crurum imbecillitas prohibet, vel gestetur, vel motu lecti concutiatur, tum id membrum, quod deficiet, si potest, per se: si minus, per alium moueat, et vi quadam ad consuetudinem torpenti suam redeat. Prodest etiam torpentis membris mem summam cutem exasperasse, vel vrticis casam, bris vel imposito sinapi, sic ut ubi rubore cœperit corpus,

corpus, hæc remoueantur. Scilla quoq; contrita,
bulbiq; contriti cum thure recte imponuntur.
Neq; alienum est, resina cutem tertio quoque die
diutius vellere, pluribus etiam locis, aliquando
sine ferro cucurbitulas admouere. Vnctioni ve-
rò aptissimum est vetus oleum, vel nitrum aceto
& oleo mistum. Quinetiam fouere aqua calida
marina, vel si ea non est, tamen salsa magnope-
re necessarium est. At si quo loco vel naturales,
vel etiam manu factæ tales natationes sunt, ijs
potissimum vtendum est, præcipueq; in his agitas
da membra, que maxime deficiunt. Si id non est,
balneum tamen prodest. Cibus esse debet ex me-
dia materia, maximeq; ex venatione: potio sine
vino aquæ calidæ. Si tamen vetus morbus est,
interponi, quarto vel quinto die purgationis
caussa vinum Græcum, salsum prodest. Post cœnā
utilis vomitus est. Interdum verò etiam neruo-
rum dolor oriri solet. In hoc casu non oportet vo-
mere, non medicamentis vrinā mouere, non sine
exercitatione sudores, ut quidā præcipiunt, ex-
pedit. Bibenda aqua est bis die. In lectulo leniter
satis diu corpus perfricandum est, deinde retento
spiritu, ab ipsa exercitatione potius superiores
partes mouendæ, balneo raro vtendum, mutan-
dum subinde peregrinationibus cælum. Si dolor
est, ea ipsa pars sine oleo nitro ex aqua perun-
genda est, deinde immoluëda, & subiçienda pru-
nalenis, & sulphur, atq; ita id suffumigandum,
idq; aliquandiu faciendum. Sed iejuno, cum bene

m ian

iam concoxerit, cucurbitule quoque sepe dolentis
 parti admouenda sunt, pulsandusq; leuiter infa-
 tis vesicis bubulis is locus est. Utile est etiam se-
 num miscere cum hyoscyami & vrticea contri-
 tis seminibus, sic, ut omnium par modus sit, idq;
 imponere, souere aqua, in qua sulphur decoctum
 sit. Utriculi quoque recte imponuntur aqua ca-
 lida repleti, aut bitumen cum hordeacea farina
 mixtum, atque in ipso potissimum dolore uten-
 dum gestatione vehementi est, quod in alijs do-
 loribus pessimum est. Tremor autem neruorum
 & que vomitu, medicamentisq; vrinam mouen-
 *impedi-
 tur tibus * intenditur. Inimica etiam habet balnea,
 assasq; sudationes. Bibenda aqua est, acri am-
 bulatione vtendum, item vunctionibus, frictioni-
 busq; maxime per seipsum, pila, similibusq; su-
 periores partes dimouende, cibo quolibet uten-
 dum, dummodo concoctioni vtique studeatur.
 Secundum cibum curis abstinentia. Rarissima
 venere vtendum est. Si quando quis in eam pro-
 lapsus est, tum oleo leuiter diuq; in loculo per-
 fricari manibus puerilibus potius, quam viri-
 libus debet. Suppurationes autem, que in ali-
 qua interiori parte oriuntur, ubi note fuerint,
 primum id agere oportet per ea cataplasma
 que reprimunt, ne coitus inutilis materie fiat.
 Deinde, si haec victa sunt, per ea malagmata
 que digerunt, dissipentur. Quod si consecuti non
 sumus, sequitur vt euocetur, deinde vt matur-
 scat, omnis tunc vomice finis est, vt rumpatur.
 Indic

Indiciumq; est, pus vel alio, vel ore redditum: sed nihil facere oportet, quomodo quicquid est puris excedat. Utendum maxime sorbitonibus est & aqua calida. Vbi pus fieri desyat, transendum ad facilem quidem, sed tamen validiores et frigidos cibos, frigidamq; aquam, sic ut ab ege- lidis tamē initium fiat, primoq; cum melle quae- dam edenda, ut nuclei pinei, vel Grece mices, vel auellane. Postea submouendum id ipsum, quo maturius induci cicatrix possit. Medicamentum eo tempore ulceri est succus assumptus, vel porri, vel marrubij, & omni cibo porrion ipsum adiecitum. Oportebit autem ut in his partibus, que non afficiuntur, frictionibus, item ambula- tionibus lenibus. Vitandumq; erit, ne vel luctan- do, vel currendo, vel alia ratione sanescantia ulcera exasperentur. In hoc enim morbo perni- ciosus, ideoq; omnimodo cauendus sanguinis vo- mitus est.

LIBER IIII.

De humani corporis interioribus sedibus.

C A P . I.



A C T E N V s reperiuntur ea gene-
ramborum, que in totis corpori-
bus ita sunt, ut eis certae sedes assi-
gnari non possint. Nunc de his di-
cam, que sunt in partibus. Facilius autem o-
mnium interiorum morbi curationesq; in noti-

m 2 fiam

tiam venient, si prius eorum sedes breuiter ostendero. Caput igitur eaq; que in ore sunt, non lingua tantummodo, palatoq; terminantur, sed etiam quatenus oculis nostris exposita sunt. In dextra sinistraq; circa guttur vene grandes, que sphaeritides nominantur, itemq; arteriae (quas parotidas vocant) sursum procedentes ultra aures feruntur. Atq; in ipsis cervicibus glandulae posse sunt, que interdum cum dolore intumescunt.

Deinde duo itinera incipiunt. Alterum aspera

^{stomach⁹} arteriam nominant, alterum stomachum. Arte-
hie pro i-
psa gula ac
cipitur, vt ad ventriculū fertur. Illa spiritum, hic cibum re-
& infra li-
bro 4. cap.
5. quamvis aliquando
& pro ven-
triculi par-
te inferio-
ri stoma-
chivocabit
Celsus, vt
cū ait, te ex parte
stomach⁹ Leuis sit, eaq; descendens ad præcordia cum pul-
verō in-
stionorū p̄c
cipiū est. capax & à tergo spinae ipsi impletus in duas fi-
bras vngulae bubulae modo, dividitur. Huic cor
annexum est, natura musculosum in pectore,
sub sinistrore mamma situm, duosq; quasi ren-
triculos habet. At sub corde atq; pulmone trans-
versum ex valida membrana septum est, quod
a p̄c

aberrans
ref. gal.
u. pac.
2. ledens hys,

à præcordijs rterum diducit aequò neruosum, multis etiam venis per id discurrentibus à superiori parte, non solum intestina, sed iecur quoque lienemq; discernit. Hæc viscera proxima, sed infrà tamen posita dextra sinistraq; sunt. Iecur à dextra parte sub præcordijs ab ipso septo ortum, intrinsecus cauum, extrinsecus gibbum, quod prominens leuiter ventriculo insuet, & in quatuor fibras diuiditur. Ex inferiore vero parte ei fel inheret, at lienis sinistra non eidem septo, sed intestino innexus est, natura mollis & rarus, longitudinis, crassitudinisq; modicæ, isq; paulum à costarum regione in rterum excedens ex maxima parte sub his conditur, atque hæc quidem iuncta sunt. Renes verò diversi, qui lumbis sub imis coxis inherent à parte earum resimi, ab altera rotundi, qui ex venosi sunt, & vetriculos habent, & tunici supercon teguntur. Ac viscerum quidem hæ sedes sunt.

Renes.

Stomachus verò, qui intestinorum principium Stoma-
est, neruosus à septime spinae vertebra incipit, chus.
ac circa præcordia, cum ventriculo committitur. Ventriculus autem, qui receptaculum ci-
bi est, constat ex duobus tergoribus, isq; inter Ventricle-
lienem & iecur positus est, utroque ex his pau-
lum super eum ingrediente. Suntq; etiam mem-
branula tenues, per quas inter se tria ista con-
nectuntur, iungunturq; ei septo, quod transuersum
esse suprà posui. Inde ima ventriculi pars pau-
lum in dexterorē partem conuersa, in summum

intestinum coarctatur. Hac iuncturam πυλωφη
 Graeci vocant, quoniam portae modo in inferio-
 res partes, ea que excreturi sumus, emitit. Ab
 Ieiunū in- ea iejunum intestinum incipit, non ita impli-
 testinom. citum: cui tale vocabulum est, quia nunquam
 quod accipit, continet: sed protinus in inferiores
 Tenue in- partes transmittit. Inde tenuerintestinum est, in
 testinum. sinus vehementer implicitum. Orbes vero eius
 per membranulas singuli cum inferioribus con-
 nectuntur, qui in dexterorem partem conuersi, et
 è regione dexteroris coxae finiti, superiores ta-
 men partes magis complent. Deinde id intesti-
 num cum crassiore altero transuerit so cōmittitur,
 quod à dextra parte incipiens, in sinistriorem
 peruum & longum est, in dexterorem non est,
 Cæcum in- ideoq; cæcum nominatur. Ad id quod peruum
 testinum. est, late fusum atq; sinuatum, minusq; quam su-
 periora intestina nervosum, ab utraq; parte huc
 atq; illuc volutū, magis tamen sinistriores infe-
 rioresq; partes tenens, contingit iecur atq; ven-
 triculum. Deinde cū quibusdam membranulis à
 sinistro rene venientibus iungitur, atq; hinc de-
 Rectū in- extra recurvatum in imo dirigitur qua excernit,
 testinum. ideoq; id ibi rectum intestinum nominatur. Con-
 Omentū. tegit vero vniuersa hæc omentum ex *interiore
 * inferiore parte leue & striculum, ex superiori mollius. Cui
 adeps quoq; innascitur, que sensu, sicut cerebrum
 quoq;, & medulla, caret. At à remibus singule
 vena colore albæ ad vesicam feruntur, & genitrixes
 Graeci vocant, quod per eas inde descendenter
 virinam

vrinam in vesicam destillare concipiunt. Vesica
 autem in ipso sinu nervosa & duplex, cernice
 plena atq; carnosa, iungitur per venas cum in-
 testino, eoq; osse, quod pubi subest. Ipsa soluta
 atq; liberior est, aliter in viris atq; in fæminis
 posita. Nam in viris iuxta rectum intestinum est
 potius in sinistram partem inclinata. In fæmi-
 nis super genitale earum posita est, superq; elapsa
 ab ipsa vulva sustinetur. Tum in masculis iter
 vrinæ spatiiosius, & compressius à cernice hu-
 ius descendit ad colem. In fæminis breuius &
 plenius super vulvæ cernicem se ostendit. Vulva
 autem in virginibus quidem admodum exigua
 est. In mulieribus vero, nisi ubi grauidæ sunt,
 non multo maior, quam ut manu comprehenda-
 tur. Ea recta continuataq; cernice (quem cana-
 lis, vocant) contra medium alium orsa, inde
 paulum ad dexterorem coxam conuertitur, de-
 inde super rectum intestinum progressa ilij s
 fæmina latera sua innicit. Ipsa autem ilia in-
 ter coxae & pubem imo ventre posita sunt, à
 quibus ac pube abdomen sursumversus ad pre-
 cordia peruenit, ab exteriore parte euidenti cu-
 te, ab interiori lœvi membrana inclusum, que
 omento iungitur, negritvæ & autem à Græ-
 cis nominatur.

Canalis.

De curationibus morborum, qui nascuntur à
 capite: & primò de eius dolore, deinde de mor-
 bo, qui circa faciem nascitur, tum de linguae re-
 solutione, postremò de destillatione, ac graue-
 dine.

C A P. II.

m 4 His

His veluti in conspectum quendam (quatus scire curanti necessarium est) adducetis, remedia singularium laborantium partium exequar, orsus à capite; sub quo nomine nunc significo eam partem, quae capillo tegitur. Nam oculorum, aurium, dentium dolor, & si quis similis est, alias erit explicandus. In capite autem interdum acutus & pestifer morbus est, quem οὐρανίας Greci vocant. Cuius nomine sunt horror, calidus, nervorum resolutio, oculorū caligo, mentis alienatio, vomitus, sic ut vox supprimatur, vel sanguinis ex naribus cursus, sic ut corpus frigescat, anima deficiat. Præter hæc dolor intolerabilis maximè circa tempora, vel occipitum. Interdum autem in capite longa imbecillitas, sed neq; grauius, neq; periculosa, per hominis etatem est. Interdum grauior dolor, sed breuis, neq; tamen mortiferus, qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut sole contrahitur. Hiq; omnes dolores modo in febre, modo sine hac sunt, modo in toto capite, modo in parte, interdu sic, ut oris quoq; proximam partem excrucient. Præter hæc etiam unū inuenitur genus, quod potest longum esse, ubi humor cutem inflat, eaq; intumescit, & prementi digito cedit, οὐρανίας Greci appellant. Ex his, id quod secundo loco positum est, dum leue est, qua sit ratione curandum dixi, cum persequerer ea, quæ sani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberet. Quæ vero auxilia sint capit, ubi cum febre dolor est, eo loco explici

explicatum est, quo febrium curatio exposita est.
 Nunc de cæteris dicendum: Ex quibus id quod
 acutum est, & id quod supra consuetudinem in-
 tenditur, idq; quod ex subita cauſſa, et ſi non pe-
 ſtiferum, tamen veheſens eſt, primam curatio-
 nem habet qua ſanguis mittatur. Sed id, niſi in-
 tolerabilis eſt dolor, ſuperuacuum eſt. Satiuſq; eſt
 abſtinere à cibo, ſi fieri potest, etiam à potione.
 Si non potest, aquam bibere. Si poſtero die dolor
 remanet, alium ducere, ſternutamenta euocare,
 nihil aſſumere, niſi aquam. Sæpe enim dies vnuſ
 aut alter totum dolorem hac ratione diſcutit,
 utiq; ſi ex vino vel cruditate origo eſt. Si vero
 in hiſ auxilijs parum eſt, tonderi oportet ad cu-
 tem: deinde conſiderandum eſt, que cauſſa do-
 rem exicit: ſi calor, aqua frigida multa per-
 fundere caput expedit, ſpongiam concavam im- Aqua frigida.
 ponere ſubinde in aqua frigida expreſſam, vn-
 gere roſa & aceto, vel potius hiſ timetiam lanam
 ſuccidam imponere, aliaq; refrigerantia cata-
 plasmatuſ. Ac ſi frigus nocuit, caput oportet per-
 fundere aqua calida maritima, vel certe ſalſa,
 aut in qua laurus decocta ſit, tum caput vehe-
 menter perfriſcare, deinde calido oleo implere,
 reſte velare. Quidam etiam id deuincivint. Alii
 ceruicalibus reſtimetiſq; onerant, & ſic leua-
 tur, alios calida cataplasmata adiuuant. Ergo e-
 tiam rbi cauſſa incognita eſt, videre oportet,
 refrigerantia magis, an caleſcientia leniant,
 & hiſ uti, que experimentum approbarit. At ſi
 in ſuſſa parum

parum cauſſa diſcernitur, perſundere caput pri-
mum aqua calida, ſicut ſuprā preceptum eſt, vel
ſalſa, vel ex lauro decocta, tū frigida poſca. Illa
in omni vetuſto capitiſ dolore communia ſunt,
ſternutamenta excitare, iſteriores partes vehe-
menter perſricare, gargarizare hiſ, que ſaliuā
mouent, cucurbitaſ temporibus & occipitio
admouerere, ſanguinem ex naribus detrahere, re-
ſina ſubinde tempora peruellere, & imposuſi-
napi exulcerare ea que male habent, antē lin-
teolo ſubiecto, ne velementer arrodat: cadien-
tiuſ ferramentis vbi dolor eſt, vlcera excitare,
cibum permodicuſ cum aqua sumere: vbi leua-
tus eſt dolor in balneū ire, ibi multa aqua priuſ
calida, deinde frigida per caput perſundi. Si
diſcuſſus ex toto dolor eſt, etiam ad viuum re-
uerti, ſed poſte a ſemper antequam quicquam a-
liud, aquam bibere. Diſſimile eſt id genus quod
humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad
cutem neceſſarium eſt. Deinde imponere ſinapi,
profuit ſic ut exulceret. Si id parum profuit, ſcalpello
utendum eſt. Illa cū hydropicis communia ſunt,
ut exerceatur, iſudef, velementer perſricetur,
cibis, potionibus q; vtatur, vrinam präcipue mo-
uentibus.

De morbo qui circa faciem naſcitur, quem
Graci νύμην σωασμόν vocant.

Circa faciem vero morbus innascitur, quem
Graci νύμην σωασμόν nominant. Is cū
acuta ferè febre oritur. Os cū motu quodam per-
uertitur,

uertitur, ideoq; nihil aliud est, quam dislentio
oris. Accedit crebra coloris in facie totoq; corpo-
re mutatio. Somnus in prop̄tu est. In hoc sanguine
uem mittere, optimum est. Si finitum eo malum
non est, ducere aliū: si ne sic quidem discussum
est, albo veratro vomitum mouere: pr̄ter hac
necessarium est ritare solem, laſitudinem, vi-
num. Sed si discussum his non est, vtendum est
cursu, frictione, in eo quod lesum est, leni &
multa, in reliquis partibus breuiore, sed vehemen-
ti: prodest etiam mouere sternutamenta, ca-
put radere, idq; perfundere aqua calida, vel ma-
rina, vel certè falsa, sic ut ei quoq; sulphur adij-
ciatur. post perfusionem iterum perfricari, sinapi
māducare, eodemq; tempore affectis oris par-
tibus ceratum, integris idem sinapi, donec ar-
rodat, imponere. Cibus aptissimus ex media ma-
teria est.

De resolutione linguae.

AT si lingua resoluta est, quod interdum per
se, interdu ex morbo aliquo fit, sic ut ser-
mo hominis non explicetur, oportet gargari-
zare ex aqua, in qua vel thymum, vel hyssopum, vel
nepeta decoctasit, aquam bibere, caput & os et
ea que sub mento sunt, & cervicem vehemen-
ter perfricare, laſere linguā ipsam linere, man-
ducare quae sunt acerrima, id est sinapi, allium,
cepam, magna viliuſlari, ut verba exprinna-
tur, exerceri retento ſpiritu, caput sape aqua fri-
gida perfundere, nonnunquam multam eſſe ra-
diculam,

diculam, deinde vomere.

De Destillatione ac Grauedine.

Destillat autē humor ex capite interdum in nares, quod leue est : interdum in fauces, quod peius est : interdū etiam in pulmonem quod pessimum est. Si in nares destillat, tenuis per has pituita profluit, caput leuiter dolet, grauitas eius sentitur, frequentia sternutamenta sunt. Si in fauces, h. is exasperat, tussiculam mouet. Si in pulmonem, præter sternutamenta et tussim, est etiam capit. grauitas, lasitudo, sitis, aestus, biliosa vrina. Aliud autem (quamvis non multum distans malum) Grauedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccām mouet, sub eadem salsa est saliuia, sonant aures : vene mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia noxīæ Hippocrates nominat. Nunc video apud Grecos in grauedine hoc nomen seruari, destillationes natræs ayres appellari. Hæc autem et brevia, et si neglecta sunt, longa esse consueuerunt. Nihil pestiferum est, nisi quod pulmonē exulcerauit. Vbi aliquid eiusmodi sensimus, protinus abstinere à sole, balneo, vino, venere debemus. Inter que vñelioe, et assueto cibo nihilominus uti licet, ambulatione tantum acri, sed tecta vtendū est, et post eam caput atq; os supra quinquagies perfricandū. Raroq; fit, ut si biduo, vel certe triduo nobis temperauimus, id vitium non leuetur. Quo leuato, si in destillatione crassa facta pituita est, vel in grauedine nares magis

magis patent, balneo vtendum est, multaq; aqua prius calida, post egelida fouendum os, caputq;, deinde cu cibo pleniore vinum bibendum. At si eque tenuis die quarto pituita est, vel nares eque clausae videntur, assumendum est, vinum amineum, aust erum, deinde rursus biduo aqua, post que ad balneum & ad consuetudinem reuertendum est. Neq; tamē illis ipsis diebus, quibus aliqua omittenda sunt, expedit tanquam agros agere, sed cetera omnia quasi sanis facienda sunt, praterquam si diutius aliquē & vehementius ista solicitare consueverunt. Huic enim quedā curiosior obseruatio necessaria est. Igitur huic, si in nares vel in fauces destillauit, propter ea que supra retuli, primus primis diebus multum ambulandum est, perficande vehementer inferiores partes, leuior frictio adhibenda thoraci erit, leuior capiti, demēda assueto cibo pars dimidia, sumenda oua, amyllum, similiaq; que pituita faciunt crassorem. Siti quanta maxime sustineri potest, pugnandū est. Vbi per hæc idoneus aliquis balneo factus, eoq; usus est, adiiciendus est cibo pisciculus, aut caro, sic tamen ne protinus iustus modus cibi sumatur. Vino meraco copiosus vtendū est. At si in pulmonē quoq; destillat, multoq; magis & ambulatione, & frictione opus est, eademq; adhibita ratione in cibis, si non satis illi proficiunt, acrioribus vtendum est, magis somno indulgendū, abstinentendumq; à negotijs omnibus aliquando, sed serius, & balneū tentandum.

dum. In grauedine autem primo die quiescere, neq; esse, neq; bibere, caput relare, fauces lama circundare, postero die surgere, diu abstinere à potionē, aut si res coegerit, non ultra heminam * tan aque assūmēre. Tertio die panis pon* ita multum ex parte int̄estinō cum p̄sciculo, vel leni carne sumere, aquam bibere. Si quis sibi temperare non potuerit, quo minus plenior vixītū matur, romere. Vbi in balneum vēntū est, multa aqua calida caput & os fouere usq; ad sudore, tum ad vīniū redire: post que vix fieri potest, vt idem incomodum maneat. Sed si manserit, v̄tendū erit cibis frigidis, aridis, leuibus, humore quam minimo, seruatis frictionibus, exercitationibusq; que in omnī tali genere valetudinis necessariae sunt.

De cernicis morbis, curationib; isq;. C A P. III.

A Capite transitus ad ceruicē est, que gravibus admodum morbis obnoxia est. Neq; tamen aliis importunior, acutiorq; morbus est, quam is qui quodam rigore nerorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori ameclit, modo rectam & immobilem ceruicem intendit. Priorem Graci ἀποδόσον, insequentem εὐ-
πρόοδον, ultimū τετρανον appellant, quamvis minus subtiliter, quidā indiscretis his nominibus v̄tuntur. Ea sepe intra quartum diem tollunt. Si hunc euaserunt sine periculo sunt. Omnia eadem ratione curantur, idq; conuenit. Sed Asclepiades v̄tiq; mittendum sanguinem creditit. Quod quidam vitandum esse dixerunt, eò quod maxime
tum

tum corpus calore egeret, isq; esset in sanguine.
 Verum hoc quidem falsum est. Neq; enim natu-
 ra sanguinis est, ut utiq; caleat, sed ex his que
 in homine sunt, is celerrime vel calescit, vel re-
 frigescit. Mitti vero nec' ne debeat, ex his intel-
 ligi potest que de sanguinis missione præcepta
 sunt. Utq; autem recte datur castoreum, & cum
 hoc piper vel lusifer. Deinde opus est fomento hu-
 mido & calido. Itaq; pleriq; aqua calida multa
 ceruices subinde perfundunt. Id in præsentia le-
 uat, sed opportuniore s neruos frigore reddit.
Quod utiq; vitandum est. Ut ilius rigitur est ce-
 rato liquido primum ceruicem perungere, dein
 de admonere vesticas bubulas, vel utriculos oleo
 calido repletos, vel ex farina calidum cataplasm-
 ma, vel piper rotundum cum sico contusum. Ut i-
 lissum tamē est humido sale fouere. Quod quo-
modo fieret, iam ostendi. Vbi eorum aliiquid fa-
 ctum est, admouere ad ignem, vel si astas est, in
 sole, egrum oportet, maximeq; oleo rettere, si id
 non est, syriaco, si ne id quidem est, adipe quam
 vetustissima ceruicem, & scapulas, & spinas
 perfricare. Friccio cum omnibus in homine ver-
 tebris utilis sit, tum ijs præcipue, que in collo
 sunt. Ergo die nocteque, interpositis tamē quibus-
 dam temporibus, hoc remedio retendum est.
 Dum id intermittitur, imponendum malagma
 aliquod ex calefacientibus. Cauendū vero præ-
 cipue frigus. Ideoq; in eo conclavi, in quo cuba-
 bit eger, ignis continuus esse debebit, maximeq;
 tempore

tempore antelucano, quo præcipue frigus inten-
ditur. Neq; inutile erit, caput attonsum habere,
sdq; irino vel cyprino calido madefacere, ex su-
perimposito pileo velare, nonnunquam etiam in
calidum oleum totum descendere, vel in aquam
calidam, in qua fænum græcum decoctum sit, et
adiecta olei pars tertia. Alius quoq; ducta saepe
superiores partes resoluit. Si verò etiam vehe-
mentius dolor crevit, admouende ceruicibus cu-
curbitule sunt, sic, ut cutis incidatur, eadem aut
ferramentis, aut sinapi adurendæ. Vbi leuatus
est dolor, moueriq; ceruix cœpit, scire licet cede-
re remedij: morbum. Sed diu vitandus cibus,
quisquis mandēdus est. Sorbitionibus vtendum,
itemq; ouis sorbilibus, aut à pullis mollibus ius
aliquid assumēdum. Id si bene processerit, iamq;
ex toto recte se habere ceruices videbuntur, in-
ciendum erit à pulticula, vel intrita bene ma-
dida. Celerius tamen etiam panis mandendus,
quām vinum gustandum. Siquidem huius usus
præcipue periculosus, ideoq; in longum tempus
differendus est.

De faucium morbis, ac curationibus, & pri-
mum de Angina, deinde de Difficultate spi-
randi, ultimo de Tussi. CAP. IIII.

VT hoc autem morbi genus circa totam cer-
uicem, sic alterū æquè pestiferū acutumq;
in faucibus esse consuevit. Nostri Anginam vo-
cant, apud Græcos nomen prout species est. In-
terdum enim neq; rubor, neq; tumor ullus appa-
ret,

ret; sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur,
 membra solvantur, id σωάγχω vocant. Inter-
 dum lingua faucesq; cum rubore intumescent,
 vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pal-
 let, singultusq; est, id ὡς σωάγχη vocatur. Illa
 communia sunt, aeger non cibum deuorare, non
 potionem potest, spiritus eius includitur. Lenius
 est, ubi tumor tantummodo, et rubor est, cetera
 non sequuntur, id παρασωάγχω appellant.
Quicquid est, si vires patiuntur, sanguis mitten-
 dus est, si non abundat, secundum est ducere al-
 um. Cucurbitula quoq; recte sub mento, et cir-
 ea fauces admoetur, ut id quod strangulat, euo-
 cet. Opus est deinde fomentis humidis. Nam sic-
 ea spiritum elidunt. Ergo admoovere spongiis
 oportet, quae melius in calidum oleum, quam in
 calidam aquam subinde demittuntur. Efficacissi-
 musq; est hic quoq; salis calidi succus. Tum com-
 modum est hyssopum, vel nepeta, vel thymum, vel
 absinthium, vel etiam furfures, aut ficus aridas,
 aut mulsam aquam decoquere, eaq; gargariZare:
 post hæc, palatum ungere vel felle taurino, vel
 eo medicamento, quod ex moris est, polline etiam
 piperis id recte respergitur. Si per hæc paru pro-
 ficitur, ultimum est incidere satis altis plagis sub
 ipsis maxillis supra collum, et in palato citra
 ruam, vel eas venas, quæ sub lingua sunt, ut per
 ea vulnera morbus erumpat. Quibus si non fue-
 rit aeger adiutus, scire licet, malo victum esse.
 Si vero his morbus lenatus est, iamq; fauces, ita

cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est. At interdum natura quoq; adiuuat, si ex angustiore sede vitium transit in latiorē. Itaq; rubore & tumore in p̄ recordjs orto, scire licet fauces liberari. Quicquid autē eas leuavit, incipiendum est ab humidis, maximeq; aqua mulsa decocta, deinde assumēdi molles & non acres cibi sunt, donec fauces ad pristinum habitum reuertantur. Vulgo audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari, seruatumq; eum ex sale, cum is morbus vrget, comburi, carbonemq; eius contritus in aquam mulsam (que potui datur) inficari, & professe. Id cum idoneos autores ex populo habeat, neq; habere quicquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inferendum huic operi meo credidi.

De difficultate spirandi.

Est etiam circa fauces malum, quod apud Grecos aliud atq; aliud nomē habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neq; ex toto strangulat, οὐσιώνοις appellatur. Cum vehementior est, νέφελη spirare & gerere sōno & anhelatione non possit, ἀποθυεῖ. Cum accessit id quoq;, ne nisi relata ceruice spiritus trahatur, οὐσιώνοις. Ex quibus id, quod primum est, potest diutius trahi. Duo insequentia acuta esse consuerūt. His communia sunt, quod propter angustias, per quas ritus euadit, sibilum elidit, dolor in pectoro p̄ record

precordijsq; est, interdum etiam in scapulis, isq;
 modo decidit, modo reuertitur, ad hæc tussicula
 accedit. Auxilium est, nisi aliquid prohibet in
 sanguinis detractione. Neq; id satis est, sed lacte
 quoq; venter soluendus est. Liquanda aliis, in-
 terdum etiam ducenda, quibus extenuatum cor-
 pus incipit spiritum trahere commodius. Caput
 autē etiam in lecto sublime habēdum est, thorax
 fomentis, cataplasmatisq; calidis, aut siccis, aut
 etiam humidis adiuuandus est, et postea vel ma-
 lagma superimponendum, vel certe ceratum ex
 cyprino vel irino vnguento. Sumenda deinde ie-
 uno potui mulsa aqua, cum qua uel hyssopus co-
 eta, vel contrita capparis radix sit. Datur etiam
 utiliter, aut nitrum, aut naſturtium, allium fri-
 Etum, deinde contritū & cum melle mixtum, si-
 mulq; coquantur mel, galbanum, resina terebi-
 thina, & ubi coierunt, ex his quod fabae magni-
 tudinem habet, quotidie sub lingua liquatur, aut
 sulphuris ignem non experti * pondo et quadrās,
 abrotani pondo in vini cyatho teruntur, idq; te-
 pefactum sorbetur. Est etiam non vana opinio
 vulpinum iecur, ubi siccum & aridum factum
 est, contundi oportere, polentamq; ex eo potionis
 aspergi, vel eiusdem pulmonem quam recentissi-
 mum assūm, sed sine ferro coctum, edendum esse.
 Prater hæc sorbitonibus, & lenibus cibis uten-
 dum est, interdum vino tenui austero, nonnum-
 quam vomitu. Profundit etiam quecunq; vrinam
 argent, sed nihil magis quam ambulatio lenta

* pondo
denatis &
quadrans,
abrotani

podo dena

ris in viau.

penè vsq; ad laßitudinem, frictio multa, præci-
puè inferiorū partium, vel in sole, vel ad ignem,
et per seipsum, et per alios, vsq; ad sudore. In
intiore verò faucium parte interdum exulce-
ratio esse consueuit. In hac plerique extrinsecus
cataplasmatis calidis, fomentisq; humidis utun-
tur. Volunt etiam vaporem calidum ore recipi,
per quem moliores alijs partes eas fieri dicunt;
opportunioresq; vitio iam hærenti. Sed si bene
sic uitari morbus potest, tuta illa presidia. Si me-
tus eius est, supernacula sunt. Vtiq; autē perfri-
care fauces periculosum est: exulcerat enim, neq;
utilia sunt, quæ urine mouende sunt apta, quia
possunt dum transiunt, ibi quoq; pituitam exte-
nuare, quam supprimi melius est. Asclepiades
des. multarum rerū, quas ipsi quoq; fecuti sumus, au-
tor bonus, acetum ait quam acerrimum esse sor-
bendū: hoc enim sine ulla noxa comprimi ulcera.
Sed id supprimere sanguinem potest, ulcera ipsa
sanare non potest. Melius huic rei lycium est,
quod idem quoq; æquè probat, uel porri, uel mar-
rubij succus, vel nuces Græce cum tragacantho
contrite, et cum passo mistæ, vel limi semē con-
tritum, et cum dulci vino mistum. Exercitatio
quoq; ambulandi, currendiq; necessaria est. Fri-
ctio à pectori vel hemēs toti inferiori parti adhi-
benda. Cibi verò esse debent, neq; nimium acres,
neq; asperi, mel, lenticula, tragum, lac, ptisana,
pinguis quoq; caro, præcipueq; porrum, et quic-
quid cum hoc mistum est. Potionis quammini-
mum:

num esse conuenit. Aqua dari potest, vel pura, vel in qua mala cydoneum, palmulae decoctae sunt. Gargarizationes quoque lenes: si hæ parum proficiunt, reprimentes utiles sunt. Hoc genus neque acutum est, et potest esse non longum, curationem tamen maturam, ne vehementer et diu ledat, desiderat.

De Tusci.

TUSSIS verò ferè propter faucium exulcerationem molesta est, que multis modis contrahitur. Itaque illis restitutis ipsa finitur. Solet tamen interdum per se quoque male habere, et vix cum vetus facta est eliditur, ac modo arida est, modo pituitam citat. Oportet hyssopum altero quoq; die bibere, spiritu retento currere, sed minime in puluere, ac lectione uti vehementi, que primo impeditur à tussi, post eam vincit, tum ambulare, deinde per manus quoq; exerceri, et pectus diu perfricare. Post hæc quam pinguissimæ ficus vincias tres supra primas incollas, esse. Preter hæc siccumida est, profundit frictiones valide, cum quibusdam calefacientibus, sic, ut caput quoq; siccum vehementer perfricetur. Item cucurbitulæ pectori admotæ, sinapi ex parte exteriore faucibus impositum, donec leuiter exulceret, potio ex menta, nucibusq; Græcis et amylo, primoq; assumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis. At si siccata tussi est, cum ea vehementissime urget, adiuuat vini austeri c. ya. thus assumptus, dum ne amplius id interpo. p. sito temp.

tempore aliquo, quam ter aut quater fiat. Item laseris quam optimi paulum deuorare opus est, porri vel marrubij succum assumere, scillam delingere, acetum ex ea, vel certe acre sorbere, aut cum spica allij contriti duos vini cyathos. Utiles etiam in omni tussi est peregrinatio, nauigatio longa, loca maritima, natationes. Cibus interdum mollis, ut malua, ut vrtica: interdum acer, ut lac eum allio coctum, sorbitiones quibus laser sit adiectum, aut in quibus porrumb incoctum tabuerit, ouum sorbile sulphure adiecto, potus primum aqua calida, demde in uicem alijs diebus haec, alijs vinum. Magis terrori potest aliquis, cum sanguinem expuit. Sed id modo minus, modo plus periculi habet. Exit enim modo ex gingiu, modo ex ore, ex quidem ex hoc interdum etiam copiose, sed sine tussi, sine ulcere, sine gingivorum ullo vitio, ita ut nihil excreatur. Verum ut ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit. Atq; interdum sanguis profluit, interdum simile aque quiddam, in qua caro recens lota est. Non inquam autem is a summis fauibus fertur, modo exulcerata ea parte, modo non exulcerata, sed aut ore vene alicuius adaperto, aut tuberculis quibusdam natis, ex his sanguine erumpente. Quod ubi incidit, neque ledit potio aut cibus, neq; quicquam aut ex ulcere excreatur. Aliquando gutture ex arterijs exulceratis, frequens tussis sanguinem quoque extundit. In seculum etiam fieri solet, ut aut ex pulmone, aut ex

ex pectore , aut ex latere , aut iocinore feretur.
 Sepe feminæ, quibus sanguis per menstrua non
 respondet, hunc expiunt , autoresq; medici fue-
 runt , vel ex esa parte aliqua sanguinem exire,
 vel erupta, vel ore alicuius vene patefacto. Pri-
 man αἱρεψιν, secundam ἡγυρόχασμαν, ter-
 tiam οὐατομωσιν appellant. Ultima minime no-
 cet, prima grauissimè. Ac sepe quidem euenit,
 ut sanguinem pus sequatur : interdum autem
 qui sanguinem ipsum suppressit, satis ad valetu-
 dinem profuit. Sed si secuta ulcerasint, si pus,
 si tussum est, prout sedes ipsa est, ita varia et pe-
 riculosa genera morborum sunt. Si vero sanguis
 tantum fluit, expeditius et remedium et finis
 est. Neq; ignorari oportet, eis quibus fluere san-
 guis solet, aut quibus spina dolet, coxae'ue, aut
 post cursum vehementer vel ambulationem,
 dum febris absit, non esse inutile sanguinis me-
 diocre profluum, idq; per urinam redditum,
 ipsam quoque lassitudinem soluere. Ac ne m eo
 quidem terribile esse, qui ex superiore loco deci-
 dit : si tamen in eius urina nihil nouabit. Neq;
 vomitum huius afferre periculum, etiam cum re-
 petit, si ante confirmare et implere corpus li-
 cuit : et ex toto nullum nocere, qui in corpore
 robusto, neque nimius est, neque tusum aut ca-
 lorem mouet. Hec pertinent ad uniuersum. Nunc
 ad ea loca quæ proposui veniam. Si ex gingi-
 uis exit, portulacam manducasse satis est : si ex
 ore, continuisse eo merum vitium : si id parum

n 4 profic

proficit, acetum: si inter hæc quoque grauiter erumpit (quia consumere hominem potest) commodissimum est, impetum eius admota occipitio cucurbitula, sic ut cutis quoque incidatur, auertere. Si id nulieri, cui menstrua non feruntur, euenit, eandem cucurbitulam incisis inguinibus eius admouere. At si ex faucibus, interioribus ue partibus processit, et metus maior est, et cura maior adhibenda: sanguis mitendus est, et si nihilominus ex ore processit, iterum tertioq; et quotidie paulum aliquid, protinus autem debet sorbere vel acetum, vel etiam cum thure plantaginis aut porri succum, imponendaq; extrinsecus supra id quod dolet lana succida ex aceto est, et id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque et femora, brachiaq; pluribus locis deligabat. Id Asclepiades adeo non prodesse, ut etiam inimicum esset, proposuit. Sed id sepe commode respondere experimenta testantur. Neque tam pluribus locis diligari necesse est, sed sat est infra inguina et super talos, summosq; humeros, etiam brachia. Tum si febris urget, danda est sorbitio, et potui aqua, in qua aliquid ex his quæ alium astrinxunt, decoctum sit: ac si abest febris, vel elota alica, vel panis ex aqua frigida, et molle quoque ouum dari potest potui vel idem quod supra scriptum est, vel vinum dulce, vel aqua frigida, sed sic bibendum erit, ut sciamus huic morbo sitim prodesse: præter hæc necessar

necessaria sunt quies, securitas, silentium. Caput huius quoque cubantis sublime esse debet, recteque tondetur. Facies sepe aqua frigida fouenda est. At inimica sunt vinum, balneum, venus, in cibo oleum, acriora omnia, item calida fomenta, conclaue calidum et inclusum, multa vestimenta corpori imiecta, etiam fricationes, ubi bene etiam sanguis conqueuit. Tum vero incipiendum est a brachijs, cruribusque, a thorace abstinentium. In hoc casu per hysmem locis maritimis, per aestatem mediterraneis opus est.

De stomachi morbis, & curationibus.

C A P . V.

Faucibus subest stomachus, in quo plura longa vitia incidere consuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc, modo inflammatio, modo exulceratio afficit. Interdum pituita, interdum bilis oritur, frequentissimumque est eius malum, quo resolutur, neque nulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit. Ut diuersa autem vitiae eius, sic etiam remedia sunt. Vbi ex aestuat, aceto cum rosa extrinsecus subinde funderus est, imponendusque puluis cum oleo, et ea cataplasma, que simul et reprimunt, et molliunt. Potui (nisi quid obstat) gelida aqua prestanda. Si inflatio est, profundit admota curbitulae: neque incidere cutem necesse est: profundit sicca et calida fomenta, sed non vehementissima. Interponenda abstinentia est. Utiles in ieiuno potio est absinthij aut hyssopi aut ruta.

n 5 Exere

Exercitatio primò lenis, deinde maior adlibenda est, maximeq; quæ superiores partes moueat. Quod genus in omnibus stomachi vitijs aptissimum est. Post exercitationem opus est vniectio-ne, frictione, balneo quoque nonnunquam, sed rarius, interdum alii ductione. Cibis deinde calidis, neque inflantibus, eodemq; modo calidis potionibus, primò aquæ, post, ubi resedit inflatio, vini austeri. Illud quoque in omnibus stomachi vitijs præcipiendum est, ut quo modo se quisque ager refecerit, eo ut sanus utatur. Nam redit huic imbecillitas sua, nisi ipsam defendatur bona valetudo, quibus reddit a est. At si inflammatio aliqua est, quam ferè tumor & dolor sequitur, prima sunt quies & abstinentia, lana sulphurata circundata, in ieiuno absynthium. Si ardor stomachum vrget, aceto cum rosa subinde fouendus est, deinde cibis quidem vtendum est modicis. Imponenda verò extrinsecus quæ simul & reprimunt & molliunt: deinde his detraetis, vtendum calidis ex farina cataplasmas, quæ reliquias digerant. Interdum aliuis ducenda. Adhibenda exercitatio, & cibus plenior. At si exulceratio stomachum infestat, eadem ferè facienda sunt, quæ in fauibus exulceratis præcepta sunt. Exercitatio, frictio inferiorum partium adhibenda. Adhibendi leues & glutinosi cibi, sed citra satietatem. Omnia acria atque acida remouenda. Vino, si febris non est, dulci: aut si id inflat, certe leni vtendum, sed neq; præfrig

præfrigido, neque nimis calido. Si verò pituita
 stomachus impletur, necessarius modò in ieunio,
 modò post cibum vomitus est. Utiles exercitatio,
 gestatio, nauigatio, frictio. Nihil edendum, bi-
 bendumq; nisi calidum, vitatis tantum his, qua
 pituitam contrahere consuerunt. Moléstius est,
 si stomachus bile vitiosus est. Solent autem h̄i,
 qui sic tentantur, interpositis quibusdam diebus
 hanc (et quidem quod pessimum est) atram vo-
 mere. His reclè aliis dicitur, potiones ex ab-
 synthio dantur: necessaria gestatio, nauigatio,
 & (si fieri potest) ex nausea vomitus, vi-
 tanda crudit̄as, sumendi cibi faciles & stoma-
 cho non alieni, vinum austерum. Vulgarissimum
 verò pessimumq; stomachi vitium est resolutio,
 id est cum cibi non tenax est, soletq; desinere ali
 corpus, ac sic tabe consumi. Huic generi iniuti-
 lissimum balneum est. Lectioes exercitatio-
 nesq; superioris partis necessarie. Item vni-
 ciones, frictioesq; hinc perfundi frigida, atque in
 eadem natura, canalibus eiusdem subycere etiam
 stomachum ipsum, & magis etiam à scapulis, *symbrui
 id quod contra stomachum est. Consistere in fri-
 gidis, medicatisq; fontibus, quales cutiliarum
 *subcutiliarumq; sunt, salutare est. Cibi quoque
 assumendi sunt frigidū, qui potius difficulter
 coquuntur, quam facile vitiantur. Ergo ple-
 rique, qui nihil aliud concoquere possunt, bubu-
 lan coquunt. Ex quo colligi potest, neque auem,
 neq; venationem, neque pisces dari debere, ni-
 si gen

*symbrui
 narumq;
 De aquis
 cutilijs, Pla
 nius lib
 cap. 95.
 lib. 31. ca
 & 6. de
 dem &
 truci
 s. cap.

si generis durioris. Potui quidem aptissimum est
 vinum frigidum, vel certè bene calidum mera-
 cum, potissimum rheticum, vel allobrogicum,
 aliud' ue, quod & austерum & resina conditum
 est: si id non est, quam aspergium, maximeq;
 signinum. Si cibus non continetur, danda aqua,
 & eliciendus plenior vomitus est, iterumq;
 dandus cibus, & tum admouenda duobus in-
 tra stomachum digitis cucurbitulae, ibi q; duabus
 aut tribus horis continenda sunt. Si simul &
 vomitus & dolor est, imponenda supra stoma-
 chum est lana succida, vel spongia ex aceto, vel
 cataplasma, quod refrigeret. Perfricanda verò
 non diu, sed vehementer brachia, & crura, &
 calefacienda. Si plus doloris est, infra praecor-
 dia quatuor digitis cucurbitula vtendum est,
 protinus dandus panis ex posca frigida. Si non
 continuat, post vomitum lene aliquid ex his,
 que non aliena stomacho sint. Si ne id quidē te-
 nuit, singuli cyathii vini singulis interpositis ho-
 ris, donec stomachus consistat. Valens etiam me-
 dicamentum est radiculae succus, valentius aci-
 di punici mali, cum pari modo succi, qui ex dul-
 ci punico malo est, adiecto etiam intubi succo &
 menta, sed huius minima parte, quibus tantum-
 dem, quantum in his omnibus est, aquæ frigidae
 quam optime miscetur. Id enim plus quam vi-
 num ad comprehendendum stomachum potest, sup-
 primendus autem vomitus est, qui per se venit,
 sic, si nausea est. Sed si coacuit intus cibus, aut
 comp

computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, eviciendus est, protinusque cibis assumptis ipsisdem quos proxime posui, stomachus restituendus. Vbi sublatu*s* est praesens metus, ad ea redeundum est, que supra praecepta sunt.

De laterum doloribus.

C A P. VI.

STomachus lateribus cingitur, atque in his quoque vehementes dolores esse consuerunt, et initio vel ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio cursu, vel ex morbo est. Sed interdum id malum intra dolorem est, isque modò tardè, modò celeriter soluitur: interdum ad perniciē quoque procedit, oriturque acutus morbus, qui pleuriticus à Gracis nominatur. Hunc dolori lateris febris, cutis accedit, et per hanc excreatur: si tolerabilis morbus est, pituita si grauis, sanguis. Interdum etiam siccatus est, que nihil emollitur. Idque primo vitio grauius, secundo tolerabilius est. Remedium verò est magni et recentis doloris, sanguis missus. At siue lenior, siue vetustior cassus est, vel superuacuum, vel serum id auxilium est, configendumque ad cucurbitul. est, ante summa cute incisa. Recte etiam sinapi ex acetato super pectus imponitur, donec ulcera pustu-lasque excitet, et tum medicamentum, quod humorem illuc citet. Prater haec circundare primum oportet latus ipsum lana sulphurata: deinde cum paulum, inflammatio se remisit, siccis et calidis fomentis vti. Ab his transitus ad mala-gmata est. Si vetustior dolor remanet, nonissimè resina

resina imposita discutitur. Utendum cibis, potiō-
nibusq; calidis, vitandū frigus. Inter hæc tamen
non alienum, & extremas partes oleo & sul-
phure perfricare. Si leuata tussis est, leni lectio-
ne riti, iamq; & acres cibos, & vinum meracius
assumere. Quæ à medicis præcipiuntur, ut tamē
sine his, rusticos nostros epota ex aqua herba tri-
xago satis adiunget. Hec in omni lateris dolore
communia sunt, plue negotiū est, si acutus quo-
que morbus is factus est. In hoc præter ea que
suprà posita sunt, hæc animaduertenda sunt, ut
cibus sit quam maxime tenuis & lenis, præci-
pueq; sorbitio, eaq; ex ptisanæ potissimum, aut
ius in quo porrus cum pullo gallinaceo coctus
sit. Idq; non nisi tertio quoq; die detur, si tamen
per vires licebit: potio vero aqua mulsa, in qua
hyssopum aut ruta decocta sit. Quæ quibus tem-
poribus danda sunt, ex ratione vel adiectæ, vel
leuata febris apparebit, sic, ut in remissione
quam maxima dent, cum eo tamen, ut sciamus
non esse eius generis tussi aridas fauces commi-
tendas. Sæpe enim, ubi nihil est quod excrea-
tur, cōtinuatur, & strangulat. Ob quam cauſam
dixi etiam peius id genus esse tussis, quod nihil,
quam quod pituitam moueret. Sed hic vinum
sorbore, ut suprà præcepimus, morbus ipse non
patitur, in vicem eius tremor ptisanæ sumendus
est. Ut his autē in ipso morbi feroce sustinendus
äger est, sic ubi paulū is se remisit, alimenta ple-
niora & vini quoq; aliquid dari potest, dum
nihil

nil detur, quod aut refrigeret corpus, aut fauces asperet. Si in refecione quoq; manferit tussis, intermittere oportebit vno die, posteroq;, cum cibo vni paulo plus assumere. Atque incipiente quoq; tussi, tum non erit alienum (ut supra quoq; positum est) vni cyathos sorbere. Sed in hoc genere valetudinis dulce, vel certè lene commodius est. Si malum inueterauit, athletico vietu corpus firmandum est.

De viscerum morbis, & primo de Palmone,
deinde de Tocinore, tum de Liene, postremo de Renibus.

C A P . V I L

A Compagine verò corporis ad viscera trāfendum est, & in primis ad pulmonem veniendum, ex quo vehemens & acutus morsus oritur, quem peripneumonicon Graci vocant. Eius hæc conditio est. Pulmo totus afficitur, hunc eius casum subsequetur tussis, bilem vel pus trahens, precordiorum, totiusq; pectoris grauitas, spiritus difficultas, magna febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet. Oportet, si satis valide vires sunt, sanguinem mittere: si minores, cucurbitulas sine ferro praecordijs admonere. Tum si satis valet, gestando egrum, digerere: si parum, intra domum tamen dimouere. Potionem autem hyssopi dare, cui ficus arida sit incocta, aut aquam mulsam in qua vel hyssopum vel ruta decoctas in punctione uti dimitissime in scapulis, proxime. Fr.

in brachij, & pedibus, & erubibus, leuiter contra pulmonem, idq; bis quotidie facere. Quod ad cibū vero pertinet, huic nec salis opus est, neq; acribus, neq; amaris, neq; alium astringentibus, sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisane, vel alicae, vel oryzæ, cum qua recens adeps cocta sit. Cum hac sorbile oum, nuclei pinei ex melle, panis, vel elota alia-

Aqua mul-
sa.
sa, ex aqua mulsa: potui deinde non solum pura aqua, sed etiam mulsa egelida: aut si est, etiam frigida, nisi quid obstat. Hac autem altero quoq; die incremente morbo dare satis est. Vbi in incremento constitit, quantum res patitur, ab omnibus abstinentium est, praeterquam aqua egelida. Si vires defunt, adiuuandæ sunt aqua mulsa, pro sunt q; aduersus dolores imposita calida fomenta, vel que simul & reprimunt & emolliunt. Prodest impositus super pectus sal bene contritus, cum cerato mistus, quia leuiter cutem erodit, eoq; impetum materiae, quo pulmo vexatur, euocat. Utile etiam aliquod malagma est ex his que materiam trahunt. Neque alienum est dum premit morbus, clausis fenestrīs aegrum contine. Vbi paulum leuat us est, ter aut quater die, fenestrīs aliquanto apertis, paruum aerem recipere. Deinde in refectione pluribus diebus à vino abstinenre, gestatione, frictioe vti, metricu-
lotionibus, & prioribus cibis adiucere, ex lorū: uel, foras porrum, ex carne vnguis, & sum-
cyrunc-
num, māt, olerib[us] runculorum, atque pisiculos, sic, ut diu nil

nihil molle & lene sumatur.

De iocinoris morbo, & curatione. C A P . V I I I .

Alterius quoq; visceris morbus, id est, iocinoris & què modo longus, modo acutus esse consuevit, ἡπατίνη Græci vocat. Dextra parte sub præcordijs vehemens dolor est, idemq; ad latum dextrum, et ad iugulum, humerumq; partis eiusdem peruenit, non unquam manus quoq; dextra torquetur, horror calidus est. Vbi male est, bilis euomit, interdū singultus propè stranguat. Et hæc quidem acuti morbi signa sunt: longioris verò, vbi suppuratio in iocinore est, dolorq; modo finitur, modo intenditur: dextra parte præcordia dura sunt, & tument, post cibum maior difficultas est, accedit maxillarum quedam resolutio, vbi inueteravit malum, venter & crura pedesq; intumescent, peclius atque humeri, circaq; iugulum vtrunque extenuatur. Initio sanguinem mittere optimum est, tum venter soluendus est: si non potest aliter, per nigrum veratrum imponenda extrinsecus cataplasma- ta, primum que reprimant, deinde calida que deducant, quibus rectè iris vel absynthium adiicitur, post hæc malagma. Dandæ verò sorbitio- nes sunt, omnesq; cibi & calidi, & qui non multum alant, & ferè qui pulmonis quoque do- lori conueniunt, præterq; eos qui urinam mouent, potionesq; ad id efficaces. Utilia in hoc morbo sunt thymum, satureia, hyssopum, nepeta, amyllum, sisamum, lauri bacca, pini flos, herba sanguin

sanguinalis, menta, ex malo cotoneo medium, columba iecur recens & crudum. Ex quibus quedam per se esse, quædam adiçere vel sorbitio, vel potionis licet, sic tamen ut parcer assūnantur. Neq; alienum est absynthium cōtritum ex melle, & pipere, eiusq; catapotum quotidie deuorare: abstinentia utiq; est ab omnibus frigidis: neq; enim res villa magis iecur lēdit. Frictionibus utendum in extremis partibus, vitandus omnis labor, omnis vehementior motus, ne spiritus quidem diutius continendus est. Ira, trepidatio, pondus, iētus, cursus, inimica sunt. Persus corporis multa prodest ex aqua: si hyems est, calida: si astas, tepida. Item liberalis vñctio, & in balneo sudor. Si uero iecur uomicalaborat, eadem facienda sunt, que in ceteris interioribus suppurationibus. Quidam etiam contra id scalpello aperunt, ipsam uomicalam adurunt.

De lienis morbo, & curatione. C A P. IX.

AT lienis ubi affectus est, intumescit, simulq; cum eo pars sinistra, eaq; dura est, & prementi remittitur, uenter intentus est, aliquis etiam cruribus est tumor. Ulcera aut omnino non sanescunt, aut certe cicatricem uix recipiunt. In intenta ambulatione, cursuq; dolor, & quedam difficultas est. Hoc uitium quies agit. Itaque exercitatione & labore opus est, habita tamen ratione, ne febre mista, si nimium processerit, excitetur. Vnctiones, frictionesq; & sudores necessarij sunt. Dulcia omnia inimica sunt.

sunt. Item lac & caseus. Acida autem maxime
conueniunt. Ergo acetum acre per se sorbere, &
magis etiam, quod scilla conditum est, expedit.
Edenda sunt salsamenta: uel olea ex miria dura
tinctoria in aceto laetucæ, intubiq; & betæ ex eo-
dem, ex sinapi asparagus, armoracia, pastina-
ca, unguæ, rostra, aues macroc, eiusdem generis
uenatio. Potui uero iejuno dari debet absynthiis
incocatum, at post cibum aqua à ferrario fabro,
in qua candens ferrum subinde tintillum sit.
Hac enim uel præcipue lienem coeret: quod
animaduersum est in his animalibus, quæ apud
hos fabros educata, exiguo lienes habent. Po-
test etiam dari uinum tenuë, austerum, omniaq;
in cibis & potionibus quibus urine mouendæ
sunt, præcipueq; ad id ualeat, uel trifolia semen,
uel cuminii, uel apium, uel serpillum, uel cythisus
uel portulaca, uel nepeta, uel thymum, uel hys-
sopum, uel satureia. Hac enim inde commodis-
simè uidentur humorem deducere. Lienis quo-
que bubulus utiliter esui datur: præcipueq; eris-
ca & nasturtium lienem extensant. Imponenda
quoq; extrinsecus sunt, que leuet. Fit ex unguen-
to & palmulis, quod μυροβάλανος Græci no-
cant. Fit ex lini & nasturtij semine, quo uinum
& oleum adiicitur. Fit ex cupresso uiridi, &
arida fico. Fit ex sinapi, cui seu hircini à reni-
bus quarta pars ponderis adiicitur, teriturq; in
sale, et protinus imponitur. Multisq; modis huic
rei cappari aptum est. Nam & ipsum cum ci-

bo assumere, & muriam eius cum aceto sorbere commodum est. Quin etiam extrinsecus radicem contritam, vel corticem eius cum furfuribus, aut ipsum cappari cum melle contritum imponere expedit. Malagmata quoque huic res aptantur.

De renum morbis, & curationibus. C A P. X.

AT renes rbi affecti sunt, diu male habent. Peius est, si freques biliosus vomitus accedit. Oportet conquiescere, cubare molliter, soluere alium. Si aliter non respondet, etiam ducere: saepe desidere in aqua calida, neq; cibum, neque potionem frigidam assumere, abstinere ab omnibus salsis, acribus, acidis pomis, bibere liberaliter, adiucere modò cibo, modò potioni piper, porrum, ferulam, album papaver. Quae maxime inde urinam mouere consuerunt. Auxilio quoque his exulceratis sunt, si adhuc ulcera purganda sunt, cucumeris semina detraictis corticibus sexaginta, nuclei ex pinu sylvestri duodecim, anisi, quod tribus digitis sumi possit, croci paulum, contrita, & in duas mulsi potionis diuisa. Si vero dolor tantum leuandas est, eiusdem cucumeris semina triginta, idem nuclei viginti, nuces Grece quinque, croci paululum, contrita & cum la-

* at super Ele potui data, * ac insuper quoq; recte quedam malagmata iniiciuntur, maximeq; ea, que humori extraehendo sunt.

De intestinorum morbis, & primo de Cholera.

C A P. XI.

Avisc

AVisceribus ad intestina veniendum est,
que sunt ex acutis, et longis morbis obno-
xia. Primo aequè facienda mentio est choleræ,
quia commune id stomachi, atque intestinorum vi-
tium videri potest. Nam simul et deiectione, et
vomitus est, præterque hæc inflatio est, intestina
torquentur, bilis supra infraque erumpit, primum
aque similis, deinde ut in ea recens caro lota
esse videatur, interdum alba, nonnunquam nigra,
vel varia. Ergo eo nomine morbum hunc Χολέ-
γαιη Græci nominarunt. Præter et vero que su-
pra comprehensa sunt, sepe etiam crura manusque
contrahuntur, urget siccus, anima deficit: quibus
concurrentibus non mirum est, si subito quis mo-
ritur. Neque tamen illi morbo minori momento
succurritur. Protinus ergo ubi ista cœperunt,
aque tepide quam plurimum bibere oportet, et
vomere. Vix rurquam sine vomitu sequitur, sed
etiam si non incidit, miscuisse et amen nouam ma-
teriam corrupta prodest, parsque sanitatis est vo-
mitum esse suppressum: si id incidit, protinus ab
omni potionе abstinentia est. Si vero tormina
sunt, oportet frigidis, et humidis fomentis stomacum
elum fouere: sed si venter dolet, iisdem egelidis,
sic ut venter ipse mediocriter calentibus iuu-
etur. Quod si vehementer et vomitus, et deie-
ctione, et suis vexant, et adhuc subcruda sunt
que vomuntur, nondum rino maturum tem-
pus est, aqua, neque ea ipsa frigida, sed potius
egelida danda est, admouendumque naribus est

o 3 puleg

pulegium ex aceto, vel polenta vino assersa, vel
menta, si nondum matura est. At cum discussa
cruditas est, tum magis verendum est, ne ani-
ma deficiat. Ergo tum configiendum est ad vi-
num. Id esse oportet tenue, odoratum, cum aqua
frigida mixtum, vel polenta adiecta, vel mel-
le quoque assumere expedit, quotiesq; aliquid
aut stomachus, aut venter effudit, toties per hæc
vires restituere. Erasistratus primo tribus vi-
ni guttis, aut quinis aspergendarum potionem
esse dixit, deinde paulatim merum adiicien-
dum. Is si & ab initio vinum dedit, & me-
tum cruditati secutus est, non sine causa fe-
cit. Si vehementer infirmitatem adiuvari pos-
se tribus guttis putauit, errauit. At si manus est
homo, & crura eius contrahuntur, interpo-
nenda potio absynthij est. Si extremae partes
corporis frigent, vngendæ sunt calido-oleo, cui
ceræ paulum sit adiectum, calidisq; fomentis
nutriendæ. Si ne sub his quidem quies facta est,
extrinsecus contra ventriculum ipsum cucur-
bitula admouenda est, aut smapi super impo-
nendum. Vbi his constitit, dormire oportet, po-
stero die utique à potionē abstinere, die tertio
in balneum ire, paulatim se cibo reficere: somno,
quisquis facile acquiescit, itemq; latitudine,
& frigore. Si post suppressam cholera manet, alium duci necessarium est,
tum cibis, vinoq; utendum est, sed hic quidem
morbus & acutus est, & inter intestina, stoma-
chumq;

chumq; versatur, sic ut cuius potissimum partis sit, non facile dici possit.

De Cœliaco ventriculi morbo. CAP. XII.

IN ipsius verò ventriculi porta consistit is, qui et longus esse consuevit, nominans à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolorq; eius est. Alius nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur. Comodissimum est inter initia calida cataplasma toto ventri imponere, ut dolorem leniant, post cibum vomere, atq; ita ventrē exinanire. Proximis deinde diebus circubitus sine ferro ventri, et coxis admouere. Ventrem ipsum lique dato lacte, et vino salso frigido. Si tēpus anni patitur, etiam viridibus fucus, sic tamen, ne quis aut cibus aut humor vniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla temporis sat est cyathos binos ternos' ve sumere, et cibum pro portione huius: commodeq; facit cyatho lactiscyathus aquæ mistus, et sic datus. Cibiq; inflantes, et acres utiliores sunt, adeo ut lacti quoq; reclè contritum allium adiiciatur. Procedente verò tempore opus est gestari, maximeq; nauigare, perfricari ter aut quater die, sicut nitrum oleo misceatur, perfundi aqua calida post cibum, deinde sinapi imponere per omnia membra, excepto capite, donec arrodatur et rubeat, maximeq; si corpus durum et virile est, paulatim deinde faciendum est transitus ad ea, quæ ventrem comprimunt.

Assa caro danda, valens et que non facile corruptatur: potui vero pluvialis aqua decocta, sed que per binos ternos' ve cyathos bibatur. Si vetus vitium est, oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem deuorare, altero quoque die vinum, vel aquam bibere, interdum interposito cibo singulos vini cyathos sorbere, ex inferiori parte infundere pluvialem egelidam aquam, maximeque si dolor in imis partibus remanet.

De tenuioris intestini morbo. CAP. XIII.

Intra ipsa vero intestina consistunt duo morbi, quorum alter in tenuiore, alter in pleniore intestino est. Prior acutus est. In sequens esse longus potest. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χόρδαφος, plenioris εἰλέον nominavit. A plerisque video nunc illum priorem εἰλέον, hunc κόρδεον nominari. Sed prior modo supra umbilicum, modo sub umbilico dolorem mouet. Fit ex alterutro loco inflammatio, nec aliud, nec spiritus infra transmittitur. Si superior pars affecta est, cibus: si inferior, sterlus per os redditur: si utrumlibet vetus est, adjicitur periculo vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger. Remedium est sanguinem mittere, vel curbitulas pluribus locis admouere, non ubique cuncte incisa. Id enim duobus aut tribus locis satis est. Ex ceteris spiritu euocare, abunde est. Tum animaduertere oportet, quo loco malum sit. Solet enim contra id tumere. Et si supra umbilicum est, alii ductio utilis non est. Si infra est, aluum ducere

ducere (ut Erasistrato placuit) optimum est, & sepe id auxiliū satis est. Dicitur autem percolato ptisanæ cremore cum oleo & melle, sic ut præter ea nihil adiiciatur. Si nihil tumet, duas manus imponere oportet, supra summum ventrem, paulatimq; deducere. Inuenietur enim malus locus qui necesse est renitatur, & ex eodem deliberari poterit, ducenda nec' ne aliud sit. Illa communia sunt, calida cataplasma admouere, eaq; imponere à mammis usq; ad inguina, & spinam, ac sepe mutare brachia, eruraq; perficare, demittere totum hominem in calidum oleum. Si dolor non quiescit, etiam in aliud ex parte inferiore tres, aut quatuor cyathos calidi olei dare. Vbi per hæc consecuti sumus, ut iam ex inferiore parte spiritus transmittatur, offerre potui mulsum tepidum non multum. Nam antè magna cura vitandum est, ne quid bibat. Si id commode cessit, adiicere sorbitonem. Vbi dolor & febricula quierunt, tum demum uti cibo pleniore, sed neq; inflante, neq; duro, neq; valido, ne intestina adiuv imbecilla ledantur, potui vero nihil præterquam puram aquam. Nam siue quid vimolentum, siue acidum est, id huic morbo alienum est. Ac postea quoq; ritare oportet balneum, ambulationem, gestationem, cæterosq; corporis motus. Nam facile id malum redire consuevit, & siue cum frigus subit, siue aliqua iactatio, nisi bene iam confirmatis intestinis, reuertitur.

• 5 De

De morbo intestini plenioris. CAP. XIII.

IS autem morbus, qui in intestino pleniore est, in ea maxime parte est, quam cæcam esse proposui. Vehemens inflatio, vehementes dolores dextra magis parte, intestinum quod verti videtur, propè spiritum elidit. In plerisq; post frigora, cruditatesq; oritur, deinde quiescit, & per statim saepe repetens, sic cruciat, ut vita spatio nihil demat. Vbi is dolor cœpit, admoveare sicca & calida fomenta oportet, sed primo lenta, deinde validiora, simulq; frictiones, ad extremae partes, id est, crura, brachiaq; materiam reuocare. Si discussum non est, qua dolet, cucurbitulas sine ferro desigere. Est etiam medicamentum eius rei causa comparatum, quod no[n]inō nominatur. Id se reperiisse Cassius gloriabatur. Magis prodest potui datum, sed impositum quoq; extrinsecus, digerendo spiritum, dolorem leuat. Nisi finito vero tormento, recte neq; cibus neq; potio assumitur. Quo victimis utendum, qui hoc genere tentantur, iam mili diictum est. Confectio medicamenti, quod no[n]inō nominatur, ex his constat: Coſti, anesi, caſtorei, singulorum P. denariorum III. *. petroselini P. denario III. piperis longi, & rotundi, singulorum P. *. II. papaveris lacrymæ, iunci rotundi, myrræ, naradi, singulorum P. VI. *. que melle excipiuntur, id autem & denorari potest, & ex aqua calida sumi.

De

De Torminibus, id est, δυστρεψα. CAP. XV.

Proxima his inter intestinorum mala, tormina esse consueuerunt, δυσενέψια Graece vocatur, intus intestina exulcerantur. Ex his crux manat. Isq; modò cū stercore aliquo semper liquido, modò cum quibusdam quasi mucosis excernitur, interdum simul quedam carnosa descendunt. Frequens deūciendi cupiditas, dolorq; in ano est. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur. Atq; eo quoq; tormentum intensitatur. Idq; post tēpus aliquod levatur, exiguaq; requies est, somnus interpellatur, febricula oritur, longoq; tempore id malum cum inueterauerit, aut tollit hominem, aut etiam (si finitur) excruciat. Oportet in primis cō quiescere. Si quidem omnis agitatio exulcerat, deinde ieunum sorbere vini cyathum, cui contrita radix quinquefolia sit adiecta, imponere cataplasma super ventrem, que reprimunt, quod in superioribus ventris morbis nō expedit, quotiesq; desidit, subluerre aqua calida, in qua decoctae verbena sint, portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse, cibos, potionessq; eas, quae astringunt aluan. Si vetustior morbus est, ex inferioribus partibus tepidum infundere, vel ptisanae cremorem, vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam ceruinam, vel oleum, vel cum rosa butyrum, vel cum eadem album crudū ex ouis, vel aquam, in qua luni semen decoctum sit: vel si somnus non accedit, vitellos cum aqua, in qua rosa floris folia cocta

cocta sint. Levant enim dolorem hæc, & mitio-
ra ulcera efficiunt, maximeq; utilia sunt si cibi
quoq; secutum fastidium est. Themison muria
dura quam asperrima sic utendum memoria
prodidit. Cibi vero esse debent, qui leniter ven-
trem distingant, & ea quæ vrinam moueant.
Si ea consecuta sunt, in aliam partem humorum
auertendo, profunduntur: si non sunt consecuta, noxam
augent. Itaq; nisi in quibus promptè id facere
confuerunt, non sunt adlibenda. Potui si febri-
cula est, aqua pura calida, vel ea quæ ipsa quoq;
astringat, dari debet: si non est, vinum lene, au-
sterum. Si pluribus diebus nihil remedia alia
iuuerunt, vetusq; iam vitium est, aquæ bene fri-
gidæ potio assumpta ulcera astringit, & initio
secundæ valetudinis facit. Sed ubi venter sup-
pressus est, protinus ad calidâ potionem reuertendū est. Solet autem interdum etiam putris
faniess pessimiq; odoris descendere, solet purus
sanguis profluere. Si superius vitium est, aliud
aqua mulsa duci debet, tunc deinde eodem in-
fundī, quæ supra comprehensa sunt. Valensq; est
etiam aduersus ulcera intestinorum minij gle-
ba, cum salis hemina contrita. Si minus, mihi
bis aqua in alium datur. Ac si sanguis profluit,
cibi potionēs q; esse debent, quæ astringant.

De lauitate intestinorum. CAP. XVI.

EX torminibus interdum intestinorum la-
uitas oritur, quæ continere nihil possunt, et
quicquid assumptum est, imperfectum protinus
reddunt.

reddunt. Id interdum ægros trahit, interdum præcipitat. In hoc utiq; adhibere oportet comprimentia, quò facilius tenendi aliquid intestini vis sit. Ergo & super pectus ponetur simapi, exulcerataq; cute, malagma, quod humorē euocet, & ex verbenis decoctis aqua desidat, & Defidat,
eibos, potionēsq; assumat, que aluum astringunt, subaudi x-
& frigidis utetur perfusionibus. Oportet tamen ger: sic in-
prospicere, ne simul his omnibus admotis vitium proxi-
frā cap.
contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari intestina debebunt, ali-
quibus quotidie adiectionis. Et cum in omni fluore
ventris, tum in hoc præcipue necessarium est, non
quoties libet desidere, sed quoties necesse est, ut
hac ipsa mora in consuetudinem ferendi oneris
intestina deducat. Alterum quoq; quod æquè
ad omnes similes affectus pertinet, in hoc ma-
xime seruandum est, ut cum pleraq; utilia in-
fusaria sint, qualis est plantago, & rubi, et quic-
quid mali corio mistum est, ea potissimum ex his
dentur, quæ maxime æger volet. Deinde si em-
nia ista fastidiet, ad excitandam cibi cupiditi-
atem interponatur aliquid minus utile, sed ma-
gis gratum. Exercitationes, frictiones huic quoq;
morbo necessarie sunt, & cum his sol, ignis, bal-
neum, vomitus (ut Hippocrati vixum est) etiam
albo veratro (si catera parum proficient) euoc-
catus.

De Lumbricis aluum occupantibus.

C A P. XVII.

Nonnum

Nonnumquam autem Lumbrici quoq; oculi
cupant alium, hiq; modo ex inferioribus
partibus, modo fædius ore redunduntur. Atq; interdum latos eos, qui peiores sunt, interdum te-
retes videmus. Si lati sunt, aqua potui dari de-
bet, in qua lupinum aut cortex mori decoctus
sit, aut cui adiectum sit, contritum vel hyssopum,
vel piperis acetabulum, vel scanone & paulum.
Veletiam pridie cum multum allium ederit, vo-
mat. Posteroq; die mali punici tenues radiculas
colligat, quantum manus comprehendet, easq;
contusas in aqua tribus sextarijs decoquat, do-
nec tertia pars supersit. Huc adiijciat nitri paus-
lum, & iejunus bibat. Interpositis deinde tribus
horis, duas potiones sumat, aut aqua, vel muriæ
dura sic adiecta, tum desidat subiecta calida a-
qua in pelue. Si vero teretes sunt, qui pueros ma-
xime exercent, & eadem dari possunt, & que-
dam leuiora, ut contritum semen vrtice, aut
brassicae, aut cuminis cum aqua, vel menta cum
eadem, vel absynthium decoctum, vel hyssopum
ex aqua mulsa, vel musturi semen cum aceto
contritum. Edisse etiam & lupinum, & allium
in aliis prodest, vel maluæ oleum subter dedisse.

De taurisq; intestinorum morbo.

CAP. XVIII.

Est autem aliud leuius omnibus proximus,
de quibus supra dictum est, quod trivisq; morbo
Græci vocant, id neq; acutis, neq; longis morbis
annumerari debet, cum & fac. tollatur, neq;
rurquam

vnquam per se iugulet, in hoc æquè atq; in terminibus frequens desidendi cupiditas est, aquæ dolor vbi aliquid excernitur. Descendunt autem pituitæ, mucisq; similia, interdum etiam leuiter subcruenta: sed his interponuntur non min quam ex cibo quoq; recte coacta: desidere oportet in aqua calida, sèpiusq; ipsum manu nutritre, cui plus ra medicamenta idonea sunt, butyrum cum rosa, acacia ax aceto liquata, emplastrum id, quod τετραφαέρμονος Græci vocant, rosa liquatum, alumen lana circundatum, & ita appositum, eademq; ex inferiore parte indita, que torminum auxilia sunt, eadem verbene decoctæ, ut inferiores partes foueantur, alternis verò diebus aqua, alternis leue & austèrum vinum bibendum est. Potio esse debet egredida & frigida: propria ratio rictus talis, qualem in tormina suprà præcepimus.

De ventris fluxu, & curatione. C A P. X I X.

Leuior etiam dñ recens deieclio est, vbi & liquida aluus, & sèpius quām ex consuetudine fertur: atque interdum tolerabilis dolor est, interdum grauiissimus, idq; peius est: sed uno die fluere aluum sèpe pro valetudine est, atque etiam pluribus, dum febris absit, & intra septimum diem id conquisescat. Purgatur enim corpus, et quod intus lajurum erat, vtiliter effunditur, verum spatiū periculosum est. Interdum enim tormina, ac febriculas excitat, viresq; consumit: primo die quiescere satis est, neq; impetu

impetum ventris prohibere: si per se desit, balneum vti, paulum cibi capere: si mansit, abstinere non solum à cibo, sed etiam à potionē. Postero die si nihilominus liquida aliis est, & quē conquiescere, paulum astringentis cibi sumere, tertio die in balneum ire, vehementer omnia præter ventrem perfricare, ad ignem lumbos, scapulas' que admouere, cibis vti, sed ventrem contrahentibus, vino non multum meraco. Si postero quoque die fluet, plus edisse, sed vomere etiam ex toto, donec conquiescat. Contra sitim, fame, vomitu niti. Vix enim fieri potest, ut post hanc animaduersionem aliis non contrahiatur. Alia via est ubi velis supprimere, cœnare, deinde vomere, postero die in lecto conquiescere, vespere vngi, sed leniter, deinde panis circa felibrā, ex vino amineo mero sumere, tum assūm aliquid, maximeq; auem, et postea vinum idem bibere aqua pluiali mixtum, idq; vsq; ad quintum diem facere, iterumq; vomere. Frigidam autem assidue potionem esse debere, contra priores autores Asclepiades affirmavit, & quidem quam frigidissimam. Ego experimentis quenq; in se credere debere existimo, calida potius an frigida viatur. Interdum autem euenit, vt id pluribus diebus neglectum, curari difficultius possit. A vomitu oportet incipere, deinde poster* oleo ro die vespere, tepido* loco vngi, cibum modicum assūmere, vinum meracum quam aspergium, impositam super vētrem habere cum cerato rūtam.

nam. In hoc autem affectu corporis neq; ambulatione, neq; fricatione opus est, uehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest. Neque enim illa res magis intestina confirmat. Si vero etiam medicamentis utendum est, aptissimum est id quod ex pomis fit. Vnde tempore in grande vas coniencia sunt pira, atq; mala sylvestria: si ea non sunt, pira tarentina viridia, vel signina, mala scandia, vel amerina, myrrhappia, hisq; adiicienda sunt cotonea, & cum ipsis corticibus suis punica, sorba, & quibus magis utimur, etiam terminalia, sic ut haec tertiam ollę partem teneant, tum deinde ea musto impleda est, coquendamq; id, donec omnia que indita sunt, liquata in uitatem quandam coeant. Id gustui non inservit, & quandounque opus est, assumptum leniter, sima illa stomachi noxa ventrem tenet: duo aut tria cochlearia uno die sumpsisse, satis est. Alterum valentius genus est, myrti baccas legere, ex his vinum exprimere, id decoquere, ut decima pars remaneat, eiusq; cyathum sorbere. Tertium quod quandoque fieri potest, malum punicum excavare, exemptisq; omnibus semibus, membranas que inter ea fuerunt, iterum concipere, tum infundere cruda oua, rudiculaq; miscere, deinde malum ipsum super prunam impone, quod dum humor intus est, non aduritur. Vbi siccum esse cœpit, remouere oportet, extraclumq; cochleari, quod intus est, edisse. Aliquis adiecis maius momentū habet. Itaq; etiam

Myrrhappia
Plinius
ab odore
dicta esse
dicit, li. 15.
cap. 15.

p in

in piperatum coniūcitur, misceturq; cum sale, & pipere: est quid ex his edendum, est pulticula etiam, cum qua paulum ex fauo retere coctum sit, & lenticula cum malo corio cocta, rubiq; cumina in aqua decocta, & ex oleo atque aceto assumpta, efficacia sunt, atque ea aqua, in qua vel palmule, vel malum cotoneum, vel arida forba, vel rubi decocti sunt, potata. Quod genus significo, quoties potionem dandam esse deo, que astringat. Tritici quoque hemina in vino amineo austero decoquitur, idq; triticum iejuno, ac fitienti datur, superq; id vinum id sorbetur, quod iure valentissimis medicamentis amunnerari potest, atque etiam potui datur vinum signinum, vel resinatum austericum, vel quodlibet austericum. Contunditurq; cum corticibus, semibusq; suis punicum malum, vinoq; tali miscetur, idq; vel merum sorbet aliquis, vel bilit missum. Sed medicamentis uti, nisi in uelementibus malis superuacuum est.

De vulua morbo, & curationibus. C A P. X X.

EX vulua quoque fæminis vehementis malum nascitur, proximeq; ab stomacho vel afficitur hæc, vel corpus afficit. Interdum etiam sic exanimat, ut tanquam comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic casus, eò quod neque oculi vertuntur, nec spuma profluit, nec nervi distenduntur, sepor tantum est, idq; quibusdam fæminis crebro reuertens, perpetuum est. Vbi incidit, si satius virium est, sanguis missus adiuuat.

Si

Si parum est, cucurbitule tamen defigende sunt
 in inguinibus. Si diutius aut iacet, aut alioqui
 iacere consueuit, admouere oportet naribus ex-
 timelum ex lucerna linamentum, uel aliud ex his
 quae foedioris esse odoris retuli, quod mulierē ex-
 citet. Idemq; aquæ frigidæ perfusio efficit, ad-
 iuuatq; ruta contrita cum melle, vel ex cyprino
 ceratum, uel quodlibet calidum, & humidum ca-
 taplasma, naturalibus pubetenus impositū. In-
 tra hec etiam perfricare coxas, & poplites
 oportet. Deinde ubi ad se redit, circumcidendum
 unum est in totum annum, etiam si casus idem
 non reuertitur. Frictione quotidie utendum to-
 tius quidem corporis, præcipue uero uentris &
 poplitū. Cibus ex media materia dandus. Sina-
 pi super imum uentrem, tertio quoque, aut quar-
 to die imponendum, donec corpus rubeat. Si du-
 rities manet, mollire commode uidetur solum
 in lac demissum, deinde contritum, & cera al-
 ba, atque medulla ceruina cum irino, aut seuum
 taurinum, uel caprinum cum rosa mistum. Dan-
 dum potui etiam uel castoreum est, uel git, uel
 anethum. Si paru pura est, purgatur iuncto qua-
 drato: si uero uulna exulcerata est, ceratum ex
 rosa fiet, & recens suilla adeps, & ex ouis al-
 bum misceatur, idq; apponatur, uel album ex ouo
 cum resa mistum, adiecto quo facilius consistat,
 contritæ rosæ puluere. Dolens uero ea sulphure
 suffumigari debet. At si purgatio nimia mulie-
 ri nocet, remedio sunt cucurbitulae cute incisa

p 2 inguin

inguinibus, vel etiam sub mammis admotæ: si
 *coœuntia maligna purgatio est, subiœienda sunt, *co-
 èrentia. Id faciunt etiam albæ olinæ, & ni-
 grum papaver cum melle assūptum, & gum-
 mi cum trito semine apij liquatum, & cum cy-
 tho passi datum. Præter hæc in omnibus vesice
 doloribus idoneæ potiones sunt, quæ ex odoribus
 fiunt, id est spica nardi, croco, cinnamomo, casia,
 similibusq;. Idemq; etiam decocta lentiscus præ-
 stat. Si tamen intolerabilis dolor est, & sanguis
 profluuit, etiam sanguinis detraçlio apta est, aut
 certè coxis admotæ cucurbitulæ cute incisa. At
 cum vrina super potionum modum etiam sine
 dolore profluens, maciem, & periculum facit, si
 tenuis est, opus est exercitatione & frictione,
 maximeq; in sole vel ad ignem. Balneum rarum
 esse debet, neque longa in eo mora, cibis compri-
 mens. Vinum austерum meracum, per astatem
 frigidum, per hryemē egelidum, sed tantū, quan-
 tum minimum sit. Infima alius quoque vel du-
 cenda, vel lacte purganda est. Si crassa vrina
 est, vehementior esse debet & exercitatio, &
 frictio, longior in balneo mora cibis opus est te-
 neris, vinum idem. In utroq; morbo ritanda o-
 mnia sunt, quæ vrinam mouere consuerunt.

De nimia profusione seminis ex naturalibus.

C A P. X X I.

Est etiam circa naturalia vitium, nimia
 profusio seminis, quod sine venere, sine no-
 clutis imaginibus sic fertur, ut interposito spa-
 tio

rio tare hominem consumat. In hoc affectu salutares sunt vellemetes frictiones, perfusiones, natationesq; quam frigidissime, neq; cibi, nec potio, nisi frigida assumpta. Vitare autem oportet cruditates, omnia instantia, nihil ex his assume-re, que contrahere semen videntur, qualia sunt, siligo, simila, oua, alica, amyllum, omnis caro glu-tinosa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinei. Neq; alienum est souere inferiores partes, aqua decocta ex verbenis comprimentibus, ex ijsdem aliqua cataplasmata imo ventri inguinibusq; circum-dare, præcipueq; ex aceto rutam vitare, etiam ne supinus obdormiat.

De coxarum morbis, & curationibus.

C A P. XXII.

SVperest ut ad extremas partes corporis ue-niam, que articulis inter se conseruntur, initium à coxis faciam. Harum ingens dolor esse consuevit. Isq; hominem sepe debilitat, & quos-dam non dimittit. Eoq; id genus difficilimè curatur, quod ferè post longos morbos vis pesti-fera huic se inclinat, que ut illas partes liberat, sic hanc ipsam quoque affectionem prehendit. Fouen-dum primum aqua calida est, deinde vtendum calidis cataplasmatis. Maxime prodesse vide-tur aut cum hordeacea farina, aut cum fico ex aqua decocta mixtus capparis cortex concisus, vel lolij farina ex vino diluto cocta, & mixta cum acida fece: *que, quia refrigerant, impone-
re noctu malagmata commodius est. Inula quoq; frigescunt

p 3 radix

radix contusa, & ex vino austero postea cocta, & late super coxam imposita, inter valentissima auxilia est. Si ista non soluerunt, sale calido & humido utendum est. Si ne sic quidem finitus dolor est, aut tumor ei accedit, incisa cute admoendae sunt cucurbitulae, mouenda urina. Alius si compressa est, ducenda. Ultimum est, & in veteribus quoque morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam, cutem carentibus ferramentis exulcerare. Sed frictione quoque utendum est, maximè in sole, & eodem die sapius: quò facilius ea, que coeundo nocuerunt, dirigantur. Eaq; si nulla exulceratio est, etiam ipsis coxis, sicut & ceteris partibus adhibenda est. Cum verò sepe aliquid exulcerandum carenti ferramento sit, ut materia inutilis euocetur, illud perpetuum est, non ut primū fieri potest, huius generis ulcera sanare, sed ea trahere, donec id vitium, cui per hæc opitulantur, conquiescat.

De genuum doloribus, & cura. CAP. XXXII.

COxis proxima genua sunt, in quibus ipsis nonnunquam dolor esse consuevit. In eisdē autem cataplasmatis, cucurbitulisq; præsidium est, sicut etiam cùm in humeris, alijs ue commisuris dolor aliquis exortus est. Equitare ei cui genua dolent, inimicissimum omnium est. Omnes autem eiusmodi dolores, ubi inueterauerunt, vix citra rustionem finiuntur.

De articulorum doloribus, in manibus,
pedibusq;. CAP. XXXIII.

In

IN manibus pedibusq; articulorum vitia fre-
quentiora, longioraque sunt, quae in podagrīs,
chiragris ue esse consuerunt. Ea raro vel castra-
tos, vel pueros ante fæmine coitum, vel mulie-
res, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentant.
Vbi sentiri cœperunt, sanguis mittendus est. Id
enim inter initia statim factum, sepe annuam,
nonnunquam perpetuam valetudinē totam pra-
stat. Quidam etiam cum asinino * lotio epoto se * laete
eluisserint, in perpetuū hoc malum euaserunt. Qui-
dam cum toto anno à vino, malso, venere sibi
temperassent, securitatem totius vite consecuti
sunt. Idq; utiq; post primis dolorem seruandum
est, etiam si quieuit. Quod si iam consuetudo eius
facta est, potest quidem aliquis esse securior his
temporibus, quibus dolor se remisit. Maiorem
vero curam adhibere debent hi, quibus id reuer-
titur. Quod fere vere, autumno' ue fieri solet. Cum
vero dolor non urget, manu gestari debet, dein-
de ferri, inambulatione leui se dimouere: & si
podagra est, interpositis temporibus exiguis in-
uicē modo sedere, modo ingredi, tum antequam
cibum capiat, sine balneo loco calido leuiter per-
fricari, sudare, perfundi aqua egelida, deinde ci-
bum sumere ex media materia interpositis rebus
urinam mouentibus, quotiesq; plenior est, enu-
mere. Vbi dolor vehemens urget, interest sine
tumore i: sit, an tumor cum calore, an tumor iam
etiam obcaluerit. Nam si tumor nullus est, cali-
dis fomentis opus est. Aquam marinam, vel mu-

riam durā feruefacere oportet, deinde in peluem
 conūcere, & cum iam homo pati potest, pedes
 demittere, superq; pallam dare, & vestimento
 tegere, paulatim deinde iuxta Labrum ipsum ex
 eadem aqua leuiter infundere, ne calor intus
 desitiat, ac deinde noctū cataplasmata calefa-
 cientia imponere, maximeq; hibisci radicem ex
 vino coctam. Sin verò tumor calorq; est, utilio-
 ra sunt refrigerantia, recteq; in aqua quam fri-
 gidissima articuli continentur: sed neque quoti-
 indure- die, neque diu fit, ne nerui lœdantur. Imponen-
 scant dum verò est cataplasma quod refrigeret. Neque
 * in hoc tamen* in hoc ipso permanendū, sed ad ea trans-
 quotidie eundum, quæ sic reprænunt, ut emolliant. Si
 perm. maior est dolor, papaveris cortices in vino co-
 quendi, miscendiq; cum cerato sunt, quod ex ro-
 sa factum sit. Vel cæræ, & adipis suillæ tantun-
 dem vñā liquandum, deinde his vñian miscen-
 dum, atque ubi quod ex eo impositum est, inca-
 luit, detrahendum, & subinde imponendum aliud
 est. Si verò tumores etiam obcaluerunt, & do-
 lent, leuat spongia, quæ imposta subinde ex oleo,
 vel aceto, vel aqua frigida exprimitur, aut pari-
 portione inter se mista, pix, cera, alum. Sunt
 etiam plura idonea manibus, pedibusq; malag-
 mata. Quod si nihil superimponi patitur, id
 quod sine tumore est, fouere oportet spongia, quæ
 in aquam calidam demittatur, in qua vel papa-
 veris cortex, vel cucumeris sylvestris radix de-
 coctas sit, tum inducere articulis crocum cum suc-

co

eo papaueris, & ouillo lacte. At si tumor est,
fouere quidem debet aqua* calida, in qua lenti-*egelida
scus, alia' ne verbena ex reprimentibus decocta
sint: induci uero medicamentum ex nucibus ama-
ris cum aceto tritis, aut ex cerussa, cui contritae
herbae muralis succus sit adiectus. Lapis etiam
qui carnem exedit, quem σαρκοφαγὸν Graci
vocant, excisus, sic ut pedes capiat, demissos
eos cum dolent, retentosq; ibi leuare consueuit.
Ex quo in Asia lapidi* Asio gratia est. Vbi
dolor, & inflammatio se remiserunt, quod intra
dies quadraginta fit, nisi vitium hominis acces-
sit, modicis exercitationibus, abstinentia, vn-
ctionibus lenibus vtendum est: sic, ut etiam aco-
po, vel liquido cerato cyprino articuli perfricen-
tur. Equitare podagraris quoque alienum est.
Quibus vero articulorum dolor certis tempori-
bus reuertitur, hos ante & curioso victu ca-
uere oportet, ne inutilis materia corpori super-
fit, & crebriore vomitu, & si quis ex corpore
metus est, vel alui ductione vti, vel lacte pur-
gari. Quod Erasistratus in podagraris expu-
lit, ne in inferiores partes factus cursus pedes
repleret, cum euidenter sit omni purgatione non
superiora tantummodo, sed etiam inferiora exis-
taniri. Ex quocunque autem morbo quis in-
ualefecit, si tarde confirmatur, vigilare prima
luce debet, nihilominus in lecto conquiescere,
circa tertiam horam leuiter vncis manibus cor-
pus permulcere. Deinde delectationis causa

P 3 (quant

(quantum iuuat) ambulare, circuncisa omni negotiosa cogitatione uel actione, tum gestari diu, multa fricatione vti, loca, cælum, cibos sepe mutare. Vbi triduo, quatriduo ue vinum bibit, uno aut etiam altero die interponere aquam. Per hec enim siet, ne in vitia tabem inferentia incidat, & vt mature vires suæ recipiat. Cum ex toto vero conualuerit, periculo: è vite genus subito mutabit, & inordinate ager. Paulatim ergo debebit omisis: his legibus, eò transire, vt arbitrio suo vivat.

LIBER V.

Dixi de his malis corporis, quibus vietus ratio maxime subuenit. Nunc transeundum est ad eam medicinæ partem, que magis me pugnat dicamentis purgat. His multum antiqui autores tribuerunt, & Erafistratus, & hi qui se Empiricos nominauerunt, præcipue tamen Herophilus, deducuntq; ab illo viri, adeo ut nullum morbi genus, sine his curarent. Multaq; etiam de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt, qualia sunt vel Zenonis, vel Andreæ, vel Apollonij, qui Mys cognominatus est. Horum autem usum ex magna parte Asclepiades, non sine causa sustulit: & cum omnia ferè medicamenta stomachum ladant, maliq; succisint, ad ipsius vietus rationem potius omnem curam suam transiit

transstulit. Verum ut illud in plerisq; morbis utilius est, sic multa admodum corporibus nostris incidere consuerunt, que sine medicamentis ad sanitatem peruenire non possunt. Illud ante omnia scire conuenit, quod omnes medicine partes ita innexae sunt, ut ex toto separari non possint, sed ab eo nomen trahant, à quo plurimum petunt. Ergo ut illa quæ rictu curat, aliquando medicamentum adhibet, & illa quæ præcipuè medicamentis^{*} purgat, adhibere etiam rationem vi- *pugnat
Elus debet, que multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed cum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac sepe simplicia opitulentur, siue mista, non alienum videotur ante proponere & nomina, & vires, & mixtur. as eorum, quo minor ipsius curationis sequentibus morasit.

De simplicibus facultatibus quarūcunq; rerum,
ex quibus medicamenta fiunt, & primo de
his quæ sanguinem supprimunt. C A P. I.

Sanguinem supprimunt, atramentum sutorum, quod Græci χελυαύθον appellant, chalcitis, acacia, & ex aqua lycium, thus, aloë, gummi, plumbum combustum, porrum, herba sanguinalis, creta vel cimolia vel singularis, mi- Vel sigile
sy, frigida aqua, vinum, acetum, alum, melinus, laria, squama & ferri, & aeris, atq; huius quoq; due species sunt, alia tantum aeris, alia rubri aeris.

Quæ vulnera glutinent.

C A P. II.

Glutina

Glutinant vulnus, myrrha, thus, gummi,
precipueq; acanthinum psilleum, tragacantha, cardamomum, bulbi, lini semen, nasturtium, oui album, gluten, ichthyocolla, vitis alba, contusæ cum testis suis cochlear., mel coctum, spongia, vel ex aqua frigida, vel ex vino, vel ex aceto expressa, ex ijsdem lana succida, si leuis plaga est, etiam aranea: reprimunt alumæ & scissile (quod σχιστὸν vocatur) & liquidum, melignum, auripigmentum, erugo, chalcitis, atramentum futorium.

Quæ concoquunt, & moueant pus. C A P. III.

COncoquunt & mouent pus, nardum, myrrha, costus, balsamum, galbanum, propolis, styrax, thuris & fuligo, & cortex, bitumen, pix, sulphur, resina, sebum, adeps, oleum.

Quæ aperiant vulnera. C A P. IIII.

Vulnera aperiunt tanquam ora in corporibus, quod σόμην Græce dicitur, cinnamomum, balsanum, panaces, iuncus quadratus, pu***bdella** legium, flos albæ violæ, * bdellium, galbanū, resina terebinthina, & pinea, propolis, oleum ***animia** tus, piper, pyrethrum, chamepitys, ruta ***taminia**, sulphur, alumén, rutæ semen.

Quæ purgant. C A P. V.

Purgant, erugo, auripigmentum, quod à grecis nominatur. Huic autem et sandarace in omnia, eadem vis, sed validior est squama æris, pumex, iris, balsamis, styrax, thus, thuris cortex, resina & pinea, & terebinthina liquida

liquida, œnanthe, lacerti sterlus, sanguis columbae, & palumbi, et hirundinis, ammoniacum bdellium, quod in omnia idem quod ammoniacum potest, sed valentius est, abrotanum, ficus arida, coccus gnidium, scobis eboris, omphacium, radicula, coagulum, sed maxime leporinum, cui eadem quæ ceteris coagulis facultas, sed ubique validior est, fel, vitellus crudus, cornu cervinum, gluten taurinum, mel crudum, misyos chalcitis, crocum, vua^{*} tamnia, abrotanum, spuma ^{*aminia} argenti, galla, squama æris, lapis hematites, minium, costum, sulphur, pix cruda, seuum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, eruum.

Quæ rodant.

C A P. VI.

Rodunt, alumen, liquidum, sed magis rotundum, æugo, chalcitis, misy, squama æris, sed magis rubri, & combustum, sandaraca, minium Synopicum, galla, balsamum, myrrha, thuris cortex, galbanum, resina terebinthina humida, piper utrumque, sed rotundum magis, cardamomum, auripigmentum, calx, nitrum, & spuma eius, apij semen, narcissi radix, omphacium, alcyonium, oleum ex amaris nucibus, allium, mel crudum, vinum, lentiscus, squama ferri, fel taurinum, scamonea, vua tamnia, cinnamomum, styrax, cicutæ semen, resina, narcissi semen, fel, nuces amarae, oleumq; earum, at ramentum futorium, chrysocolla, veratrum, cinis.

Quæ excedant corpus.

C A P. VII.
Exed

Exedunt corpus, acacie succus, hebenus,
erugo, squama eris, chrysocolla, cinis Cy-
prius, nitrum, cadmia, spuma argenti, hypoci-
stis, diphryges, sal, auripigmentum, sulphur, cicu-
ta, sandaraca, salamandra, alcyonium, eris flos,
chalcitis, atramentum sutorium, ochra, calx,
acetum, galla, alum, lac caprifici, vel lactuca
marina, quae titrymallos à Græcis nominatur,
alcyonium, fel, thunris filigo, spodium, lenticu-
la, mel, olea, folia, marrubium, lapis hæmati-
tes, & Phrygius, & Asius, & scissilis, misy,
vinum, acetum.

Quæ adurant.

C A P. VIII.

Adurunt, auripigmentum, atramentum su-
torium, chalcitis, misy, erugo, calx, charta
combusta, sal, squama eris, sex combusta, myr-
rhæ, sterlus & lacerti & columbae, & palum-
bi, & hirundinis, piper, coccus Gnidium, al-
linum, diphryges, lac vtrunque (quod proximo
capite supra comprehensum est) veratrum &
album & nigrum, cantharides, corallium, py-
retrum, thus, salamandra, eruca, sandaraca, ru-
tamnia, chrysocolla, ochra, alumē scissile, onil-
lum sterchus, ænanthe.

Quæ crustas ulceribus inducant. C A P. IX.

Eadem fere crustas ulceribus tanquam
igne adustis inducunt, sed præcipue chal-
citis, vtique si cocta est, flos eris, erugo, auripigmentum, misy, & id, quò magis coctum.

Quæ crustas ulceribus resolvant. C A P. X.

Crust

CRUSTAS verò has, resolnit farina triticea
cum ruta, vel porro, aut lenticula, cui
mellis aliquid adieclum est.

Quæ discentiant ea, quæ in aliqua parte corpo-
ris coierunt. C A P. X I.

AD discutienda verò ea, que in corporis
parte aliqua coierunt, maxime possunt,
abrotani, helenium, amaracus, alba viola, mel,
lilium, *sansucus, cyperus, lac, sertula campana, *sampsu-
serpillum, cypressus, cedrus, iris, viola purpurea, cus Cy-
narus, rosa, crocum, passum, iuncus quadra- prias
tus, nardum, cinnamomum, cassia, ammoniacum,
cera, resina, vnataminia, spuma argenti, sty-
rax, ficus arida, tragoriganus, lini & narcissi
semen, bitumen, sordes ex gymnasio, pyrites la-
pis, aut molaris, crudus vitellus, amara nuces,
sulphur.

Quæ enocent, & educant. C A P. X I I.

EVOCAT & EDUCIT, ladanum, alumen rotum-
dum, hebenus, lini semen, omphacium, fel,
chalcitis, bdellium, resina terebinthina & pinea,
propolis, ficus arida decocta, stercus columbae,
pumex, farina lolij, grossi in aqua cocti, elaterius,
laurei bacca, nitrum, sal.

Quæ exasperata leuent. C A P. X I I I.

LEUAT id quod exasperat, spodiū, hebe-
nus, grommi, ovi album, lac, tragacanthum.

Quæ carnem nutriant, & vlcus impleant.

C A P. X I V. *ocra &

CARNĒ alunt, et vlcus implet, resina pinea, Elica, vel
ochra, alicce, mel, asteriace, cera, butyrū. asterica

Quæ

Quæ molliant.

C A P. X V.

erythria

Molliant, & s combustū, terra^{re} eretria, nitrum, papaueris lacryma, ammoniacum, bdelliū, cara, seuum, adeps, oleum, ficus arida, se-samū, sertula Campana, narcissi et radix & se-men, rosa folia, coagulū, vitellus crudus, amara-nuces, medulla omnis, stibi, pix, cochlea cocta, ci-cut. & semen, plumbi retrimentum, σονογίαρ μολύβδος Græci vocant, panaces, cardamomū, galbanū, resina, ruta taminia, styrax, iris, balsamū, sordes ex gymnasio, sulphur, butyrum, ruta.

Quæ catem purgent.

C A P. X VI.

CVtem purgat mel, sed magis, si est cum gal-la, vel eruo, vel lenticula, vel marrubio, vel iride, vel ruta, vel nitro, vel ærugine.

De misturis simpliciū rerum, & de ratione pen-derum, & quid Malagma, & Emplastrum, & Pastilllos inter se differant. C A P. X VII.

Expositis simplicibus facultatibus, dicen-dum est quemadmodum misceantur, que ex his fiant. Miscentur autem varie, neque hu-ius ullus modus est, cum ex simplicibus alia demantur, alia adiiciatur, ijsdemq; seruatis, pon-derum ratio mutetur. Ita cum facultatum mate-ria non ita multiplex sit, innumerabilia mistu-rarum genera sunt, que comprehendendi possent, tamen esset superuacuum. Nam & ijsdem effe-ctus inter paucas compositiones sunt, & mutare eas cuilibet (cognitis facultatibus) facile est. Itaque contentus his ero, quas accepi velut no-bilissimas. In hoc autem volumine eas expli-cabo,

eabo, que vel desiderari in prioribus potuerunt,
 vel ad eas curationes pertinent, quas protinus
 hic comprehendam, sic ut tamen que magis com-
 munia sunt simul iungam. Si qua singulis, vel
 etiam paruis accommodata sunt, in ipsorum lo-
 cum differam. Sed & ante a sciri volo, in vncia
 pondus denariorum septem esse. Unius deinde Vacia.
Denaria.
 denarij pondus diuidi a me in sex partes, id est
 sex uncias, ut idem in vncia denarij habeam,
 quod Graeci habent in eo, quem δολον appellat.
 Id ad nostra pondera relatum, paulo plus dimi-
 dio scrupulo facit. Malagmata vero, atq; Empla-
 stra Pastilliq; (quos τροχίστους Graeci vocant)
 cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod
 Malagmata maximè ex floribus, earumq; etiā
 surculis: Emplastrum Pastilliq; magis ex quibus-
 dam metallicis fiunt: deinde malagmata contusa
 abunde mollescunt: nam super integrum cutem
 inyiciuntur. Laboriose vero conteruntur ea, ex
 quibus emplastrum pastilliq; fiunt, ne laedant vul-
 nera cum imposita sunt. Inter Emplastrum au-
 tem, & Pastillum hoc interest, quod Emplastrum
 utiq; liquati aliquid accipit, in Pastillo tantum
 arida medicamenta aliquo humore iunguntur.
 Tum Emplastrum hoc modo fit, arida medicamen-
 ta per se teruntur, deinde mistis his instillatur
 aut acetum, aut si quis aliis non pinguis humor
 accessurus est, & earurus ex eo teruntur. Ea
 vero que liquari possunt, ad ignem simul liquan-
 tur, & si quid olei misceri debet, tum infundi-

tur. Interdū etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta sunt, quæ separatim fieri debuerint, in vnum omnia miscentur. At Pastillis hæc ratio est: Arida medicamenta contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto coquuntur, & rursus cocta, inarescunt. Atque ubi utendum est, eiusdem generis humore diluuntur, tum *pastillis Emplastrum imponitur, *pastillus illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miscetur.

DE M A L A G M A T I S.

C A P . X V I I I .

Malagma aduersus calidas podagras.

His cognitis, primum malagmata subiecta, quæ ferè non sunt refrigerandi, sed calefaciendi caussa reperta. Est tamen quod refrigerare possit, ad calidas podagras aptum. Habet gallæ & immaturæ et alterius, coriandri seminis, cicutæ lacrymæ aridae, gummi, singulorum plenum acetabulum, cerati eloti, quod tenacissimum Graci vocant, felibram. Reliqua fere calefactant. Sed quedam digerunt materiam, quedam extrahunt, quæ exsiccata vocantur, pleraq; certis magis partibus membroru[m] accommodata sunt.

Malagma ad materiam extrahendam.

Si materia extrahenda est, ut in hydropico, sin lateris dolore, in incipiēte abscessu, in suppuratione quoq; mediocri, aptum est id, quod habet resinæ aride nitri, ammoniaci, galbani, singulorum pondo *. cere pondo *. Aut in quo hæc sunt, & eruginis rasæ, thuris, singulorū p. i i. *. ammoniaci salis p. v l. *. squamic aris, cere, singulorum

gulorum p.vii. *. resinae aride p.* xii. *. * vii.
aceti cyathus. Idem prestat cumini farina cum
struthio, & melle p.i. i. *.

Malagma ad iecur dolent.

Si iecur dolet, id in quo est balsami lacrymae
p.xi. i. *. costi, cinamomi, casiae, corticis
myrrae, croci, iunci rotundi, balsami seminis, iri-
dis illyricae, cardamomi, amomi, nardi, singulorum
p.xvi. *. Quibus adiicitur nardinum vnguentum,
donec cerati crassitudo sit, & huius qui-
dem recentis vsus est. Si vero seruandum est,
resinae terebinthinae p.xv. i. *. care p.x. *. ex
vino leni contunduntur, tum eo miscentur.

Malagma ad lienem.

Ats lienis torquet, glandis (quam baccae vocantur
Graci vocant) cortex & nitrum paribus
portionibus contunduntur, respergiunturque aceto
quam acerrimo. Vbi cerati crassitudinem habet,
linteo antea in aqua frigida madefacto illimitur,
& sic imponitur, supraque farina ordeacea ini-
citetur, sed manere ibi non amplius sex horis de-
bet, ne lienem consumat. Satiusque est id bis, aut
ter fieri. Communem autem & iocineri, & lie-
ni, & abscessibus, & strume, parotidibus, arti-
culis, calcibus quoque suppurantibus, aut ali-
ter dolentibus, etiam concoctioni ventris. Lysias
composuit ex hyssopi, panacis, styracis, galbani,
resinae, singulorum p.i. i. *. ammoniaci, bdellijs,
cerae, seui taurini, iridis arida p. iiii. *. ca-
dryos acetabulo, piperis granis quadraginta.

Quæ contrita, irino vnguento temperantur.

Malagma ad laterum dolores.

Ad laterum autem dolores compositio est Apollophanis, in qua sunt resinae terebinthinae, thuris fuliginis, singuloru^m p. I I I I . * . bdelij, ammoniaci, iridis, seu vitulini, aut caprini & renibus siccii, singuloru^m p. I I I I . * . Hec autem eadem omnem dolorem levant, dura emolliunt, mediocriter calefaciunt. Ad idem latus Andreæ quoque malagma est, quod etiam resoluit, educit humorem, p^us maturat, ubi id maturum est, cutem rumpit, ad cicatricem perducit, prodest impositum minutis maioribusq; abscessibus, item articulis, ideoq; & coxis, & pedibus dolentibus: item si quid in corpore collisum est, reficit, præcordia quoque dura & inflata emollit, ossa extrahit, ad omnia deniq; valet, quæ adiuuare calor potest. Id habet cerae p. * x i . * . visci sycamini, quoniam alias sycomorum vocant, lacryme, singulorum p. * i . * . piperis & rotundi, & longi, ammoniaci, thymiamatis, bdellij, iridis illyricæ, cardamomi, anomii, xylobalsami, thuris masculi, myrræ, resine aridae, singulorum p. x . * . pyrethri, cocci Gnidij, spuma nitri, salis ammoniaci, aristolochiae Creticæ, radicis ex cencimere agresti, resine terebinthinae liquide, singulorum p. x x v . * . Quibus adiicitur vnguenti irini, quantum satis est ad ea mollienda, atque cogenda.

Malagmata ad resoluenda quæ astricta sunt, & mollienda quæ dura sunt, & digerenda quæ coquunt.

Precip

PRecipiuū verò est ad resoluenda que astri-
cta sunt, mollienda que dura sunt, digeren-
da que coēunt, id quod ad Polyarchum autorem
refertur. Habet iuici quadrati, cardamomi, thu-
ris, fuliginis, amomi, cerae, resine liquide, pares
portiones.

Aliud malagma ad eadem.

ALiud ad eadē Nilei, crocomagnatis (quod
quasi recrementum eius est) P. I I I I. *.
ammoniaci, thymiamatis, cerae, singulorum P.
x x. *. ex quibus duo priora ex aceto teruntur,
cera cum rosa liquatur, et tum omnia iunguntur.

Malagma Moschi ad molliendum.

Proprie etiam dura mollit id, quod Moschis
esse dicitur. Habet galbani vnicam, thuris
fuliginis P. *. 3. cerae, ammoniaci, thymiamatis
trientes, picis aridae P. I I. *. aceti heminas tres.

Malagma Medi ad digerenda que coēunt.

Fertur etiam ad digerenda que coēunt sub
autore Medo, quod habet cerae P. *. 3. pa-
nacis P. *. semis, squame aris, aluminis rotundi,
item scissilis, singulorum P. I. *. plumbi combus-
sti P. I. *. et semis.

Malagma Panthemi ad eadem.

AD eadē Panthemus utebatur calcis P. *.
semis, sinapis contriti, item fœni Græci,
aluminis, singulorum P. I. *. seu bubuli P. I I. *.
et semis.

Malagma ad strumas.

AD strumā multa malagmata inuenio. Cre-
do autē quo peius id malū est minusq; fa-
q 3 cile

cide discutitur, eo plara esse tentata, que in personis varie responderunt. Andreas autor est, ut hæc misceantur, vrtice seminis p. i.*. piperis rotundi, bdellij, galbani, ammoniaci, thymiamatis, resine aride, singulorum p. IIII.*. resine liquidæ, cæræ, pyrethri, piperis lôgi, laclucæ marine seminis, sulphuris ignem non experti (quod ænugyph vocatur) fecis aride, aceti, spume nitri, salis ammoniaci, sinapis, cardanomi, radicis ex *P. v. cucumeris sylvestri, resine, singulorum p.*. VIII. *. Que ex leni vino contunduntur.

Aliud malagma ad idem valens.

*aliâs : se-mine, ster-coris. Legé **E**xpeditus ad idem fit, quod habet visci, felini stercoris, resine, sulphuris ignem non dum fortas experti pares portiones. Et in quo est sulphuris. sevel capri p. I.*. Lapidis, quem pyriten vocant p. IIII. *. ni, vel bo-villi ex Ga-cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdem pars una, sulphuris due partes, resine tere-brithine partes tres.

Malagma ad strumam, & phymata.

Arabis autem cuiusdam est ad strumam, et orientia tuberculæ, que phymæ vocan-tur, quod hæc digerit. Habet myrrhæ, salis ammo-niaci, thuris, resine & liquide & aride, croco-magmati, cæræ, singulorum p. I.*. Lapidis eius, quem rugitum vocant, p. IIII.*. quibus quidam adiiciunt, sulphuris p. II.*.

Malagma ad strumam, & tubera, & carcinodas.

Est etiam proficiens in struma, et in his tu-beribus, que difficiliter concoquuntur, & in his

*in his que carcinodæ vocantur, quod ex his constat: Sulphuris p. II. *. nitri p. IIII. *. myrræ p. VI. *. fuliginis, thuris p. *. semis, salis ammoniaci p. *. I I I. cære p. I. **

Malagma Protarchi ad parotidas, & faunm,
& mala vlcera.

Protarchus autē ad pargidas, eaq; tuberculæ, que meliceriæ, id est, faui, vel phymata nominantur, item mala vlcera, punicis, resinæ pinee liquide, thuris, fuliginis, spume nitri, iridis, singulorum p. VIII. *. cum cære p. IX. *. miscerat, hisq; olei cyathum, & dimidium adiiebat.

Malagma aduersus panum & phymata.

Aduersus panum, tum primum orientem (quod φύγεδνον Græci vocant) & omnem tuberculum, quod phymata nominantur, miscetur ochra, que Attice nominatur, cum duabus partibus similæ, hisq; contunditur, subinde mel instillatur, donec malagmati crassitudo sit.

Malagma aduersus phymata.

Discutit etiam omne tuberculū (quod phymata vocatur) id quod habet calcis, nitri, spume, piperis rotundi, singulorum p. I. *. galbani p. II. *. salis p. IIII. *. que excipiuntur cerato ex rosa fælo.

Malagma ad suppressandum omne quod abscedit.

Supprimitq; omne quod abscedit id, in quo est galbani, fabæ fresæ, singulorum p. I. *. * frixeræ myrræ, thuris, ex radice capparis corticis, singulorum p. IIII. *. Satisq; omnia abscedentia

q 4 digerit.

digerit, murex combustus, & bene conitus,
acetato subinde adieclo.

Malagma ad sanguinem suppressandum,
& phymata.

AT si satis sanguis subit, recte imponitur
quod aduersus phymata quoq: potest. Con-
stat ex his, bdellij, styracis, ammoniaci, galbani,
resine & arida & liquide pineae. Item ex len-
tisci, thuris, iridis, singulorum p. II. *

Malagma ad carcinodas, & & phyma-
ta lenienda.

Carcinodæ vero & phymata commode his
leniuntur: Galbani, viscii, ammoniaci, resi-
ne terebinthinae in singulis p. I. *. seu taurini
p. *. semis, fecis combustæ quam maxima por-
tione, dum id siccius non faciat, quam esse ma-
lagma oportet.

Malagma ad liuorem faciei contusæ.

Quod si facie cōtusa liuor subcruentus est,
hæc cōpositio nocte & die imposta tol-
lit: Aristolochiae, thapsiae, singulorum p. II. *.
bdellij, styracis, ammoniaci, thymiamatis, galba-
ni, resine aridae, & ex lentisco liquide, thuris
masculi, iridis illyrica, cæræ, singulorum p. IIII.
*. Item faba quoq: imposta proficit.

Malagma stomachica ad aperiendum.

SVNT ETIAM quedam malagmatæ, quæ Gra-
ci vocant, quoniam aperiendi vim
habent. Quale est quod ex his constat, piperis
longi, spume nitri, singulorum p. II. *. erisimi
p. *. IIII. quæ cum melle miscentur. Idoneaq;
etiam

etiam struma aperienda sunt eius generis. Vehementius q; ex his est id quod habet calcis p. IIII.
*. piperis grana sex, nitri, cerae, singulorum p.
x. *. smellis p. *. 3. olei heminam.

Miconis malagma, ad resoluendum aperientumq; ac purgandum.

MIconis quoq; est quod resoluit, aperit, purgat. Habet alcyonium, sulphur, nitrum, pumicem, paribus portionibus, quibus tantum picis, & cerae adiicitur, ut fiat cerati crassitudo.

Malagma ad ossa, & nervos.

AD ossa autem Aristogenis, fit ex his, sulphuris p. I. *. resine terebinthinae, nitri spuma, & ex scilla partis interioris, plumbi elotti, singulorum p. II. *. thuris, fuliginis p. VIII. *. fucus aride quam pinguissima, seu taurini, singulorum p. VIII. *. cerae p. XI. *. iridis Macedonice p. VI. *. sesami fricti acetabulum, maximeq; nervis, & articulis malagma conuenit.

Malagma Eutielei ad articulos, & ad omnem dolorem.

Igitur Eutielei est, & ad articulos, & ad omnem dolorem, & ad vesicae, & ad recenti cicatrice contractos articulos, quas oeynulae Graci nominat, quod habet fuliginis, thuris acetabulum, resine tantudem, galbani sine surculis sescunciam, ammoniaci, bdellij, singulorum p. *. 3. cerae p. *. semis. Aliud item fit, quod habet iridis, ammoniaci, galbani, nitri, singulorum p. XIII. *. resine liquide p. VI. *. cere p. XVI. *.

q s Malag

Malagma Sosagoræ ad dolores articulorum.

Ad dolores articulorum Sosagoræ: Plumbi
ombusti, papaveris lacryme, corticis hryo-
scyami, styracis, peucedani, seni, resine, cæra, pa-
res portiones.

Chrysippi malagma, ad idem valens.

Chrysippi, resine liquidæ, sandaracæ, pipe-
ris, singulorum p.xii. * quibus cera pau-
lum adiicitur.

* Cleopon
tis * Ctesiphontis malagma ad idem valens, & ad
parotidas, & phymata, & strumam.

Ctesiphontis, cære Cretice, resine terebin-
thine, nitri quam ruberrimi, singulorum
p.*. semis, olei cyathni tres. Sed id nitrum ante
per triduum instillata aqua teritur, et cum sex-
tario eius incoquitur, donec omnis humor con-
sumatur. Poteſt verò ea compositio etiam ad pa-
rotidas, phymata, strumā, omnemq; coitum hu-
moris emolliendum.

Malagma ad articulos.

Ad articulos fici quoq; aridi, partem ne-
petæ miſtam vel vuam taniniam sine
seminibus cum pulegio reclè aliquis imponit.

Malagma Aristonis, aduersus podagras, & re-
centia phymata, & omnes dolores.

Eadem podagre præsidio sunt. Sed ad eam
fit Aristonis quoq;, quod habet nardi, cin-
namomi, castæ, chamaeleontis, iunci rotundi, sin-
gulorum p.viii. *. seni caprini ex irino liqua-
ti p.xx. *. iridis p.i. *. que in aceto quam a-
cerrimo iacere per xx.dies debet. Idem autem e-
tiam

tiam recēta phymata doloresq; omnes discutit.

*Theoseni malagma, ad pedum dolores.

*Theoni

AT Theosenus ad pedum dolores, seu à renibus partem tertiam, salis partes duas miscebat, hisq; membranulam illam imponebat, tum superinjiciebat ammoniacum, thymia-
ma in aceto liquatum.

Numenij malagma, ad podagram, cete-
rosq; articulos induratos.

AT Numenius podagram, ceterosq; articu-
los induratos hoc molliebat: abrotani, rose
aride, papaeris lacrymæ, singuloram P. IIII. *.
resina terebinthine P. IIII. *. thuris, spuma ni-
tri, singulorum P. V III. *. iridis, aristolocheæ, sin-
gulorum P. XII. *. cere P. IIII. *. quibus adiç-
tur cedri cyathus rarus, olei laurini cyathi tres,
olei acerbi sextarius.

Dexij malagma, si quando callus in
articulis increuit.

SI quando autem in articulis callus increuit,
Dexius docuit imponere, calcis P. IIII. *.
ceruse P. V III. *. resinae pineæ P. XX. *. piperis
grana P. XX. cere P. II. *. Quibus dum consum-
duntur, hemina vini lenis instillatur.

DE E M P L A S T R I S.

C A P . XIX.

EXemplastris autem nulla maiorem usum
præstat, quam quæ cruentis protinus vul-
neribus injiciuntur, ἔνταψις Graeci vocant. Hæc
enim reprimunt inflammationem (nisi magna
ris eam cogit) atq; illius quoque impetum mi-
nuunt,

nuunt, cum glutinant vulnera, que id patiuntur, cicatricem ipsisdem inducent. Constant autem ex *alipara medicamentis non pinguibus, ideoq; *alipene nominantur.

Barbarum emplastrum nigrum, quod crucis protinus vulneribus iniicitur.

Optimum ex his est, quod Barbarum vocatur. Habet aeruginis rase p. XII.*. spuma argenti p. XX.*. aluminis, picis aride, resinae pineae, aride, singulorum p. I.*. quibus adiiciuntur olei et acetis singule hemine.

Chacon emplastrum nigrum, ad idem valent.

Alterum ad idem, quod $\chi\delta\alpha\nu\eta\pi$ vocant, habet spuma argenti p. C.*. resinae aride tantundem. Sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris color niger est, qui fere talis fit ex pice atq; resina. At ex bitumine nigerrimus: ex aeragine, aut aeris squama, viridis: ex minioruber, ex cerussa albua.

Basilicon emplastrum nigrum ad idem.

Paucæ admodum cōpositiones sunt, in quibus aliquid miscetur varietas nouat. Ergo id quoq; nigrum est, quod Basilicon nominatur. Habet panacis p. I.*. galbanum p. II.*. picis, et resinae singulorū p. X.*. olei dimidium cyathum.

Smaragdinum emplastrum nigrum
ad idem.

At quod peruiride est, smaragdinum appellatur, in quo sunt resinae pineae p. IIII.*. care p. I.*. aeruginis p. X.*. semis, thuris fuliginis p. II.*. olei tantundem, et aceti, quo fuligine

go & aerugo in unum cogantur.

Emplastrum rufum ad idem.

Est etiam coloris fere ruffi, quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videtur. Habet thuris P. I. *. resine P. II. *. squamae eris P. IIII. *. spuma argenti P. XX. *. cere P. C. *. olei hemina.

παραστολληκόμικον emplastrum ad idem.

Paterea est, quod παραστολληκόμικον glutinando vocant. Constat ex his: Bituminis, aluminis scissilis P. IIII. *. spuma argenti *P. *P. XL. IIII. *. & olei veteris hemina.

Cephalicum emplastrum Philotae carpi conuenienter.

Paterea sunt quædam generis eiusdem, que quia capitibus fractis maxime conueniunt, Cephalica à Græcis nominantur. Philotæ compositio habet: Terræ *eretrie, chalcitidis, singulo- *Ery- rum P. IIII. *. myrræ, eris combusti P. X. *. thraæ ichthyocolla singulorum P. VI. *. eruginis rase, aluminis rotundi, misyos crudi, aristolochiae, singulorum P. VIII. *. squamae eris P. XX. *. thuris masculi P. II. *. cere P. I. *. rose, & olei acerbi, ternos cyathios, aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur.

Emplastrum viride ad idem valent.

Alud ad idem viride, eris combusti, squa- mæ eris, myrræ, ichthyocholla, singulo- rum P. VI. *. misyos crudi, eruginis rase, aristolo- chiae, aluminis rotundi, singulorum P. VIII. *. cere *P. VII. *. olei hemina, aceti quod satis fit. *P. I.

Tetra

Tetrapharmacum emplastrum, ad pus mouendum.
Pri autē mouendo non aliud melius, quam
 quod expeditissimum est, Tetrapharmacon
 à Græcis nominatur. Habet pares portiones cerae,
 picis, resinae, seui taurini, si id non est, vitulini.

Enneapharmacum emplastrum ad pus mo-
 uendum, & ad purgandum valens.

Alterum ad idem Enneapharmacum no-
 minatur, quod magis purgat. Constat ex
 nouem rebus, cera, melle, seño, resina, myrrha,
 rosa, mediilla vel ceruina, vel vitulina, vel bu-
 lula, hyssopo, butyro. Quorū ipsorum quoq; pon-
 dera paria miscentur. Sunt autem quedam em-
 plastra, quibus utriusq; rei facultas est, quae si
 singula habenda sunt, meliora sunt. Sed in copia
 reycienda sunt, his potius adhibitis, quae proprie-
 id, quod eo tempore opus est, consequuntur. E-
 xempli cauſa duo proponam.

Attalum emplastrum ad vulnera.

* p.vi. **E**st igitur ad vulnera Attalum, quod habet
 squamæ aeris * p.x vi. *. fuliginis p.xv. *.
 ammoniaci tantundem, resine terebinthinæ li-
 quide p.xxv. *. seui taurini tantundem, acetis
 hemimasis tres, olei sextarium.

Iudæi emplastrum, fracto capiti accommodatum.

Ainter ea quæ fractio capiti accommo-
 dantur, habent quidam id quod ad au-
 torem Iudeum refertur. Constat ex his, salis
 p. *. iiiii. squamæ aeris rubri, aeris combusti, sin-
 gularum p. XII. *. ammoniaci, thymiamatis,
 thuris, fuliginis, resinae aride, singularum p.vi.
 *. refi

*. resine Colophoniace, cerae, seu vitulini curati, singulorum p. xx. *. aceti sesquicyathum, olei minus cyathum, τελεγανσιον μέρη Græci appellant, que curata vocant, cum ex suo, puta omnibus membranulae diligenter exemptae sunt aut ex alio medicamento.

Dia daphnidon emplastrum, ad extrahendum.

SVnt etiam quædam emplastra nobilia ad Sextrahendum. Que ipsa quoq; επιστραγινω nominantur. Quale est, quod quia lauri baccas habet, dia daphnidon appellatur. In eo est, resina terebinthinae p. x. *. nitri, cerae, picis aride, baccarum lauri, singulorum p. xx. *. olei paulum. Quoties aut baccam, aut mucem, aut simile aliquid posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summanam pelliculam esse demendam.

Aliud dia daphnidon ad extrahendum,
& pus mouendum.

Aliud eo nomine, quod puri quoq; mouendo est: Seui vitulini, ammoniaci, thymiamatis, picis, cerae, nitri, baccarum lauri, resinae aride, aristolochiae, pyrethri, pares portiones.

Philocratis emplastrum ad extrahendum,
& pus mouendum.

Preter has, est Philocratis, quod habet salis ammoniaci p. vii. *. aristolochiae p. viii. *. cerae, resinae terebinthinae, fuliginis, thun-
ris, singulorum p. xv. *. spinæ argenti. *p. lii. *p. xxxii
*. Quibus ut pus quoq; moueant, iridis p. iii.
*. & galbanū p. vi. *. adiiciuntur.

Rhypodes emplastrum, ad extrahendum.

Optimum

Optimum tamen ad extrahendum est id quod à similitudine sordium prænōdes Graeci appellant. Habet myrrhae, croci, iridi, propolis, bdellij, capitulorum punici mali, aluminis & scissilis & rotundi, misyos, chalcitis, atramenti futorij coeli, panacis, salis ammoniaci, visci, singulorum p. IIII. *. aristolochiae p. VIII. *. squame æris p. XVI. *. resina terebinthinae p. LXXV. *. cere, & seui vel taurini, vel hircini p. C. *

Emplastrum Hecatei, ad extrahendum.

Hecat eo quoq; autore emplastrum generis eiusdem fit ex his, galbani p. II. *. fuliginis thuris p. IIII. *. picis p. VI. *. cere, & resina terebinthinae, singulorum p. VIII. *. quibus paulum irini vnguenti miscetur.

Alexandrinum emplastrum viride, ad extrahendum.

Valensq; ad idem emplastrum viride Alexandrinum est. Habet aluminis scissilis p. VIII. *. salis ammoniaci p. *. VIII. 3. squame æris p. XVI. *. myrrhae, thuris, singul. p. XVIII. *. cere p. CL. *. resina Colophoniaca, aut pinee *p. CC. *p. CXC. *. olei heminam, acetii sextarium.

De emplastris exedentibus.

Quedam autem sunt emplastra exedentia, quæ συντίνα Graeci vocant, quale est id quod habet resina terebinthinae, fuliginis thuris, singulorum p. *. 3. squame æris p. I. *. ladani p. II. *. aluminis tantundem, spume argenti p. IIII. *

Emplastrum quod exest corpus, & ossa resoluit,
& supercrescentem carnem coërcet.

Exest

Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoq; resoluit, & supercrescentem carnem coercet, id quod babet spuma argenti, squamae aeris, vinci as singulas, nitri ignem non experti, lapidis Asy, aristolochiae p. sextates, cerae, resine terebinthine, thuris, olei veteris, atra meti sutoris, salis ammoniaci p. semis, eruginis rase p. bessem, aceti stillitie heminam, uini aminei tantundem.

Emplastra aduersus morsus, & alia recentiora vulnera.

SVnt etiam aduersus morbus quedam accommodata, quale est Diogenis nigrum, quod habet bituminis, cerae, resine pineae aridae singulorum p. x x .*. spuma argenti p. c. *. olei sextarii. Aut in quo sunt squamae aeris p. I I I I .*. cerusse, & eruginis* rase, singulorum p. V I I I .* passae *. ammoniaci p. X I I .*. cerae, resine pineae, singulorum, p. X X V .*. spume argenti p. c. *. olei sextarium. Aut in quo sunt squamae aeris p. X I I I I .*. galbani p. V I .*. cerusse, & eruginis rase, singulorum p. V I I I .*. ammoniaci p. X I I .cerae, resine pineae, singulorum* p. L V .*. *p. XL V. ex quibus spuma argenti concoquitur.

Ephesum emplastrum rubrum, ad
idem valens.

Rubrum quoque emplastrum quod* Ephesum vocatur hic aptum est. Habet resine terebinthine p. I I .*. galbani p. *. I I I I . minij sinopici p. V I .*. thuris fuliginis p. VI .*. cerae p. V I I I .*. spuma argenti p. L V I .*. olei veteris heminam.

Aliud emplastrum ad idem valens.

Item id quod ex his constat, squame aeris, thuriis fuliginis, singulorum P. I I I I. *. galbani P. VI. *. salis ammoniaci P. *. X I I. .3 cere P. XX V. *. olei tribus heminis. Hec autem alijs quoq; recētioribus vulneribus recte imponūtur.

Aiu^m emplastra non granibus vulneribus accommodata, & maxime senilibus.

SVNT enim alba lenia, λΟVΝΑ Greci vocant, serè non graibus vulneribus accommodata, præcipueq; senilibus. Quale est quod habet *P. XXX cerussæ *P. L I I. *. seni vitulini curati, & cere, singulorum P. L V I I I. *. olei heminas tres, II. ex quibus ea cerussa coquitur.

Elephantinum emplastrum.

ALiud quod habet cerussæ P. X X. *. cere *P. L V. *. olei heminan, aquæ sextarium. Quæ quoties adiçiuntur cerussæ, vel spuma argenti, scire licet illa ex his coquenda esse. Est autem ea percandida compositio, quæ suprà posita est, ideoq; elephantina nominatur.

Lenia emplastra.

LEnia quoq; quedam emplastra sunt, quas nomen sere Græci nominant, ut id quod habet minij P. I I I I. *. spume argenti P. X X V. *. cere, & adipis suille, singulorū P. X X V I I. vitellos quatuor.

Emplastrum lene.

Alia compositio generis eiusdem, cere, resine terebinthina, singulorum P. V I. *. *P. VIII. cerussæ *P. V I. *. spume argenti, plumbi recrementis,

menti, scoriam molybdi Græci vocant, singulorū
p. x x. cicini olei, & myrti, singulorum heminæ.

Archaghati emplastrum lene.

Tertia quæ ad autorem Archaghatum refertur, Misyos cocti, æris combusti, singulorum, p. i i i i. *. cerussæ coctæ p. v i i i. *. resinae terebinth. p. x. *. spumæ argenti p. v i. *. Emplastra eiusdem generis ad lenientiam apta.

Etiam generis eiusdem, spumæ argenti, cerae, adipis suillæ, singulorū p. x x v i i. *. vitelli cocti, rose heminæ. Aut cerati ex oleo myrteo facti partes tres, adipis suillæ pars quarta, paulum ex plumbi recreemento. Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marine altera cocta donec bullire desierit, cui paulum cerae sit adiectum, aut pares portiones cerae, seui, stibi, spumæ argenti, cerussæ.

De pastillis, & primo de his qui ad recentia vulnera glutinanda, sanandaq; apti sunt. C A P. X X.

Pastilli quoq; facultates diuersas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda, sanandaq; apti. Qualis est qui habet chalcitis, misyos, spumæ nitri, floris æris, gallæ, aluminis scissilis modice cocti, sing. p. i. *. æris combusti, capitulorum mali punici, singulorum p. i i i. *. Hunc oportet diluere aceto, sic ubi vulnera glutinandus est, illimere. At si nervosus aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere, sic ut illius octo partes, nona huius sit.

Alius pastillus ad glutinanda vulnera,

r 2

Alius

Alius ad idem constat ex his, bituminis, aluminis scissilis, singulorum p. i. *. eris combusti p. i i i i. *. spuma argenti p. x i. *. olei sextario.

De sphragide pastillo, quem Polybus consecit
ad glutinandum vulnus.

Sed longe Polybi celeberrimus est, Sphragis autem nominatur, qui habet aluminis scissilis p. *. i. 3. atramenti sutorij p. i i. *. myrrae p. v. *. aloës tantundem, capitulorū punici mali, fellis taurini, singulorum p. v i. *. Quæ contrata vino austero excipiuntur.

Pastillus ad vleera sordida, & nigritiem in auribus, naribus, & in obscœnis partibus, inflammationesq; eorum.

Ad vleera sordida, & nigritiem in auribus, naribus, obscœnis partibus, inflammationesq; eorum: Chrysocollæ p. i. *. atramenti sutorij, aluminis scissilis, sing. p. i i. *. halicacabi corticis p. i i i i. *. minij p. v i. *. spuma argenti p. x i i. *. cerusse p. x v i. *. Quæ ex aceto & coguntur, & ubi utendum est, diluuntur.

Pastillus Andronis ad unam inflamatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia.

Andronis vero est ad unam inflamatam, ad naturalia sordida etiam cancro laborantia: Galle atramenti sutorij, myrræ, singulorum p. i. *. aristolochiae, aluminis scissilis, singulorū p. i i. *. capitulorū punici mali p. x x v. *. ex passo coactorum, & (cum usus exigit) aceto vel vino dilutorum, prout valentius aut lenius.

lenius vitium est, cui medendum est.

Pastillus ad fissā ani, vel ora venarū fundētia sanguinem vel cancrum.

Propriè autem ad ani fissā, vel ora venarū fundētia sanguinē, vel cancrum: Aeruginis p. i i. * myrrhae p. x i i. * stibis, lacrymæ papaveris, acaciæ singulorū. p. x v i. * Quæ ex vino & teruntur, & in ipso v̄su deliquantur.

Pastillus ad expellendum calculum
cum vrina.

Expellere autem ex vesica cum vrina cal-
culum videtur hec compositio: Castia, cro-
ci, myrrhae, costi, nardi, cinnamomi, dulcis radie-
ris, balsami, hyperici pares portiones conterun-
tur, deinde vīnum lene instillatur, & paſtilli-
fiunt, qui singuli habeant p. *. 3. hiq; singuli
quotidie mane ieūno dantur.

De pessis.

C A P. XXI.

Haec tria compositionum genera, id est,
que in malagmatiſ, paſtilliſ, emplaſtriſq;
ſunt, maximum, præcipueq; varium vſum pre-
ſtant. Sed alia quoq; vtilia ſunt, vt ea que fæmi-
nis ſubjiciuntur (πένεις Græci vocant.) Eorū hec
proprietas eſt: Medicamenta coſpoſita molli lana
excipiuntur, eaq; lana naturalibus conditūr.

Ad ſanguinem euocandum.

Ad ſanguinem autem euocandum, caueis
duabus adiicitur nitri* p. i. * aut allij ſe- * p. i i.
men conteritur, adiicitur myrrhae paululum, &
vnguento ſuſmo miſcetur, aut cucumeris sylue-
ſtris pars interior, ex lacte muliebri diluitur.

r 3 Ad

Ad vuluam molliendam.

Ad vuluam molliendam, oui vitellus, & fænum Græcum, & rosa & crocum temperantur. Aut elaterij p. x. 3. salis tantundem vna taminie p. v i. x. melle excipiuntur.

Alia pessi compositio ad idem valens.

A Ut Boëthio autore, croci, resine & terebinthinae, singulorum p. x. i i i i. myrrhae p. x. 3. rosa 8. i. x. seu vitulini p. x. 3. cere p. i i. x. miscentur.

Ad inflammationes vuluq; Numenij pessus.

Optima autem aduersus inflammationes vulue, Numenij compositio est, que habet croci p. x. 3. cere p. i. x. butyri p. v i i i. x. adipis anserini p. x i i. x. vitellos coctos duos, rosa nimis cyatho.

Ad ejiciendum è vulua infantem mortuum.

Si verò infans intus decessit, quo facilius ejiciatur, malicorium ex aqua terendum, eoq; vtendum est.

Si mulier vitio locorum concidit, qua curatione vtendum sit.

Si concidere vitio locorum mulier solet, cohæse cum testis suis comburendæ, conterendæq; deinde his mel adūciendū est. Si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est.

De medicamentis quibus aridis utimur.

C A P. XXII.

Ad carnem supercrescentem exedendam.

Quedam autem mistura medicamentorum sunt, quibus aridis neq; coactis utimur, sic vt inspergamus, aut cum aliquo liquido mista

mis̄ta illinamus, quale est ad carnem supercre-
scētē exedendam, quod habet squame, fuligi-
nis thuri, singulorum p. i. *. eruginis p. i i. *.
Hec autē eadem cum melle purgant ulcera, cum
cera implēt. Misy quoq; et galla, si paribus por-
tionib. misceātur, corpus consumit, eaq; vel aris-
da inspergere licet, uel excepta admia, illinire.

Ad putrem carnem continendam, ne vlt̄a serpat,
eamq; leniter exedendam plurcs compositiones.

Putrem vero carnē continet, neq; vlt̄a ser-
pere patitur, & leniter exest, mel, vel cum
lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleæ folijs,
antē ex vino decoctis. Item ferculata campania in
mulso cocta, deinde contrita, aut calx cum cera-
to, aut amaræ mices cum allio, sic vt huius pars
tertia sit, paulumq; his croci adiūciatur. Aut
quod habet spuma argenti p. v i. *. cornu bubuli
combusti p. x i i. *. olei myrtei, & vini cyathos
ternos. Aut quod ex his constat: Floris punici
mali, atramenti sutorij, aloës, singulorū p. i i. *.
aluminis scissilis, thuri singul. p. i i i i. *. gallæ
p. v i i i. *. aristolochiae p. x. *. Vehementius
idem facit etiam adurendo auripigmentum cum
chalcidine, & aut nitro, aut calce, aut charta
combusta. Item sal cum aceto. Vel ea compositio
que habet chalcidis, capitulorum punici mali,
aloës, singulorum p. i i. *. aluminis scissilis, thu-
ris, singulorū p. i i i i. *. gallæ p. v i i i. *. aristolochiae p. x. *. mellis quam nū satis sit ad ea co-
genda. Vel cantharides p. i. *. sulphuris p. i. *. *

loli p. 111.*. Quibus adiicitur picis liquide quantum satis est, adiungendum mel, chalcitis quoq; cum resina & ruta mista, aut cum eadem resina diplryges, aut vua taminia, cum pice liquida. Idem vero possunt feces vini combustae, & calcis, & nitri pares portiones, vel aluminis scissilis p.*.33 thuris, sandarace, nitri, singulorum p.*.1 gallae p.v 111.* aristolochiae p.x.*. mellis quantum satis est.

Hieræ compositio.

Est etiam Hieræ compositio que habet myrræ, chalcedonis, singulorū p. 11.*. aloës, thuris, aluminis scissilis, singulorum p.1111.*. aristolochiae, gallæ immaturæ, singul. p.v 111.*. *p.x. mali corij contriti* p.x x.*.

Iudei compositio.

Est & Iudei, in qua sunt calcis partes due, nitri quam ruberrimi pars tertia, quæ urina impuberis pueri coguntur, donec strigimenti crassitudo sit. Sed subinde is locus, cui id illimitatur, madefaciendus est.

Iollæ compositio.

At Iollas, chartæ combustæ, sandarace, singulorum p.1.*. calcis p. 1 1.*. auripigmenti tantundem miscebat.

Ad sanguinis profluvia vel ex membrana cerebri, vel alijs locis, & ad cancrū, & ad inducendam cicatricē, & ad coercendam carnē crescentem.

Si vero ex membrana, que super cerebrū est, profluit sanguis, vitellus combustus & conatus inspergi debet, si alio loco sanguinis profluuium

*fluum est, auripigmenti, squame crinis, singulorum p. I. *. sandaracae p. II. *. marmoris cocti p. IIII. *. inspergi debet. Eadem cancro quoq; obsistunt. Ad inducendam cicatricem, squame crinis, thuris fuliginis, sing p. I. *. calcis p. IIII. *. Eadem incrementem quoq; carnem coercent.*

Timeti compositio ad ignem sacrum
vel cancrum.

Timeus autem ad ignem sacrum, vel ad cancrum his utebatur, myrrhae p. III. *. thuris, atramenti sutorij, singulorum p. IIII. *. sandaracae, auripigmenti, squame crinis, singulorum p. IIII. *. gallae p. V. *. cerussa combustae p. V IIII. *. Eadē vel arida inspersa, vel melle excepta idem præstant.

Ad sternutamenta excitanda.

Sternutamenta vero vel albo veratro, vel struthio coniecto in nares excitantur, vel his mistis, piperis, veratri albi, singulorum p. *. 3. castorei pondo 1. *. spuma, nitri p. III. *. struthij p. IIII. *.

Gargarizationes quibus fieri
debeant.

Gargarizationes autem aut leuandi causas sunt, aut reprimendi, aut euocandi. Leniant lac, tremor, vel ptisane, vel furfurum. Reprimit aqua, in qua vell lenticula, vel rosa, vel rubus, vel cotoneum malum, vel palmulae decocte sunt. Euocant, sinapi, piper.

r s De

De antidotis, & quibus malis optulerentur.

C A P. XXIII.

Antidota raro, sed præcipue interdum necessaria sunt, quia grauiſſimis casib⁹ optulantur. Ea recte quidem dantur collisis corporib⁹ vel per iectus, vel ubi ex alto deciderunt, vel in viscerum, laterum, faucium, interiorumq; partium dolorib⁹. Maxime autem desideranda sunt aduersus uenena, uel per morsus, vel per cibos, aut potionē nostris corporib⁹ inserta.

Compositio antidoti.

VNum est quod habet lacrymæ papaueris p. x. 3. acori malobatri p. v. *. iridis illyrica, gummi, singulorum p. I I. *. anisi p. I I I. *. nardi gallici, foliorum rosæ aridorum, cardamomi, singulorum p. I I I I. *. petroselini p. *. I I I I. 3. trifoliū p. v. *. casiae nigre, filis, bdellij, balsami, seminis piperis albi, sing. p. x. 3. styracis p. *. v. 3. myrræ, opoponacii, nardi syri, thuris masculi, hypocristidis succi, sing. p. v I. *. castorei p. v I. *. coſti, piperis albi, galbani, resinæ terebinthinae, croci, floris iunci rotundi, singulorum p. *. v I. 3. dulcis radicis p. v I I I. *. 3. Quæ vel melle vel passo excipiuntur.

Aliud antidotum Ambrosia nominatū, quod Zopyrus Ptolemeo regi composuit.

Alterum quod Zopyrus regi Ptolemeo dicetur composuisse, atq; Ambrosiam nominasse, ex his constat: Coſti, thuris masculi, singulorum p. v. *. piperis albi p. *. 3. floris iunci rotundi p. I I. *. cinamomi p. I I I. *. casiae nigre

F.

P. I I I I . * . croci Cilicij p. * . I I I I . 3 . myrrhae
 quam staetlen nominat p. v . * . nardi indici p. * .
 v . 3 . Que singula cōtrita melle cocto excipiuntur.
 Deinde ubi utendū est, id quod Aegyptiæ fabæ
 magnitudinē impleat in potionē vini diluitur.

Antidotum Mithridatis.

Nobilissimum autem est Mithridatis, quod
 quotidie sumendo rex ille dicitur aduer-
 sus uenenorum pericula tutum corpus suum red-
 didisse. In quo haec sunt, costi p. * . s. 3 . acori
 p. v . * . hyperici, cumini, sagapeni, acaciae succi,
 iridis Illyricæ, cardamomi, singulorum p. I I . * .
 anesi p. I I I . * . nardi gallici, gentiane, radis-
 cis, aridorian rosæ foliorum, singulorum p. I I I I .
 * . papaueris lacrymæ, petroselini, singulorum
 p. * . I I I I . 3 . casiae, silis, lolij, piperis longi, sin-
 gulorum p. v I . * . stratus p. * . v . 3 . castorei,
 thuris, hypocistidis succi, myrrhae, opopanaxis,
 singulorum p. v I . * . malobatiri folij p. v I . * .
 floris iunci rotundi, resinæ terebinthinae, gal-
 bani, dauci cretici seminis, singulorum * p. * . v . * p. * . VI .
 3 . nardi, opobalsamum, singulorum p. * . v I . 3 .
 thlaspis p. * . v . 3 . radicus ponticae p. v I I . * .
 croci, Zingiberis, cinnamomi, singulorum p. * .
 v I I I . 3 . Hec contrita melle excipiuntur,
 & aduersus venenum, quod magnitudinem nu-
 cuis Graecæ impleat, ex vino datur. In ceteris ast-
 tem affectibus corporis pro modo eorum, vel
 quod Aegyptiæ fabæ, vel quod erui magnitu-
 dinem impleat, satis est.

D R

DE A C O P I S .

Acopum neruis vtile. C A P . X X I I I I .

Acopum quoque vtilia neruis sunt. Quale est quod habet floris iunci rotundi p . * . 1 1 . 3 3 . costi, iunci quadrati, lauri baccarii, ammoniaci, cardamomi, sing. p . * . 1 1 1 1 . 3 myrrhae, eris combusti, singulorum p . * . v 1 1 . iridis illyricae, cere, singulorum p . 1 1 1 1 . * alexandrini calami, iunci rotundi, aspalathi, xylobalsami singulorum p . x v 1 1 1 . * . seu p . 1 . * . vnguenti irini cyathum.

Acopum Euodes neruis vtile.

* ελαϊω-
δες **A**lterum quod *σύνθετο vocat, hoc modo fit, acere p . * . 3 . olei tantudem, resinae terebinthine ad nucis iuglandis magnitudinem simul incoquuntur, deinde infusa in mortario teruntur, instillaturque; subinde quam optimi mellis acetabulum, tum irini vnguenti, & rose terni cyathum.

Enchrista ad vlcera purganda & implenda.

Eγχρισαι autem Graeci vocant liquida que illuntur. Quale est quod fit, ad vlcera purganda, & implenda maxime inter nervos, paribus portionibus inter se mixtis, butyri, medule vitulinae, seu vitulini, adipis anserinae, cere, cilini mellis, resinae terebinthine, rosa, olei *cicini. Que separatim omnia liquantur, deinde liquida miscentur, & tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat: magis vero emollit, si pro rosa cyprus infunditur.

Ad sacrum ignem.

Ad sacrum ignem spuma argenti p . v 1 . * . cornu bubuli combusti p . 1 1 . * . conteruntur,

tur, adiiciturq; inuicem vinum, & id quod spe-
cialiter si vocatur, & myrteum, donec vtriusq;
terni cyathi conficiantur.

De Catapotiis. C A P. XXV.

Catapotium ad somnum accersendum, & le-
uationem doloris, & simul ad coquendum:

CAtapotia quoque multa sunt, varijsq; de
causis sunt. Anodyna vocant, que somno
dolorem leuant. Quibus vti, nisi nimia necessi-
tas vrget, alienum est. Sunt enim ex rehemen-
tibus medicamentis, & stomacho alienis. Potest
tamen etiam ad concoquendum, quod habet pa-
paueris lacrymæ, galbani, singulorū p. i. * . myr-
rhæ, castorei, piperis p. i i. *. Ex quibus quod
erui magnitudinem habet, satis est deuorasse.

Catapotium valentius ad somnum.

Alterum stomacho peius, ad somnum va-
lentius ex his fit, mandragoræ p. *. 3. apij
seminis, item hyoscyami seminis, singulorum p.
i i i i. *. Que ex vino teruntur. Vnum autem
eiusdem magnitudinis, que suprà posita est, abun-
de est sumpfisse.

Catapotium ad plurimos dolores per
somnum leniendos.

Siue autem capit is dolores, siue vlcera, siue
slippitudo, siue dentes, siue spiritus difficul-
tus, siue intestinorum tormenta, siue inflammatio
vulnæ est, siue coxa, siue iecur, aut lienis, aut la-
tus torquet, siue vitio locoriæ aliqua prolabitur,
& obmutescit, occurrit dolori per quiete eiusmo
di catapotium: Silis, acori, ruta sylvestris semi-
nis,

ni, singulorum p. i. *. castorei, cinnamomi, singulorum p. ii. *. papaveris lacrymae, panacis, radicis mandragorae, malorum aridorum, iunci rotundi floris, singulorum p. ii. *. piperis grana l. v. i. Hæc per se cōtrita, rursus instillato subinde passo, simul omnia teruntur, donec crassitudo sordium fiat. Ex eo paulum aut denoratur, aut aqua diluitur, & potui datur.

Catapotium aliud ad multa valens.

Quæmetiam sylvestris papaveris cum iam ad excipiendam lacrymam maturum est, manipulus, qui manu comprehendendi potest, in vas demittitur, & superinfunditur aqua, que id contegat, atq; ita coquitur. Vbi iam bene manipulus is coctus est, ibidem expressus proiecitur, & cum eo humore, passi pari mesura miscetur, inferuetq; donec crassitudinem sordium habeat. Cum infrixit, catapotia ex eo fiunt, ad nostræ fabæ magnitudinem, habentq; vsum multiplicè. Nam & somnum faciunt, vel per se assumpta, vel ex aqua data, & aurium dolores leuat, adiecitq; exiguo modo rutæ succo, ac passi. Et tormina supprimunt ex vino liquata, & inflammationē vuluae coercent, mixta cerato ex rosa facto, cum paulum his croci quoq; accessit, & ex aqua fronti inducta, pituitam in oculos decurrentē tenent.

Catapotium ad induendum somnum, quod vulua dolens prohibuit.

Item si vulua dolens somnum prohibuit, craci p. ii. *. anisi, myrrhae, singulorum p. i. *. papaveris

*papaveris lacrymae p. I I I I . * . cicutæ seminis p. V I I I . * . miscentur, excipiunturq; vino vete-
re, & quod lupini magnitudinem habet in tri-
bus cyathis aquæ diluitur. Id tamen in febre pe-
riculose datur.*

Ad iecur fñandum.

Ad sanandū iecur nitri p. * . 3. croci, myrrhæ, nardi Gallici, singulorum p. I . * . mel-
le excipiuntur, daturq; quod Aegyptiæ fabæ
magnitudinem habeat.

Ad finiendos dolores lateris.

Ad lateris dolores finiendos, piperis, ari-
stolochiae, nardi, myrrhæ pares portiones.

Ad thoracis dolores finiendos.

Ad thoracis, nardi p. I . * . thuris, casiae, sin-
gulorum p. I I I . * . myrrhæ, cinamomi sin-
gul. p. VI . * . croci p. V . I I . * . resinae terobin-
thina quadrans, mellis hemine tres.

Catapotium Athenionis ad tussim.

Ad tussim Athenionis, myrrhæ, piperis,
singulorum p. I . * . castorei, papaveris la-
cryma, singulorum p. I . * . Quæ separatim con-
tusa, postea iunguntur, & ad magnitudinem
fabæ nostræ, bina catapotia mane, bina noctu
dormituro dantur.

Catapotium Heraclidis Tarentini, ad
tussim, & somnum

Si tussis somnis prohibet, ad utrūq; Heracli-
dis Tarētius, croci p. I . * . cinamomi, castorei,
papaveris lacryma, singulorū p. I . * . myrrhæ, pi-
peris longi, costoli, galbanū, singulorum p. * . 3.

Catap

Catapotium ad purganda vlcera in
faucibus tussientibus.

Quod si purgada sunt vlcera in faucibus
tussientibus, panacis, myrrhae, resina te-
rebinthinae, singulorum p.v.*. galbani p.*.3.
hyssopi p.*.3. conterenda sunt, hisq; hemina
mellis adiicienda, et quod digito excipi potest,
deuorandum est.

Colicæ Cassii medici.

Colicæ verò Cassij ex his constat, croci, ani-
si, castorei, singulorum p.111.*. petrose-
lini p.111.*. piperis et longi, et rotundi, sin-
gulorum p.v.*. papaueris lacrymae, iunci rotun-
di, myrrhae, nardi, singulorum p. v i. *. Quæ
melle excipiuntur. Id autem et deuorari potest,
et ex aqua calida sumi.

Ad infantem mortuum aut secundas impellendas.

Infantem verò mortuum, aut secundas expel-
lit aquæ potio, cui salis ammoniaci p.1.*. aut
cui dictami Cretici p.1.*. adiectum est.

Laborantibus ex partu quid dari debeat.

EX partu laborantibus erisimum, ex vino
tepidio ieunæ dari debet.

Ad adiuuandum vocem.

Vocem adiuuat thuris p. 1. *. in duobus
cyathis vini datum.

Aduersus difficultatem vrinæ.

Adversus vrinæ difficultatem, piperis lon-
gi, castorei, myrrhae, galbani, papaueris la-
crymae, croci, cocti vnciæ singulae, styracis, resinæ
terebinthinae pondo sextates, mel, absinthij cya-
thus.

thus. Ex quibus ad magnitudinem fabæ Aegyptiæ, & manæ, & cœnato dari debet.

Arteriæ compositio quomodo fiat.

Arteriace verò hoc modo fit, casiae, iridis, cinamomi, nardi, myrræ, thuris singulorum p. i. *. croci p. i. *. piperis grana x x x. ex passi tribus sextarijs decoquuntur, donec mellis crassitudo his fiat. Aut croci, myrræ, thuris, singulorum p. i. *. coniunctur in passi eundem modum, eodemq; modo decoquuntur. Aut eiusdem passi hemine tres usque èo coquuntur, donec extracta inde gutta indurescat, & adiicitur tri tæ casiae p. i. *.

De quinque generibus noxarum corporis, & primo de vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur.

C A P. XXVI.

Cum facultates medicamentorum proposuerim, genera in quibus noxa corpori est, proponam. Ea quinque sunt. Cum quid extrinsecus lœsit, ut in vulneribus. Cum quid intra se ipsum corruptum est, ut in cancro. Cum quid invatum est, ut in vesica calculus. Cum quid increvit, ut vena, quæ intumescens, in varicem convertitur. Cum quid deest, ut cum curta pars aliqua est. Ex his alia sunt, in quibus plus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his, quæ præcipue scalpellum & manum postulant, nunc de his dicam, quæ maxime medicamentis regent. Diuidam autem hanc quoque curandi partem sicut priorem. Et antè dicam de his, quæ in quamlibet partem corporis incidunt.

s

Tum

*Tum de his, quæ certas partes infestant. Incipiā
à vulneribus. In his autem ante omnia scire me-
dicus debet, quæ insanabiliā sint, quæ difficultē
curationem habeant, quæ promptiorem. Est enim
prudentis hominis, primum eum qui seruari non
spem potest, non attingere, nec subire spiciem eius, ut
occisi, quem sors ipsius peremit. Deinde rbi gra-
uis metus, sine certa tamen desperatione est, in-
spem dicare necessarijs periclitantis in difficultē rem
esse, ne si viēta ars malo fuerit, vel ignorasse, vel
fēfelliſſe videatur. Sed ut hæc prudenti viro con-
ueniunt, sic rursus histrionis est, paruam rem at-
tollere, quò plus præstīsse videatur. Obligariq;
equum est, cōfessione prompte rei, quò curiosius
etiam circūficiat, ne quod per se exiguum est
malum, maius curantis negligentia fiat.*

Quæ vulnera insanabiliā sint.

Seruari non potest, cui basis cerebri, cui cor,
cui stomachus, cui iocinoris portæ, cui in spi-
na medulla percussa est, cuiq; aut pulmo medius,
aut ieenum, aut tenuis intestinum, aut ventricu-
lus, aut renes vulnerati sunt, cui ue circa fau-
glandes, ces grandes venæ, vel arteriæ præcise sunt.
venæ vel *Quæ vulnera difficultē curationem habeant.*
arteriæ, &c. *Vix autem ad sanitatē perueniunt, quibus*

*Villa parte pulmo, aut iocinoris crassum,
aut membrana quæ continet cerebrum, aut lie-
nis, aut vulna, aut vesica, aut vellum intestinum,
aut ceptum trāfuersum vulneratum est. Hi quo-
que in præcipiti sunt, in quibus usque ad gran-
des*

des, intusq; conditas venas, in aliis vel poplitibus mucro * desedit. Periculosa etiam vulnera * descēdit. sunt, vbiq; vene maiores sunt, quoniam exhaudire hominem, profusione sanguinis possunt. Idq; euenit non in aliis tantum, atq; poplitibus, sed etiam in his venis, que ad anum, testiculosq; perueniunt. Prater hæc malum vulnus est, quod cunque in aliis, vel feminibus, vel manibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est. Item quodcumq; muscularum, aut nervum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læsit.

Quæ vulnera tutiorem curationem habeant.

Tutissimum omnium, quod in carne est, & hæc quidem loco, vel peiora, vel meliora sunt. Modò vero periculus facit, quodcumq; magnū est.

Observationes quedam, & etatis, & corporis & vite, & temporis in vulneribus.

Aliquid etiam in vulneris genere, figuraq; est. Nam peius est quod etiam collisum, quam quod tantum discissum est, adeo ut acuto quoq; quam retuso telo vulnerari cōmodius sit. Peius etiā vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quo'ue caro alia parte abscissa, alia dependet. Pessimaq; plaga in orbem est: tutissima, que lineæ modo recta est. Quod demde propius hinc, illi'ue figuræ vulnus est, eo vel deterius, vel tolerabilius est. Quin etiam confert aliquid etatis, & corpus, & vita propositū, et anni tempus: quia facilius sanescit puer, vel adolescens, quam senior, valēs, quam infirmus: neq; nimis

et
tenuis,

tenuis, neq; nimis plenus, quām si alterum ex his est. Integri habitus, quām corrupti: exercitatus, quām iners: sobrius, & temperans, quām vino, veneri& deditus. Opportunissimumq; curationi tempus vernum eſt, aut certe neq; feruens, neq; frigidum. Siquidē vulnera & nimius calor, & nimium frigus infestant: maximè tamen horum varietas, ideoq; perniciōsissimus autumnus eſt. Sed pleraq; ex vulneribus oculis subiecta sunt, quorundam ipſe sedes indices sunt, quas alio loco demonstrauimus, cū positus interiorum partium ostendimus. Veruntanen quia quedam vicina sunt, interest quoque vulnus in summa parte sit, an penitus penetrauerit: necessarium eſt notas subiçere, per quas quid intus actum sit, scire possumus, & ex quibus vel ſpes, vel desperatio oritur.

Signa percussi cordis.

Igitur corde percusſo, ſanguis multus effertur, vene langueſcunt, color pallidissimus, ſudores frigi, maliq; odoris, tanquam in rotato corpore oriuntur, extremisq; partibus frigidis, matrora mors fequitur.

Signa pulmonis iecti.

Pulmone uero iecto, ſpirandi difficultas eſt, ſanguis ex ore ſpumans, ex plaga rubens, ſimilq; etiam ſpiritus cum ſono fertur: in vulnus inclinari iuuat, quidam ſine ratione conſurgunt. Multis in ipſum vulnus inclinati ſunt, loquuntur: ſi in aliam partem, obmutescunt.

Signa

Signa iocinoris vulnerati.

Iocinoris autem vulnerati notæ sunt, multus sub dextra parte præcordium profusus sanguis, ad spinam reducta præcordia, in ventrem cubandi dulcedo, punctiones, doloresq; usque ad iugulum, iunctumq; ei latus scapularium, os intentum. Quibus nonnunquam etiam biliosus vomitus accedit.

Signa percussorum renum.

REnibus verò percussis, dolor ad inguina, testiculosq; descendit, difficulter urina redditur, eaq; aut est cruenta, aut cruor fertur.

Signa vulnerati lienis.

AT liene icto, sanguis niger à sinistra parte prorumpit, præcordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt, sitis ingens oritur, dolor ad iugulum, sicut iocinore vulnerato venit.

Signa percussæ vulnæ.

AT cum vulna percussa est, dolor inguinalis, & coxis, & femoribus est. Sanguinis pars per vulnus, pars per naturale descendit, vomitus bilis insequitur. Quedam obtumescunt, quedam mente labuntur, quedam sui compotes, nervorum, oculorumq; dolore urgeri se confitent, morientesq; tandem, eadem que corde vulnerato patiuntur.

Signa percussi cerebri, vel membranæ eius.

SIn cerebrum, membrana'ue eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdā etiam per aures exit, fereq; bilis vomitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur, appellati' que

s 3 ignor

ignorant. Quorundam trux vultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atq; illuc mouentur. Fereq; tertio vel quinto die delirium accedit. Multorum et iā nerui distenduntur. Ante mortem autē pleriq; fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori obiciunt.

Signa percussi stomachi.

VBi stomachus autem percussus est, singulatus, & bilis vomitus insequitur. Si quid cibi vel potionis assumptum est, id redditur cito. Venarum motus elanguescunt, sudores tenues oriuntur, per quos extremae partes frigescunt.

Signa ieloni intestini, & ventriculi vulnerati,
& aliorum intestinorum.

Conmunes verò iejuni intestini, & ventriculi vulnerati notæ sunt. Nam cibus, & potio per vulnus exehunt, præcordia indurescunt, nonniquam bilis per os redditur. Intestino tantum sedes inferior est. Cætera intestina iela vel stercus, vel odorem eius exhibent.

Signa percussæ medullæ, que in spina est.

Medulla verò que in spina est discussa, nerui resoluuntur, aut distenduntur, sensus intercidit: interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel virum, vel etiam stercus excermunt.

Signa septi transuersi percussi.

Atsi septum transuersum percussum est, præcordia sursum contrahuntur, spinadoret, spiritus rarus est, sanguis spumans fertur.

Signa

Signa vesicę vulneratę.

Vesica vero vulnerata, dolēt inguina. Quod super pubē est, intenditur, pro vrina sanguis, aut ex ipso vulnero vrina descendit, stomachus afficitur. Itaq; aut bilem vomunt, aut sanguinunt, frigus, & ex eo mors sequitur.

De sanguine, & sanie, & pure, & eorum speciebus, quando meliora, deterioraue sint.

His cognitis, etiam nunc quedam alia no-scenda sunt, ad omnia vulnera vlceraq;, de quibus dicturi sumus, pertinetia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, varie crassa, et glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albissimumq; glutinosius & sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex vulnero recenti, aut iam sanescente. Sanies est inter vtrunq; tempus: Pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & sanies, & pus quasdam species Gracis nominibus distinctas habent. Est enim quedā sanies, quae vel ixōg, vel *meliceria nominatur. Est pus, *μελίκη- quod ἐλαιῶδες appellatur. ixōg tenuis, subalbi- gō dus ex malo vlcere exit, maximeq; ubi neruo leso inflammatio secuta est. Meliceria crassior, & glutinosior, subalbida melliq; albo subfamilis fertur. Hec quoq; ex malis vlceribus, ubi nervis circa articulos lesi sunt, & inter haec loca, maxime ex genibus. Elaiowdes tenuis, subalbidum, quasi vnelatum colore atq; pinguitudine, oleo albo non dissimile, adparet in magnis vlceribus

s 4 sanescen

sanescentibus. Malus autem est sanguis nimium
aut tenuis, aut crassus, colore vel liuidus, vel ni-
ger, aut pituita mistus, aut varius. Optimus ca-
lidus, rubes, modice crassus, non glutinosus. Itaque
protinus eius vulneris expedita magis curatio
est, ex quo sanguis boniter fluxit. Itetque postea spes
in his maior est, ex quibus melioris generis queque
proueniunt. Sanies igitur mala est, multa, nimis
tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutino-
sa, aut mali odoris, aut quecumque ipsum viles,
et iunctam ei cutem erodit. Melior non multa, mo-
dice crassa, subrubicunda, aut subalbida. Tamen au-
tem peior est multus, crassus, subliuidus, aut sub-
pallidus, glutinosus, ater, calidus, mali odoris.
Tolerabilius est subalbidus, qui cetera omnia co-
traria prioribus habet. Meliceria autem mala
est multa, et percrassa, melior quecumque tenuior,
et minus copiosa est. Pus inter haec optimum
est. Sed id quoque peius est multum, tenue, dilutum,
magisque si ab initio tale est. Itemque si colore
sero simile, si pallidum, si liuidum, si feculentum
est. Preter haec, si male olet, nisi tamen locus
hunc odorem excitat. Melius est, quo minus est,
quo crassius, quo albidius. Itemque si leue est, si
nihil olet, si aequale est, modo tamen conuenire,
et magnitudini vulneris et temporis debet. Nam
plus ex maiore, plus nondum salutis inflamma-
tionibus naturaliter fertur. Elaeodes quoque peius
est multum, et parum pingue, quo minus etiam,
quoque id ipsum pinguius, eo melius est.

Curatio

Curatio aduersus profusionem sanguinis in vulneribus.

Quibus exploratis, ubi aliquis ictus est, qui seruari potest, protinus prospicienda duo sunt, ne sanguinis sit profusio, ne're inflammatio interimat. Si profusionem timemus, quod ex sede vulneris, & magnitudine eius, & ex impetu ruentis sanguinis intelligi potest, siccis linamentis vulnerum implendū est, supraq; imponenda spongia, ex aqua frigida expressa, ac manu super comprimenda. Si parum sic sanguis conquiescit, sepius linamenta mutanda sunt. Et si siccata parum valent, acetato madefacienda sunt. Id rehemēs ad sanguinem suppressandū est. Ideoq; quidam id vulneri infundunt. Sed alius rursus metus subest, ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moueat. Quae res efficit, ut neq; rodentibus medicamentis, neq; adurentibus, & ob id ipsum inducentibus crux tam, sit vtendum, quamvis pleraq; ex his sanguinem suppressunt. Sed si semel ad ea decurritur, potius que mitius idem efficiunt. Quod si illa quoq; profluvio vincuntur, vene que sanguinem fundunt apprehēdendae, circaq; id quod ictum est, duobus locis diligandae, intercidēdāq; sunt, ut & in se ipsae coeant, & nihilominus ora p̄aeclusa habeant. Vbi ne id quidem res patitur, possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco, quo neque nervus, neq; musculus est, reputa in fronte, vel

+ 5 superio

superiore capitis parte, commodissimum tamen est, cucurbitulam admoovere à diuersa parte, vt illuc sanguinis cursus reuocetur.

Curationes aduersus vulnerum inflammationem.

ET aduersus profusionem quidem in his auxilium est. Aduersus inflammationē autem in ipso sanguinis cursu, ea timeri possunt, vbi lesum est vel os, vel nerius, vel cartilago, vel musculus: aut vbi parū sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, sanguinē mature supprimere non oportebit, sed pati fluerre, dum tutum erit, adeo vt si parum fluxisse videbitur, mitti quoq; ex brachio debeat, vtiq; si corpus iuvenile, & robustum, & exercitatum est: multoq; magis, si id vulnus ebrietas præcessit. Quod si musculus lœsus videbitur, præcendens erit. Nam percussus mortiferus est: præcisus sanitatem recipit.

De glutinatione vulnerum.

Sanguine autem vel suppresso, si nimius erumpit: vel exhausto, si per se parum fluxit, longè optimum est vulnus glutinari. Potest autem id vel quod in cute vel etiam in carne est, si nihil ei præterea mali accedit. Potest caro alia parte dependens, alia inhaerens, si tamē etiam nū integra est, & coniunctione corporis fouetur. In his verò quæ glutinantur duplex curatio est. Nā si plaga in molli parte, sui debet, maximeq; si discessa auris ima est, vel imus nasus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur

guttur cutis vel venter. Si verò in carne vulnus
 est, hiatq; neq; in rnum ore facile attrahuntur,
 sutura quidē aliena eſt. Imponendæ verò fibulae
 sunt (cœryntæ Græci nominant) que oras, passo-
 lum tamē, contrahunt, quo minus lata postea ci-
 catrix sit. Ex his autem colligi potest, id quoq;
 quod alia parte dependens, alia inhæredit, si a-
 lienatum adhuc nō eſt, suturam, an fibulæ postu-
 let. Ex quibus nautra antè debet imponi, quām
 intus vulnus purgatum eſt, ne quid ibi concreti
 sanguinis relinquatur. Id enim & in pus verti-
 tur, & inflammationē mouet, & glutinari vul-
 nus prohibet. Ne linamentū quidem, quod sup-
 primendi sanguinis cauſa inditū eſt, inibi relin-
 quendum eſt. Nam id quoq; inflamat. Compre-
 hendi vero sutura vel fibula non cutem tantum,
 sed aliquid etiā ex carne, vbi suberit hæc, opor-
 tebit, quò valentius hæreat, neq; cutem abrum-
 pat. Vtraq; optima eſt ex *acacia molli non nimis * acu-
 torta, quò mitius corpori infidat. Vtraq; neq; ni-
 mis rara, neq; nimis crebra injicienda eſt. Si ni-
 mis rara eſt, non continet. Si nimis crebra eſt, ve-
 hementer afficit, quia quò sepius acus corpus
 *transuit, quoq; plura loca inieclum vinculum * transuit
 mordet, eo maiores inflammationes oriuntur, ma-
 gisq; eſt late. Neutra etiam vim illam desiderat:
 sed eatenus utilis eſt, quā cutis ducentem, quasi
 sua sponte subsequitur. Ferè tamen fibulae latius
 vulnus esse patiuntur. Sutura oras iungit, que
 ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto de-
 bent

bent, ut si quid intus humoris cōcreuerit, sit quā emanet. Si quod *vulnus* neutrum horum recipit, id tamē purgari debet, deinde omni *vulneri* primo imponenda est spongia ex aceto expressa: si sustinere aliquis acetū vim non potest, vinor ten-dum est. *Lewis* plaga iuuatur et iam, si ex aqua frigida expressa spongia imponitur. Sed ea quo-cunq; modo imposita est, dū manet, prodest. Itaq; vt inarescat, non est committendum. Licetq; si-ne peregrinis, & conquisitis, & compositis me-dicamentis *vulnus* curare. Sed si quis huic pa-rum confidit, imponere medicamentum debet, quod sine seu compositum sit ex his, quae cruen-tis *vulneribus* apta esse proposui. Maximeq; si caro est, barbarum: si nerui, vel cartilago, vel aliiquid ex eminentibus, quales aures, vel labra sunt, Polybi sphragidem. *Alexandrinum* quoq; viride neruis idoneum est, eminentibusq; parti-bus ea, quam Græci φαντοστιν vocant. Solet e-tiā colliso corpore exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienum est scalpello latius ape-rire, nisi musculi, neruiq; iuxta sint, quos incidi non expedit. Vbi satis deductum est, medica-mentum imponendum est. At si id quod collisum est, quamvis parum deductum est, latius tamen aperiri propter neruos, aut musculos non licet, adhibenda sunt ea, quae humorem leniter extra-bant præcipueq; ex his, id quod rhypodes voca-ri proposui. Non alienum est, etiam *vulnus* graue est, impositum, quo id iuinetur, insuper

*insuper circumdare lassam succidam ex aceto,
& oleo. Vel cataplasma, si mollis is locus est,
quod leniter reprimat, si neruosus aut masculo-
sus, quod emolliat.*

Quomodo vulnus ligari conueniat.

Fascia verò ad vulnus deligandum, linteum
aptissima est, eaq; lata esse debet, vt semel
iniecta non vulnus tantum, sed paulum vtrinq;
etiam oras eius comprehendat. Si ab altera par-
te caro magis recessit, ab ea melius attrahitur.
Si aquè ab utraq; transuersè comprehendere oras
debet: aut si id vulneris ratio non patitur, media
primum injicienda est, vt tum in utrinq; par-
tem ducatur. Si autem deliganda est, vt & con-
tineat, neq; astringat. *Quod non continetur, elab-
bitur; Quod nimis astricatum est, cancro periclit-
atur.* Hyeme saepius fascia circuire debet, estate
quoties necesse est, tum extrema pars eius in-
ferioribus acu assuenda est. Nam nodus vulnus * *vucus*
lædit, nisi tamen longè est. Illo neminem decipi-
debet, vt propriam viscerum curationem requi-
rat, de quibus supra posui. Nam plaga ipsa cu-
randa extrinsecus, vel sutura, vel alio medicinae
genere est. In visceribus nihil mouendum est,
nisi aut si quid ex iocinore, aut liene, aut pulmo-
ne duntaxat extremo dependat, præcidatur. A-
lioquin vulnus interius, ea vietus ratio, eaq;
medicamenta sanabunt, que cuique visceri con-
uenire superiore libro proposui.

*De ratione vietus, & notis vulnerum cu-
rationib[us]q[ue] earum.*

Hic ita

His ita primo die ordinatis, homo in lecte
collocandus est, isq; si graue vulnus est,
abstinere, quantu vires patientur, ante inflam-
mationem a cibo debet: bibere donec sitim finiat
aquam calidam: velsi aestus est, neq; febris, neq;
dolor est, etiam frigidā. Adeo tamen nihil per-
petuum est. Sed semper pro viribus corporis e-
stimandum, ut imbecillitas etia cibum protinus
facere necessarium possit, tenuem scilicet et exi-
guum, qui tantum sustineat. Multiq; etiam ex
profusio sanguinis intermorientes, ante ullam
curatione vino reficiendi sunt, quod alioqui mi-
micissimum vulneri est. Nimis vero intumesce-
re vulnus, periculosest: nihil intumescere, peri-
culosissimum est. Illud indicium est magna in-
flammationis, hoc emortui corporis. Protinusq;
si mens homini consistit, si nulla febris accessit,
scire licet, mature vulnus sanum fore. Ac ne fe-
bris quidē terrere debet, si in magno vulnera, dū
* inflam- * inflatio est, permanet. Illa perniciosa est, quae
matio vel leui vulneri superuenit, vel ultra tempus in-
flammationis durat, vel deliriū monet, velsi ner-
uorum rigor, aut distentio, quae ex vulnera orta
est, eam non finit. Vomitus quoq; biliosus non
voluntarius, vel protinus ut percussus est ali-
quis, vel dum inflatio manet, malum signum
est in his duntaxat, quorū vel nerui, vel etiam
neruosi loci vulnerati sunt. Sponte tamen vomere
non alienum est, præcipue his, quibus in con-
suetudine fuit: sed neq; protinus post cibum, neq;
iam

iam inflammatione orta, neq; cū in superioribus partibus plaga est. Biduo sic vulnere habito, tertio die aperiendū, detergendaq; sanies ex aqua frigida est, eadēq; rursus injicienda sunt. Quinto iam die quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die rursus detecto vulnere considerandus, color est. Quod si liuidus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet malum vulnus esse: idq; quandocūq; animaduersum est, terrere nos potest. Album, aut rubicundum esse vlcus, commodissimum est. Item cutis dura, crassa, dolens, periculum ostendit. Bona signa sunt, vbi hæc sine dolore tenuis, et mollis est. Sed si glutinatur vlnus, aut leuiter intumuit, eadē sunt imponenda, que primò fuerunt. Si grauis inflamatio est, neq; glutinandi spes est, eaq; pus moueat, aquæ quoq; calidæ necessarius vñsus est, vt & materia digerat & duritiam emolliat, & pus eicit. Ea sic temperanda est, vt & manu contingēti iocunda, sit, vsq; èo adhibenda donec aliquid ex tumore minuisse, coloremq; ulceri magis naturalē reddidisse videatur: maximeq; si grande vlnus est, tetrapharmacum: si in articulis, digitis, locis cartilaginosis, rhypodes. Post id fomentum, si lata plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet, & si latius hiat, illud emplastrum liquari ex irmo vnguento oportet: eoq; illita lincamenta disponi per plagam, deinde emplastrum supra dari, & super id succidam lanā, minusq; etiam, quam primò, fascie astringende sunt.

Curatio

Curationes proprię articulorum.

Proprię quedam in articulis visenda sunt, in quibus si praeſi nerui sunt, qui continebant, debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est, & ex acuto telo plaga est, ea transuersa commodior est. Si retuso & graui est, nullum in figura discriminem est. At visendum est pus supra articulum, an infra nascatur. Si sub eo nascitur, albiūq; & crassum diu fertur, neruum praeſum esse credibile est. Magis quoq; maiores dolores inflammationesq; quod maturius excitate sunt. Quamvis autem non abſcissus neruus est, tamen si circā tumor durus diu permanet, necesse est & diuturnum ulcus esse, & fano quoq; eo tumorem permanere, futuriūq; est, ut tardè membrum id extendatur vel contrahatur. Major tamen in extendendo mora est, rbi recurvato articulo curatio adhibita est, quam in recurvando eo, quod rectum continuerimus. Collocari quoq; membrum quod ictum est ratione certa debet. Si glutinandum est, ut superius sit, si in inflammatione est, ut in neutram partem inclinatum sit. Si iam pus profluit, ut deuexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est: moueri & ambulare, nisi scavis, alienum est. Minus tamen his est periculose, qui in capite vel brachij, quam qui in inferioribus partibus vulnerati sunt. Minimeq; ambulatio conuenit, feminine, aut crure, aut pede laborante. Locus in quo cubabit, tepidus esse debet. Balneum quoque dum parum rubens

*vulnus purum est, inter res infestissimas est.
Nam id & humidum, & sordidum reddit, ex
quibus ad cancrum transitus esse consuevit. Le-
uis frictio recte adhibetur, sed his partibus, que
longius absunt à vulnera.*

Vulnus quomodo purgandum est.

Inflammatione finita, *vulnus purgandum est.*
*Id optime faciunt tinctoria in melle linamenta,
supraq; id, emplastrum, vel enneapharmacum
dandum est. Tum demum verò purum vclus est,
cum rubet, ac nimium neque siccum, neq; humi-
dum est. Ac quodcunq; sensu caret, quod non na-
turaliter sentit, quod nimium aut aridum, aut
humidum est: quod aut pallidum, aut albidum,
aut lividum, aut nigrum est, id purum non est.*

Quomodo vulnus implendum est.

Purgato, sequitur ut impleatur, iamq; calida
aqua eatenus necessaria est, ut sanies re-
moveatur. Lanæ succide superuacius usus est.
Lota melius circundatur. Ad implendum autem
vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta
aliqua. Itaq; ea adhiberi non alienum est, ut bu-
tyrum cum rosa, exigua mellis parte, aut cum ea-
dem parte, aut cum eadem rosa tetrapharmacum,
aut ex rosa linamenta. Plus tamen proficit bal-
neum rari. Cibi boni succi, vitatis omnibus acri-
bus, sed iam plenioribus. Nam & avis, & ve-
natio, & suilla elixa dari potest. Vinum omni-
bus dum febris, dum inflammatio est, alienus est.
Itemq; usque ad cicatricem, si nervi, musculi ue-

t

vulnera

vulnerati sunt, etiam si alte caro, aut si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non peruetus, modicè tamen datum, ad implendum quoque proficere. Si quid molliendum est, quod in nervosis locis, musculosisq; necessarium est, cerato quoque super vulnus retinendum est. At si caro supercrevit, modice reprimit siccum linamentum, vehementius squama eris. Si plus est, quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnum vehementiora, quæ corpus exedant. Cicatricem post omnia haec commodè inducit, lycium ex passo, aut lacte dilutum, vel etiam per se impositum siccum linamentum.

De viceribus, quæ extrinsecus per vulnera incidunt curationibusq; eorum.

Hic ordo felicis curationis est. Sed quædam tamen periculosa incidere consuerunt. Interdum enim uetus *vas* *vulcus* occupat, induciturq; ei callus, & circum ore crasse liuent, post que quicquid medicamentorum ingeritur, paru proficit, quod fere negligenter curato *vulceri* superuenit. Interdum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus immodosos, vel ob nimia frigora, vel quia nimis *vulcus* astriolum est, vel quia corpus aut senile, aut mali habitus est, cancer occupat. Id genus à Græcis diductum in species est, nostris vocabulis non est. Omnis autem cancer non solum id corrumpt, quod occupauit, sed etiam serpit, deinde alijs alijsq; signis decernitur. Nam modo super inflammationem rubor *vulcus*

vlcus ambit, isq; cum dolore procedit, ὅπυτε
 dæs Græci nominant. Modò vlcus nigrum est,
 quia caro eius corrupta est. Idq; vehementius
 etiam putrescendo intenditur. Vbi vulnus hu-
 midum est, & ex nigro vlcere humor pallidus
 fertur, maliq; odoris est, caruncula corruptæ.
 Interdum etiam nerui ac membrane resoluuntur,
 specillumq; demissum descendit aut in latus,
 aut deorsum, eoq; virtio nonnumquam os quoque
 afficitur. Modò oritur ea, quām Græci γαγραι-
 παι appellant, Piores in qualibet parte corpo-
 ris sunt. Hæc in prominentibus membris, id est
 inter vngues, & alas vel inguina, fereq; in se-
 nibus, vel his quorum corpus mali habitus est.
 Caro in vlcere vel nigra, vel liuida est, sed sicca
 & arida, proximaq; cutis plerūq; subnigris* pu- * pusulis
 stulis impletur, deinde ei proxima vel pallida,
 vel liuida, fereq; rugosa sine sensu est. Vlterior in
 inflammatione est, omniaq; ea simul serpunt.
 Vlcus in locum pustulosum: Pustule, in eum qui
 pallet aut liuet: Pallor aut liuor, in id quod in-
 flammatum est: Inflammatio, in id quod inte-
 grum est, transit. Inter hæc deinde febris acuta
 oritur, ingensq; sitis, quibusdam etiam delirium
 accedit, alijs quamvis mentis sue compotes sunt,
 balbutiendo tamen vix sensus suos ore expli-
 cant. Incipit affici stomachus. Fit fœdi spiritus
 ipse odoris. Atq; initium eius quidem mali recipit
 curationem. Vbi vero penitus infudit, insana-
 bile est, plurimiq; sub frigido sudore moriuntur,

Curatio ulceris.

*concidens **A**C pericula quidem vulnerum hæc sunt. Vetus autem ulcus scalpello * incidendum est, excidenda q; eius oræ, & quicquid super eas linet, aequè incidendum. Si varicula intus est, quæ his sanari prohibit, ea quoque excidenda. Deinde, ubi sanguis emissus, nouatumq; rubus est, eadem curatio adhibenda, que in recentibus vulneribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non vult, potest sanare id emplastrum, quod ex Lidano fit, & cum ulcus sub eo exesum est, id quo cicatrix inducitur.

Curatio Erysipelarum.

ID autem quod Erysipelas vocari dixi, non solum vulneri superuenire, sed sine hoc quoq; oriri consuevit, atque interdum periculum maius affert, vtique si circa cervices aut caput constituit. Oportet, si vires patiuntur, sanguinem mittere, deinde imponere simul reprimientia & refrigerantia, maximeq; cerussam solani succo, aut cimoliam cretam aqua pluviali exceptam, aut ex eadem aqua subactam farinam cupresso adiecta, aut si tenerius corpus est, lenticulam. Quicquid impositum est, betæ folio contegendum est, & super linteolum frigida aqua madens imponendum. Si per se refrigerantia parum proderunt, miscenda erunt hoc modo, sulphuris p. i. *. * p. xii. cerusse & croci, singulorum * p. x x. *. eaq; cum vino conterenda sunt, & id his illinendum:

aut si durior locus est, solani folia contrita, suilla adipi miscenda sunt, & illita linteolo supermitienda. At si nigrities est, neque dum serpit, imponenda sunt, quæ carnem putrem lenius exedant, repurgatumq; ulcus sic ut cætera nutriendum est. Si magis putre est, iamq; procedit ac serpit, opus est vehementius erodentibus. Si ne hæc quidem euincunt, aduri locus debet, donec ex eo nullus humor feratur: nam quod sanū est, siccum est cum aduritur, post vstitutionem putris ulceris superponenda sunt que crustas à vino resoluant, eas ἐσχέπας Graci vocant. Vbi exciderunt, purgandum ulcus maxime melle & *resina est, sed alijs quoque purgari potest, qui *resinabus purulentia curantur, eodemq; modo ad sanitatem perducendum est.

Curatio Gangrænæ.

Gangranam verò, si nondum planè tenet, sed adhuc incipit curare non difficilimum est, utiq; in corpore iuvenili, & magis etiam si musculi integri sunt, si nerui vel lesi non sunt, vel leuiter affecti sunt, neque ullus magnus articulus nudatus est, aut carnis in eo loco paulum est, ideoq; non multū, quod putreficeret, fuit, consistitq; eo loco vitium: quod maxime fieri in dito potest. In eiusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere. Deinde quicquid aridum est, & intentione quadam proximum quoque locum male habet, *vñsq; ad sanum *vñsq; corpus concidere. Medicamenta vero, dum ma-

tum serpit, ad libenda nulla sunt, quae per mouere consuerunt, ideoque ne aqua quidem calida. Granaria quoque, quamvis reprimentia, aliena sunt. Sed his quam levissimis opus est, superque ea que inflammata sunt, utendum est refrigerantibus. Si nihil magis malum constitut, ubi id, quod est inter integrum ac visitatum locum, debet. Principueque in hoc casu petendum, non a medicamentis solam, sed etiam a victus ratione prassidum est. Neque enim id malum nisi corrupti vitiosaque corporis est. Ergo, primo, nisi imbecillitas prohibet, abstinentia utendum. Deinde cuncta que per cibum positionemque alium, ideoque etiam corpus, astringant, sed ea levia. Postea si vitium constitit, imponi super vulnerum eadem debent, que in putri ulceris prescripta sunt. Ac tum quoque plenioribus cibis ut licebit ex media materia, sic tamen non nisi alium, corpusque secantibus : aqua vero pluviali frigida balneum (nisi iam certa fiducia redditio sanitatis est) alienum est, siquidem emollitum in eo vulnerum, cito rursus eodem malo afficitur. Solent vero non minquam nihil omnia auxilia proficere, ac nihilominus serpere his cancer. Inter quae miserum, sed unicum, auxilium est, ut cetera pars corporis tutas sit, membrum quod patlatim emoriatur, absindere. Hoc grauiissimum vulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidem negligenda, ubi integracute interior pars collisa est, aut ubi derasum, attritumque aliquid est, aut ubi surculus corpori infixus est, aut ubi te-

vise,

me, sed altum *vulnus* infedit. In primo casu
commodissimum est malicorum ex *vino* coque-
re, interioremq; eius partem conterere, & cera-
to miscere ex *rosa* *sacra*, idq; supponere; deinde
vbi *cutis* ipsa exasperata est, inducere lene me-
dicamentum, quale *nitapox* est. Deraso vero,
*detrito*q; imponendum est emplastrum *tetraphar-*
macum, inimundusq; cibus, & *vinum* subtra-
bendū. Neq; id quia non habebit altiores *ictus*,
contemmendum erit. Siquidem ex eiusmodi ca-
sibus sape *cancri* sunt. Quod si leuius id erit, &
in parte *exigua*, contenti esse poterimus eodem
leni medicamento. Surculum vero (si fieri po-
test) oportet vel manu, vel etiam ferramento ei-
cere. Si vel *praefractus* est, vel altius descendit,
quam ut ita fieri possit, medicamento euocandus
est. Optime autem educit superimposita *arundinis*
radix, si tenera est protinus contrita; si iam du-
rior, antea in mulso decocta. Cui semper mel adi-
ciendum est, aut *aristolochia* cum eodem melle.
Pessima ex *surculis arundo* est, quia aspera est.
*Eadem*q; offensa, etiam in filice est. Sed *vnu* co- * *filicis ba-*
gnitū est, utrancq; aduersus alteram medicamen- *stula*
tum esse, si contrita superimposita est. Facit au-
tem idem in omnibus *surculis*, quodcuq; medica-
mentū extrahendi vim habet. Idem altius temni-
busq; vulneribus aptissimum est. Priori rei *Piolo-*
crati, huic *Hecatæ* emplastrum maxime conuenit.

Quomodo cicatrix *vulneri* inducenda,
purgandaq; sit.

Vbi vero in quolibet vulnero ventu ad inducendum cicatricem est, quod per purgatis iam repletisq; ulceribus necessarium est: pri-
mum ex aqua frigida linamentu, dum caro ali-
tur: deinde cum iam continenda est, siccum im-
ponendum est, donec cicatrix inducatur. Tum
deligari super album plumbum oportet, quo et
reprimitur cicatrix, et colorem maxime sano
corpori similem accipit. Idem radix sylvestris
cucumeris praestat. Idem compositio, que habet
elaterij p. i. *. spuma argenti p. i i. *. vnguenti
pondi i i i. *. Quae excipiuntur resina tere-
binthina, donec emplastri crassitudo ex omnibus
fiat. Ac nigras quoque cicatrices leniter pur-
gant paribus portionibus mista, erugo, plum-
bum elatum, eademq; rosa cocta, siue vngitur ci-
catrix, quod in facie fieri potest: siue id ut em-
plastrum imponitur, quod in alijs partibus com-
modius est. At si vel excreuit cicatrix, vel con-
caua est, stultum est decoris caussa rursus, et do-
lore et medicinam sustinere. Alioqui res utriq;
succurripatitur. Siquidem utraq; cicatrix exul-
cerari scalpello potest. Si medicamentum aliquis
manult, idem efficiunt compositiones haec, que cor-
pus exedunt. Cuite exulcerata, super eminentem
carnem exedentia medicamenta coniencia sunt:
super concavam implentia, donec vtrunq; ulcus
sanæ cuti aequetur, et tum cicatrix inducatur.

De vulnerib; quæ per morsus inferuntur, co-
rūmq; curationib;.

C A P . X X V I I .

Dixi

Dixi de his vulneribus, que maxime per tela inferuntur. Sequitur, ut de his dicam, que morsu sunt, interdum ligninis, interdum si-
mili, s^epe canis, nonnunquam ferorū animalium,
aut serpentium. Omnis autem ferē morsus habet
quoddam virus. Itaq; si vehementis vulneris est,
cucurbitula admoenda est. Si leuius, protinus
emplastrū injiciendum, præcipueq; * Dioges-
id non est, quodlibet ex his, que aduersus morsus nisi
proposui. Si ea non sunt, viride Alexandrinum.
Si ne id quidem est, quodlibet non pingue ex his
que recentibus vulneribus accommodantur. Sal
quoq; his, præcipueq; ei, quod canis fecit, medica-
mentū est, si manus vulneri imponitur, superq; id
duobus digitis verberatur: Exaniat enim: ac sal-
famentū quoq; recte super id vulneris deligatur.

Curatio aduersus rabiosi canis morsum.

VT q; autem si rabiosus canis fuit, cucurbi-
tula virus eius extrahendum est. Deinde
si locus neque neruofus neq; musculosus est, vul-
nus id adurendum est. Si vri non potest, sanguinem
homini mitti non alienū est. Tum v̄sto qui-
dem vulneri superimponenda, que ceteris v̄stis,
sunt. Et verò quod expertum ignem non est, ea
medicamenta, que vehementer exedunt. Postq;
nullo nouo magisterio, sed iam supraposito vlcus
erit implendum, & ad sanitatem perducendum.
Quidam post rabiosi canis morsum protinus in
balneum mittunt, ibi q; patiuntur desudare, dum
vires corporis finunt, vlcere adaperto, quo ma-

¶ 5 gis

gis ex eo quoq; virus distillet, deinde multo, me-
racoq; vino excipiunt: quod omnibus venenis
contrarium est. Idq; cum ita per triduum factio
est, tutus esse homo à periculo videtur. Solet au-
tem ex eo vulnerē, ubi parum occursum est, aquæ
Timor timor nasci, οὐλροφοβίαν Graci appellant. Mi-
aqua. ferrimū genus morbi, in quo simul æger & siti,
οὐλροφοβία & aquæ metu cruciantur. Quo oppressis in angu-
stis spes est. Sed unicum tamen remedium est, nec
opinantē in piscinam non antè ei prouisam pro-
cere. Et si natandi scientiam non habet, modo
mersum bibere patet, modo attollere. Si habet, in-
terdum deprimere, ut inuitus quoq; aqua satie-
tur. Sic enim simul & siti, & aquæ metus tol-
litur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum
corpus in aqua frigida rexatur, neruorum diſten-
tio absumat. Id ne incidat, à piscina protinus in
oleum calidum demittendus est. Antidotum au-
tem, præcipue id, quod primo loco posui: ubi id
non est, aliud, si nondum æger aquam horret, po-
tui ex aqua dampnus est, & si amaritudine offendit,
mel adyciendum est. Et si iam is morbus
occupauit, per catapotia sumi potest.

Curationes communes, adiutorias omnes
morsus serpentium.

Serpentium quoque morsus non nimium di-
stantem curationē desiderant, quamvis in ea
multum antiqui variarunt, ut singula genera
anguium singula medendi genera præciperent,
atq; alijs alia. Sed in omnibus eadem maxime
profic

proficiunt. Igitur in primis super vulneris id mem-
brum deligandum est, non tamen nimium vehe-
menter, ne torpeat. Dein venenū extrahendum
est. Id cucurbitula optime facit. Neq; alienū est,
antē scalpello circā uulnus incidere, quo plus vi-
tati iam sanguinis extrahatur. Si cucurbitula
non est, quod tamē uix incidere potest, tum quod-
libet simile vas, quod idem possit. Si ne id qui-
dem est, homo adhibēdus est, qui uulnus exugat.
Neque Hercules scientiam praecipuam habent hi
qui Psylli nominantur, sed audaciam vsu ipso Psylli
cōfirmatam. Nam venenū serpentis, ut quedam
etiam venatoria venena, quibus Galli praecipue
utuntur non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoq;
colubra ipsa tuto estur, ictus eius occidit, & si
stupente ea (quod per quedam medicamenta cir-
culatores faciunt) in os digitum quis indidit, neq;
percussus est, nulla in ea saluia noxa est. Ergo
quisquis exemplū Psylli fecutus, id uulnus exu-
xerit, & ipse tutus erit, & tutum hominē pre-
stabit. Illud ne intereat, antē debebit attendere,
ne quod in gingivis, palato'ue, alia'ue parte oris
vulcus habeat. Post hæc is homo loco calido col-
locandus est, sic vt id, quod percussum erit, in
inferiorem partē inclinetur. Si neq; qui exugat,
neq; cucurbitula est, sorbere oportet ius anfer-
num, vel ouillum, vel vitulinum, & vomere. Vi-
uum autem gallinaceum pullum per medium di-
uidere, & protinus calidum super uulnus impo-
nere, sic vt pars interior corpori iungatur. Facit
id

id etiam hædus, agnus'ue discissus, & calida eius caro statim super vulnus imposita. Emplastrum quoq; que supra comprehensa sunt. Aptissimumq; est, vel Ephesum, vel id quod ei subiectum est. Præsensq; in aliquo antidoto præsidium est. Sin id non est, necessarium est exorbere positione meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quo calor mouendus est, ne humorem intus coire patiatur. Nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam vrinam mouentia, quia materiam extenuant, utilia sunt.

*Speciales curationes aduersus ictus serpentium,
& primo aduersus ictum aspidis.*

Hec aduersus omnes ictus communia sunt. *V*sus tamen ipse docuit, eum quem aspis percussit, acetum potius bibere debere. *Quod demonstrasse dicitur casus cuiusdam pueri, qui cum ab hac ictus esset, & partim ob ipsum vulnus, partim ob immodosos ictus siti premeretur, ac locis siccis alium humor non reperiret, acetum quod forte secum habebat, ebibit, & liberatus est. Credo quoniam id, quamvis refrigerandi vim Aceti vis habet, tamen habet etiam dissipandi. Quo fit, ut & natura. terra respersaeo, spumet. Eadem ergo vi verisimile est, spissescientem quoq; intus humorum hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem.*

Aduersus ictum scorpionis.

In quibusdam etiam alijs serpentibus, certa quedam auxilia satis nota sunt. *Nam scorpio sibi ipse pulcherrimum medicamentum est. Quidam*

dam contritum cum vino bibunt, quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt, quidam super prunam eo-imposito, vulnus suffumigant, vndeque ueste circundata, ne is fuimus dilabatur, tum carbonem eius super vulnus diligant. Bibere autem oportet herbae solaris, quam οὐλοτρόπιον Græci vocant, semen, vel certe folia ex vino. Super vulnus vero etiam furfures ex aceto, vel ruta syluatica recte imponitur, vel cum melle saltoſtus. Cognoui tamen medicos, qui ab scorpione ictis, nihil aliud quam ex brachio sanguinem miserunt.

Heliotropium herba solaris.

Aduersus aranei, & scorpionis ictum.

Et ad scorpionis autem, & ad aranei ictum, allium cum ruta recte miscetur, ex oleoq; contritum semper imponitur.

Aduersus cerasitis, & dipsas, & hæmorrhoides ictum.

A T si cerasites, aut dipsas, aut hæmorrhoides percussit asphodeli, quod Aegyptiæ fabæ * catapo magnitudinē equet, arefactum, in duas potiones tium dividendum est, sicut ei ruta paulum adiiciatur. Trifolium quoq; & mentastrum, & cum aceto panaces æquè proficiunt. Costumq; & cassia, & cinnamonum recte per potionem assumuntur.

Aduersus cherydri ictum, & cerasitis.

A Duersus cherydri vero ictū, panaces, aut laser, quod sit scrupulorum * p. i. i. *. vel * i i i s. porri succus cum hemina vini sumendus est, & * .i. edenda multa satureia. Imponendum autem super vulnus sterctus caprinus ex aceto coctum, aut ex

ex eodem ordeacea farina, aut ruta, vel nepeta, cion sale contrita melle adieclo. Quod in eo quoque vulnera, quod ceras tes fecit, equè valet.

Aduersus phalangii ictum.

Vbi verò phalangium nocuit, pr.eter eam curationem que manu redditur, sepe homo demittendus in solium est, dandusq; ei myrra, & ructa taminiæ par modus ex passi hemina, vel radicule semen, aut lolij radix ex vino, & super vulnera furfures ex aceto coctæ, impetrandumq; ut is conquiescat.

Aduersus ictus Italorum angulum, qui minus terribiles peregriniti sunt.

Verum hæc genera serpentini & peregrina, & aliquato magis pestifera sunt, maximeq; aestuosis locis gignuntur. Italia, frigidioresq; regiones hæc quoq; parte salubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Aduersus quos satis proficit herba betonica, vel cantabrica, vel cætaurion, vel agrimonie, vel trixago, vel personina, vel marina pastinacæ, singulæ hinc ut tritæ, & cum vino potui datae, & super vulnera impositæ. Illud ignorari non oportet, omnis serpens ictum & ieuni, & ieuno magis nocere. Ideoq; perniciosissimi sunt cum incubat. Utilissimumq; est, ubi ex anguis metus est, non ante progredi, quam quis aliquid assumpsit.

Remedium generale aduersus omnia venenæ, vel in cibo, vel in potionē assumpta.

Non tam facile his opitulari est, qui venenum, vel in cibo, vel in potionē sumpserunt.

runt. Primum, quia non protinus sentiunt, ut ab angue ieci, ita ne succurrere quidem statim sibi possint. Deinde, quia noxa non a cuto, sed ab interioribus partibus incipit. Commodissimum est tamen, ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere. Deinde, ubi precordia exhausit, bibere antidotum. Si id non est, vel merum vinum.

Specalia remedia aduersus quædam venena,
& primo aduersus cantharidas.

SVnt tamē quedā remedia propria aduersus quædam venena, maximeq; leuiora. Nam si cantharidas aliquis ebibit, panaces eum lacte contusa, vel galbino, vino adiecto dari, vel lac per se debet.

Aduersus cicutam

SI cicutam, vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est, deinde is vomere cogendus. Posteaq; laser ex vino dampnum. Isq; si febre vacat, in calidum balneū mitendus. Si non vacat, ringendus ex calefacientibus est. Post que quies ei necessaria est.

Aduersus hyoscyamum.

SI hyoscyamum, feriens mulsum bibendi est, aut quodlibet lac, maxime tamen asinum,

Aduersus cerussam.

SI cerussam, ius malum, vel ius glandis ex vi no conritas, maxime profundit.

Aduersus sanguisugam si epota est, &

Iac quod intus coire.

SI sanguisuga epota est, acetum cum sale bispendum est. Si lac intus coire, aut passum,

aut

aut coagulum, aut cum aceto laſer.

Aduersus fungos inutiles.

Si fungos inutiles quis assumpserit, radicula
aut epota, aut cum sale & aceto edenda eſt.
Ipſi verò hi & ſpecie quidem diſcerni poſſunt
*fieri ab utilibus, & cocturæ genere idonei * ſunt.
Nam ſiue ex oleo inferbuerūt, ſiue piri ſurculis
cum hiſ inferbuit, omni noxa vacant.

*De aduſtis corporis locis, & quo-
modo curari debent.*

ADUſTIS quoq; locis extrinſecus viſ infer-
tur, itaq; ſequi videtur, vt de hiſ dicam.
Haec autem optime curantur folijs aut lilijs, aut
lingue caninæ, aut betæ in vetere vino oleoq;
decoctis. Quorum quodlibet protinus impositum,
ad sanitatem perducit. Sed diuidi quoq; curatio
poſteſt in ea, que mediocriter exedētia repremen-
tiaq; primò & pufſules prohibeant, & ſumma
pelliculam exasperent. Deinde ea que lenia ad
sanitatem perducant. Ex prioribus eſt lenticule
cum melle, farina, vel myrrha, vel viño, creta ci-
molia cum thuris cortice contrita, & aqua co-
cta, atque ubi viſus neceſſitatis incidit, aceto di-
luta. Ex iſquentibus quaelibet lipara. Sed ido-
nea maxime eſt, que vel plumbi recrementum,
vel vitellos habet. Eſt etiam illa aduſtorum cu-
ratio, dum inflamatio eſt, impositam habere cum
melle lenticulam. Vbi ea declinauit farina cum
ruta, vel porro, vel marrubio, donec cruſte ca-
dant. Tum eruum cum melle, aut irim, aut resina
tereb

terebinthinam, donec vlcus purum sit. Nouissime siccum linamentum.

De interioribus vlceribus, quæ aliqua corporū parte corrupta nascuntur C A P. XXVIII.

De carbunculo, & eius curatione.

Ab his que extrinsecus incident, ad ea veniendum est que interius corrupta aliqua corporum parte, nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo peius. Eius haec notæ sunt: Rubor est, superq; eum non nimium pustulae eminent, maxime nigra, interdum subliuida, aut pallida. In his sanies esse videtur, infra color niger est. Ipsum corpus aridū, & durius quam naturaliter oportet. Circa quæ quasi crux est, eaq; inflammatio cingitur, neq; in eo loco leuari cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est. Somnus urget, nonnumquam horror, aut febris oritur, aut vtrunq;. Idq; vitium subteractis quasi quibusdam radicibus serpit, interdum celerius, interdum tardius, supra quoq; procedens inalbescit, dein lividum fit, circumq; exiguae pustule oriuntur. Et si circa stomachum fauces' ue incidunt, subito spiritus sepe elidit. Nihil melius est, quam protinus aduvere. Neque id graue est. Nam non sentit, quantum ea caro mortua est. Finisq; adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est. Tum deinde vulnus, sicut cætera adusta, curandum est. Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crux vnde à vina carne diducta, que trahit secum quicquid corruptum erat, purusq; iam si-

mus curari potest implantibus. At si in summa
cute vitium est, possint succurrere quedam vel
exedentia tantum, vel etiam adurentia. Vis pro
magnitudine adhibenda est. Quodcumq; vero me-
dicamentum positum est, si satis proficiet, proti-
nus à vina corruptam partem resoluit. Certaq;
esse fiducia potest, ferè ut vndiq; vitiosa caro
excedat, qua huiusc rei medicamen exest. Si id
non fit, medicamentumq; malo vincitur, vtique
ad vstitutionem properandum est. Sed in eiusmodi
casu abstinentiam à cibo, à vino est. Aquam li-
beraliter bibere expedit. Tlagisq; ea seruanda
sunt, si febricula quoque accessit.

De Carcinomate, & eius suratione.

Non idem periculū nāgulivō μα affert, nisi
imprudentia curantis agitatum est. Id vi-
tium sit maxime in superioribus partibus, circa
facie, nares, aures, labra, mammas fœminarū. Et
in iecore autem, aut splene hoc nascitur. Circa lo-
cum aliqua quasi puncta seminuntur, isq; immobi-
lis, inæqualis tumet, interdum etiam torpet. Circa
eum inflatae venee quasi recurvantur, hæq; pal-
lent, aut liuent, nonnumquā etiam in quibusdam
delitescunt. Tactusq; is locus, alijs dolorē affert,
in alijs eum non habet. Et nonnumquā sine ulce-
re durior aut mollior est, quam esse naturaliter
debet, nonnumquam iisdem omnibus vleus acce-
dit. Interdumq; nullam habet proprietatē, inter-
dum simile his est, que vocant Græci novulw-
mætæ, aspredine quadam & magnitudine sua.
Colorq;

Colorq; eius ruber est, aut lenticule similis, neq;
 tuto fertur. Nam protinus aut resolutio neruorum,
 aut distentio insequitur. Sepe homo ictus obni-
 tescit, atq; eius anima deficit. Quibusdā etiam si
 idipsum pressum est, quae circā sunt, intēdiuntur
 & intumescut. Nanq; pessimū id genus est, se-
 req; primū id sit, quod nōnōnes à Grecis nomi-
 natur. Deinde ex eo id nōnōvum, quod sine
 vlcere est. Deinde vlcus ex eo thymiu. Tolliri
 hil nisi nōnōnes potest, reliqua curationibus ir-
 ritantur. Et quo maior vis adhibita est, eo magis
 quidā v̄si sunt medicamēta adurentibus. Quidā
 ferro aduferunt. Quidā scalpello exciderūt. Neq;
 illi vñquā medicina proficit. Sed adūta proti-
 nus concitat asunt, & increuerunt, donec occide-
 rent. Excisa etiā post inductam cicatricē, tamen
 reueterunt, & cauſsam mortis attulerunt. Cum
 interim pleriq; nulla vim adhibendo, qua tollere
 id malum tentent, sed imponendo tanquam lenia
 medicamēta, quae quasi blandiantur, quo minus
 ad ultimam senectutē perueniant, non prohiben-
 tur. Discernere autem cacoēthes, quod curationē
 recipit, à carcinomate, quod non recipit, nemo
 scire potest, nisi tempore & experimento. Ergo
 ubi primum id vitium notatum est, imponi de-
 bent medicamēta adurentia. Si leuatur malum,
 minuunturq; eius indicia, procedere curatio po-
 test, & ad scalpellum, & ad v̄stionē. Si proti-
 nus irritatum est, scire licet iam carcinoma esse,
 remouēdaq; sunt omnia acria, omnia vehemen-

tia. Sed si sine vlcere is locus durus est, imponi-
ficum quam pinguisimam, aut rhypodes empla-
strum satis est. Si vlcus aequale est, ceratum ex
rosa injiciendum est, adiiciendusq; ei puluis ex
cōtrita testa, ex qua faber ferrarius tingere can-
dens ferrum solitus est. Sed si id nimium super-
treuit, tentanda squama aeris est, quae lenissima
ex adurentibus est, eatenus ne quid eminere pa-
tiatur, sed ita, si nihil exacerbavit. Si minus, co-
dem cerato contenti esse debebamus.

De Theriomate, & eius curatione.

Est etiā vlcus, quod θηριώματα Greci vocat.
Id & per se nascitur, et interdū vlceri ex
alii caussa factō superuenit. Color est vel liui-
dus, vel niger, odor foedus, multus, & muco simili
humor. Id ipsum vlcus neq; taclū, neq; me-
dicamentū sentit, prurigine tantū mouetur. At
circā dolor est, & inflammatio. Interdum etiam
febris oritur. Nonnumquam ex vlcere sanguis
erumpit. Ad id quoq; malum serpit. Quae omnia
sepe intenduntur. Fitq; ex his vlcus, quod ἔγχη-
τας οὐδὲ μένεν Greci vocant, quia celeriter ser-
pendo, penetrandoq; vsq; ossa corpus vorat. Id
vlcus inaequale est, cænosimile, inestq; multus
humor glutinosus, odor intolerabilis, maiorq;
quam pro modo vlceris inflamatio. Vtrūq; sicut
omnis cäcer, fit maxime in senibus, vel his, quo-
rum corpora mali habitus sunt. Curatio vtriusq;
eadem est, sed in maiore malo magis necessaria.
Ac primum à vlcus ratione ordinadus est, vt
quiescat

quiescat in lectulo, ut primis diebus à cibo abstineat, aquam quamplurimam assumat. Alius quoq; ei ducatur. Dein post inflammationē cibum boni succicapiat, vitatis omnibus acribus, potionis quantum volet, sic, ut interdiu quidem aqua contentus sit. In cœna etiā vini austeri alii quid bibat. Non aequè tamen fame in his quos herpes urgebit, atque in his qui therioma adhuc habebunt, utendū erit. Et victus quidē talis necessarius est. Super ulcus vero inspergenda est arida aloë, œnanthe, & si parū proficiet, chalcitis. Ac si quis neruus exesa carne natus est, contegendus antè linteolo est, ne sub eo medicamenta aduratur. Si validioribus etiam remedij opus est, ad eas compositiones veniendū est, que vehementius adurunt. Quicquid autem inspergitur, auero specillo infundi debet. Superdanda cum melle sunt vel linamenta, vel olea & folia ex vino decocta, vel marrubium, eaq; linteolo contegenda in aqua frigida madefacto, deinde bene expresso. Circaq; quā tumor ex inflammatione est, imponenda, que reprimant, cataplasma. Si sub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet, diligenter neruis, si qui adparent, antè coniectis. Adūlum vel medicamentis, vel ferro corpus, primum purgandum, deinde implendum esse, adparare cuilibet ex prioribus potest.

De sacro igne, & eius curatione.

S Acer quoq; ignis, malis ulceribus annuntrari debet. Eius due species sunt: Alterum

v 3 est

est subrubicundus, aut mixtum rubore atque pallore, exasperatumque; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est, sed plurime perexiguae. In his semper ferè pus, et saepe rubor cum calore est, serpitque; id nonnunquam sanescente eo, quod primum vitiatum est, nonnunquam etiam exulcerato, ubi ruptis pustulis ulcus continuaatur, humoraque; exit, qui esse inter saniem, et pus videri potest. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, precipueque; in plantis. Alterum autem est in summae cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublinidus, inæqualiter tamen, mediumque; sanescit, extremis procedentibus, ac saepe id, quod iam sanum videbitur, iterum exulceratur. At circà proxima cutis que vitium receptura est, tumidior et durior est, coloremque; habet ex rubro subnigrum. Atque hoc quoque malo ferè corpora seniora tentantur, aut que mali habitus sunt, sed in cruribus maxime. Omnis autem sacer ignis, ut minimum periculum habet ex his que serpent, sic propè difficilimè tollitur. Medicamentum eius *fortissimè fortuitum est, uno die febris, que humorem nocium absuntat. Cuius quo crassius et albidius est, eo periculi minus est. Prodest etiam infra os ulceris ledi, quo plus puris exeat, et id quod ibi corruptum corpus est, extrahat: sed tamen si febricula accessit, abstinentia, lectulo, aliud ductione opus est. In omni vero sacro igni neque lenibus, et glutinosis cibis, neque falsis et aceribus

bus utendum est, sed his quae inter utrumque sunt, qualis est panis sine fermento, piscis, hædus, aues, exceptoque a pro omnis ferè venatio. Si non est fabricula, et gestatio utilis est, et ambulatio, et vinum austernum, et balneum. Atque in hoc quoque genere potio magis liberalis esse, quam cibus debet. Ipsa autem ulcera si mediocriter serpunt, aqua calida: si vehementius, vino calido fonsenda sunt. Deinde acu pusulae quecumque sunt aperienda. Tum imponenda ea, que putrem carnem exedant. Vbi inflammatio sublata, ulcusque purgatum est, imponi lene medicamentum debet. In altero autem genere possunt proficere mala cotonea in vino cocta, atque contrita. Potest emplastrum vel Hierae, vel tetrapharmacum, cui quinta pars thunris adiecta sit. Potest nigra hedera ex vino austero cocta. Ac si celeriter malum serpit, non aliud magis proficit. Purgato ulcere, quod in summa cute esse proposui, satis ad sanitatem eadem lenia medicamenta proficient.

De chironio ulcere, & eius curatione.

Chironium autem ulcus appellatur, quod ex magnum est, et habet oras duas, callosas, tumentes. Exit sanies non multa, sed tenuis. Odor malus neque in ulcere, neque in eius humore est. Nulla inflammatio, dolor modicus est, nihil serpit, ideoque nullum periculum adfert, sed non facile sanescit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renatur. Fit maxime in pedibus et cruribus. Su-

per id
v 4

per id imponi debet, quod & lene aliquid, & vehemens, & reprimens habeat. Quale eius rei causa sit ex his, squamae aeris, plumbi eloti combusisti, singulorum p. 1111. *. cadmiae, cara, singulorum p. VIII. *. rose quantum satius est ad caram simul cum eis molliendam.

De ulceribus quæ ex frigore in pedibus, & manibus oriuntur, & eorum curationibus.

Ximētλον
hec genus
ulceris di-
citur à Gr̄
cī, à Lat-
inis Pernio.

Flunt etiam ex frigore hiberno ulcera, maxime in pueris, & præcipue pedibus, digitisque eorum, non unquam etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri est. Interdū pustulae oriuntur, deinde exulceratio. Dolor autem modicus. Prurigo maior est, non unquam humor exit, sed non multus, qui referre vel pus, vel sanietur. In primis multa calida aqua fouendū est, in qua rapa decocta, aut si ea non sunt, aliquæ verbicæ ex reprimētibus. Si nondū adapertum ulcus, & quam maxime calidū quis pati potest, admonendū est. Si iam exulceratio est, imponi debet alumén, & aqua portione cum thure contritū, cū vino adieclo, aut malicoriū in aqua coctū, deinde contritū. Si summa detracta pellicula est, hic quoq; melius lenia medicamenta proficiunt.

De struma, & eius curatione.

STruma quoq; est tumor, in quo subter concreta quedam ex pure & sanguine, quasi glandulae oriuntur. Quæ vel præcipue fatigare medicos solent, quoniam & febres mouent, nec unquam facile maturescunt, & sine ferro, siue medica

medicamentis curantur. Plerumq; iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt, multoq; pōst medicamento est opus. Quibus id quoq; accedit, quod longo spatio detinent. Nascuntur maximie in cervice, sed etiam in aliis & inguinibus, & in lateribus. In mammis quoq; fœminarum se repe-
risse, Chirurgicus Döges autor est. Propter hanc & album veratrum recte datur, atq; etiam sepius, donec ea digerantur. Et medicamenta imponuntur, que humorem vel educant, vel dissi-
pent, quorum suprà mentio facta est. Adurenti-
bus quoq; quidam utuntur, que exedunt, cru-
staq; cum locum astrinxunt: tunc vero ut vlcis
conterant. Quecumq; autem ratio curandi est,
corpus puro vlcere exercendum, atq; aleandum
est, donec ad cicatricem perueniat. Que cū me-
dici doceant, quorundam rusticorum experi-
mento cognitum: quem struma male habet, eum,
si anguem edit, liberari.

De Furunculo, & eius curatione.

Furunculus vero est tuberculū acutum cum inflammatione, & dolore, maximeq; ubi *inflatio iam in pus vertitur. Qui ubi adapertus est, &
exit, super adparet pars carnis in pus versa,
pars corrupta subalbida, subrubra, quem ventri-
culum quidam furunculi nominant. In eo nullum
periculum est, etiam si nulla curatio adhibeatur.
Maturescit enim per se, atq; erumpit. Sed dolor
efficit, ut potior medicina sit, que maturius li-
beret. Proprium eius medicamentum galbanum

v 5 est.

est. Sed alia quoq; suprà comprehensa sunt. Si cetera defunt, imponi debet primum non pingue emplastrum, ut id reprimat: deinde si nō reprefit, quodlibet puri mouendo accommodatum. Si ne id quidam est, vel resina, vel fermentum. Expresso pure, nulla vlt̄a curatio necessaria est.

De Phymate, & eius curatione.

Phyma verò nominatur tuberculum furunculo simile, sed rotundius & planius, sape etiam maius. Nam furunculus cui dimidi magnitudinem raro explet, nūquam excedit. Phryma etiam latius patere cōsuevit, sed inflammatio dolorq; sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodem modo adparet ventriculus, quod in furunculo non inuenitur. Verùm omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autem in pueris & saepius nascitur, & facilius tollitur: in inuenib; rarius oritur, et difficilius curatur. Vbi etas induravit, ne nascitur quidem. Quibus verò medicamentis discuteretur, suprà propositum est.

De Phygethlo, & eius curatione.

Phygethlon autem est tumor, non altus, sed latus, in quo quiddā pustule simile est. Dolor distentioq; vehemens est, & maior quam pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula, idq; tarde maturescit, neq; magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in aliis, aut in inguinibus. Panem, ad similitudinem figurae, nostri vocant. Atq; idipsum quo medicamento tolleretur, suprà demonstravi. Sed cum omnes

omnes hi nihil nisi minuti abscessus sint, gene-
rale nomen trahit latius vitium ad suppura-
tionem spectas. Idq; ferè sit aut post febres, aut post
dolores partis alicuius, maximeq; eos, qui ven-
trem infestarunt. Sepiusq; oculis expositum est,
siquidem latius aliquid intumescit ad similitu-
dinem eius, quod phrymat vocari proposui, rubetq;
cum calore, et paulo post etiam cum duritia, ma-
gisq; innocenter indolescit, et sicut vigilamq;
exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute
deprehēdi potest, maximeq; ubi altius pus mo-
uetur. Sed cū siti vigiliaq; sentiuntur intus ali-
qua punctiones, et quod de subito darius non
est, melius est: et quamvis non rubet, coloris ta-
men aliter mutati est. Que signa iā pure oriente
nascentur. Tumor ruborq; multo antè incipiunt.
Sed si locus mollis est, auertendus is materia a-
ditus est per cataplasma, que simul et repre-
munt, et refrigerant, qualia et alias et pau-
lo antè in Erysipelite proposui. Si iā durior est,
ad ea veniendum est, que digerant, et resol-
nant: qualis est ficus arida, contusa: aut sex mi-
sta cum cerato: quod ex adipe suilla coactum sit,
aut cucumeris radice, cui ex farina due partes
adiectae sunt, antè ex mulso decoctae. Licet etiam
miscere aquis portionibus ammoniacum, galba-
num, propolim, viscum, pondusq; adycere myr-
rhæ dimidio mintas, quam in prioribus singulis
erit. Atq; emplastra quoq; et malagmata idem
efficiunt, que supra explicui. Quod per hæc dis-
cussum

cussum non est, necesse est, maturescat. Idq; que celerius fiat, imponenda est farina ordeacea, ex qua cocta recale miscetur. Eadem autem haec in minoribus quoq; abscessibus, quorum nomina proprietates q; suprà reddidi, recale sunt. Eadēq; omnium curatio, tantummodo distat. Crudum est autem, in quo magis quasi venarum motus est, & grauitas, & ardor, & distentio, & dolor, & rubor, & durities. Et si maior abscessus est, horror aut etiam febricula permanet, penitusq; condita suppuratio. Si pro his que alibi cutis ostendit, punctiones sunt, ubi ista se remiserunt,
 * iamq; is *iamq; cutis prurit, & aut sublividus, aut sublocus pru albidus est, matura suppuratio est, eaq; ubi vel rit per ipsa medicamenta, vel etiam ferro aperta est, pus debet emitti. Tum si qua in aliis, vel inguinibus sunt, sine linamento nutrienda sunt. In ceteris quoq; partibus, si una plaga exigua est, si mediocris suppuratio fuit, si non altè penetrauit, si febris non est, si valet corpus, aequè linamenta superuacua sunt. In reliquis, parce tamen, nec nisi plaga est, imponi debent. Commodè reverò vel super linamenta, vel sine his imponitur lenticula ex melle, aut malicorium ex vino coctum. Que & per se, & mista idonea sunt. Si quacircà duriora sunt, ad ea mollièda, vel malua cōtrita, vel fæni graci, lim' ve semens ex passo coctum superdādum est. Quicquid deinde impositum est, non astringi, sed modicè deligari debet. Illo neminem decipi decet, ut in hoc gene-

re ce

re cerato utatur. Cetera que pertinent ad purgandum ulcus, ad implendum, ad cicatricem inducendam, conueniuntq; in vulneribus, exposta sunt.

De Fistulis, & earum generibus, & curationibus.

Nonnumquam autē ex eiusmodi abscessis, & ex alijs ulcerum generibus Fistulae oriuntur. Id nomen est ulceri alto, angusto, calloso. Fit in omni fere parte corporis, habetq; quedam in singulis locis propria. prius de communibus dicam. Genera igitur fistularum plura sunt. Siquidem aliae breues sunt, aliae altius penetrant, aliae rectè intus feruntur, aliae multoq; plures transuersæ, aliae simplices sunt, aliae duplices, triplices' re ab uno ore intus orsæ, que tres sunt, aut etiam in plures sinus diuiduntur, aliae rectæ, aliae flexæ, et tortuosæ sunt. Aliae intra carnem desinunt. Aliae ad ossa, aut cartilaginem penetrant, aut ubi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt. Aliae deinde facile, aliae cum difficultate curantur. Atq; etiam quedam insanabiles reperiuntur. Expedita curatio est in fistula simplici recenti intra carnem, adiuuatq; ipsum corpus, si iuvenile, si firmum est. Inimica, contraria his sunt. Itemq; si fistula os, vel cartilaginem, vel nervum, vel musculos lœsit, si articulum occupauit, si vel ad ruficam, vel ad pulmonem, vel ad vulvam, vel ad grandes venas arterias' re, vel ad inaniam, ut guttur, stomachum, thoracē penetravit. Ad intestina quoq; ea ten-

eatendere semper periculorum, saepe pestiferum est. Quibus multum mali accedit, si corpus vel egrum, vel senile, vel mali habitus est. Ante omnia autem demitti specillum in fistulam conuenit, ut quod tendat, et quam alte perueniat, scire possumus. Simul etiam protinus humida, an siccior sit: quod extractio specillo patet. Si vero os in vicino est, id quod disci potest, si iam nec' ne, eò fistula penetravit, quatenus nocuerit. Nam si molle est, quod ultimo specillo contingitur, intra carnem adhuc vitium est. Si magis id renititur, ad os ventum est. Ibi deinde si elabitur specillum, nondum caries est: si non labitur, sed aequali innititur, caries quidē, verum adhuc leuis est. Si inaequale quoq; et asperum subest, velmentius os exesum est. At cartilago ubi subl; sit, ipsa sedes docet, peruentūq; esse ad eam ex renixu potest. Sed ex his quidem colliguntur fistularum sedes, spatia, noxae. Simplices vero haec sunt, an in plures partes diducantur, cognosci potest ex modo puris, cuius si plus fertur, quam quod simplici spatio conuenit, plures sinus esse manifestum est. Cumq; fere iuxta sint caro, et nervus, et aliqua nervosa, quales ferent tunicas, membraneq; sunt: genus quoq; puris docebit, num plures sinus intus diuersa corporis genera perroserint. Siquidem ex carne pus leue, album copiosius fertur. At ex nervoso loco coloris quidem eiusdem, sed tenuius et minus. Ex nervo pingue, et oleo non dissimile. Deniq; etiam corporis

poris inclinatio docet, num in plures partes fistula penetrarint, quia sepe cum quis aliter decubuit, aliterq; membrum collocauit, puer ferri, quod iam desierat, incipit, testaturq; non solùm alumnum suum esse ex quo descendat, sed etiam in aliam corporis partem eum tendere. Sed si & in carne, & recens, & simplex est, ac neq; rugosa, neq; caua sede, neq; in articulo, sed in eo membro, quod per se immobile, non nisi cum toto corpore mouetur, satis proficiet emplastrum, quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel salem, vel alumenum, vel squamam cris, vel eruginem, ex metallicis aliquid. Exq; eo collyrii fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. Idq; ea parte qua tenuius est, altera antecedente demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. Quae in omnibus fistularium collyrij perpetua sunt. Idem deinde emplastrum in linteolo super imponendum, supraq; injicienda spongia, in acetum ante demissa, solui quinto die satis est. Genusq; vietus adhibendum est, quo carnem ali docui. Ac si longius a præcordijs fistula est, ex interuallo ieiunum radiculas edisse, deinde vomere, necessarium est. Vetus state callosa fit fistula. Callus autem neminem fallit, quia durus est, & aut albus, aut pallidus. Sed tum validioribus medicamentis opus est. Quale est, quod habet papaveris lacrymæ p. 1. *. gummi p. 1 1 1. *. admie p. 1 1 1. *. atramenti futorij p. V 1 1 1. *. Ex quibus aqua coactis collyrium

*P. I. Lyrium fit. Aut in quo sunt gallæ *p. x. eruginis,
sandaracæ, aluminis Aegyptij, singulorum P. I.
x. atramenti sutorij combusti P. I I. x. Aut quod
constat ex chalcitide, & saxo calcis, quibus au-
ripigmenti dimidio minus, quam in singulis pri-
oribus est, adiicitur, eaq; melle cocto excipiuntur.
Expeditissimum autem est ex precepto Me-
getis, eruginis rasæ P. I I. x. conterere, deinde am-
moniaci, thymianatis P. I I. x. aceto liquare,
eoq; infuso ex erugine colligere. Idq; ex primis
medicamentis est. Sed ut hæc maximi effectus
sunt, si cui ista non adsunt, facile tamen est cal-
lum quibuslibet adurentibus medicamentis pro-
dere, aut quibus hæc maxime in effectu sunt
erodere. Satiusq; est vel papyrum intortum, vel
aliquid ex pemiculo in modū collyrij astriculum
eo illinere. Scilla quoq; cocta & mixta cum cal-
ce, callū exest. Si quando verò longior & trans-
uersa fistula est, demissō specillo contra princi-
pium huius incidi, commodissimum est, & col-
lyrium *vtrinque demitti. At si duplicem esse fi-
stulam, aut multiplicem existimamus, sic tamen
ut breuis, intraq; carnē sit, collyrio uti non de-
bemus, quod rham partem curet, reliquas omit-
tat: sed eadem medicamenta arida in calatum
scriptorium coniencia sunt, isq; ori fistula aptandus, inspirandumq;, ut ea medicamenta in-
tus compellantur. Aut eadem ex vino liquan-
da. Velsi sordidior fistula est, ex mulso: si callo-
sior, ex aceto sunt, atq; intus infundendum, qui-
quid

*quid inditum est. Superponenda sunt que refri-
gerent & reprimant. Nam ferè que circa fistu-
lam sunt habent aliquid inflammationis. Neque
alienum est rbi quis resoluerit, antequām rursus
alia medicamenta coniūciat, per oricularium cly-
sterem fistulam eluere. Si plus puris fertur, vi-
no: si callus durior est, aceto: si ian purgatur,
mulso, vel aqua, in qua eruum coctum sit, sic ut
huic quoq; mellis paulū adiūciatur. Fere verò sit,
ut ea tunica que inter* ferramentū et integrām *foramen
carnem est, vīcta medicamentis tota exeat, in-
fraq; vlcus purum sit. Quod rbi contigit, impo-
nenda glutinaria sunt, præcipueq; spongia mel-
le cocto illata. Neque ignoro multis placuisse, li-
namentum in modum collyrij compositum, tin-
etum melle demitti. Sed celerius id glutinatur,
quam impletur. Neque verendum est, ne purum
corpus puro corpori iunctum, non coeat, adieclis
quoque medicamentis ad id efficacibus, cum se-
pe exulceratio digitorum, nisi magna cura pro-
spexit, sanescendo in unum eos iungat.*

De Meliceria.

Est etiam vlceris genus, quod & à favi si-
militudine melanopis a Grecis nomina-
tur, idq; duas species habet. Alterum subalbi-
dum furunculo simile, sed maius, & cum dolore
maiore. Quod rbi maturescit, habet foramina
per que fertur humor glutinosus, & purulentus,
nec tamen ad iustam maturitatem peruenit. Si
diuisum est, multo plus intus corrupti quam in
furunc

furunculo apparet, altiusq; descendit. Rarò fit, nisi in scapulis. Alterum est minus super corpus eminens, durum, latum, subuiride, subpallidum, magis exulceratum. Siquidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quæ fertur humor glutinosus subpallidus, crassitudinem melis, aut visci referens, interdum olei. Si inciditur, viridis intrà caro apparet. Dolor autem, & inflammatio ingens est, adeo ut acutam quoque febrē mouere consuerit. Super id minus crebris foraminibus exasperatum est, reclè imponit, *quod in tur & fucus arida, & lini semen * in mulso cervino coctum, & emplastra ac malagmata materiam eduentia, aut quæ propriè hoc pertinentia, sump̄ posui. Super alterum, & ea medicamenta, & farina ex mulso cocta, sic ut ei dimidium resinae terebinthine misceatur, & fucus in mulso decocta, cui paulum hyssopi contriti sit adiecta, & ruc taminiæ pars quarta siccō adiecta. Quod si paron in utrolibet genere medicamenta proficiunt, totum ulcus usq; ad sanam carnem excidi oportet, & ulcerē ablato, super plagam medicamenta danda sunt, primum que pus citent, deinde quæ purgent, tuū quæ impleant.

De Acrochordone, & Thymio, & Myrraeis,
& Clavo, curationibusq; eorum.

SVnt quædam vero verrucis similia, quorum diuersa nomina, ut vitia sunt. Acrochordona Græci vocant, ubi sub cute coit aliquid du-

riss

rius, & interdum paulo asperius, coloris eiusdem, infrà tenuie, ad cutem latius, idq; modicum est, quia raro sub e magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore nascitur, sed ferè plura, maximeq; in pueris, eaq; nonnunquam subito desinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem excitant. Sunt quæ etiam in pus convertuntur. At Thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenuie, supra latius, subdurum, & in summo perasperatum. Idq; summum colorem floris thymi representat, unde ei nomen est, ibi q; facile finditur, & cruentatur, nonnunquam aliquanti sanguinis fundit, sereq; circa magnitudinem fabæ Aegyptie est, raro maius, interdum perexiguum, modo unum, modo autem plura nascuntur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscenis sunt, maximeq; ibi sanguinem fundunt. Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio, durioraq; que radices altius exigunt, maioremq; dolore mouent, infra lata, super autem tenuia, minus sanguinis mittunt, magnitudine vix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoq; aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum. Clavis autem nonnunquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, precipue tamen ex contuso, quamvis interdum aliter, doloremq; etiam, si non alias, tamē ingredienti met. Ex his Acrochordon, sive Thymium sepe

etiam

etiam per se finiuntur: & quo minora sunt, eò
 magis. Myrmecia & clavi sine curatione vix
~~αιροχορ-~~
~~άρω.~~
~~θυμιόν.~~
 *exit nraq; relicta idem rursus*exigit. Myrme-
~~γυργυ-~~
~~νία.~~
 cia latissimis radicibus inhærent, ideoq; ne ex-
 cidi quidem sine exulceratione magna possunt.
 Clavum subinde deradere commodissimum est.
 Nam sine villa sic emollescit, ac si sanguinis
 quoque aliquid emissum est, sèpe emoritur. Tol-
 litur etiam, si quis eum circumpurget, deinde im-
 ponit resinam, cui miscuit pulueris paulum, quem
 ex lapide molari contrito fecit. Cetera verò ge-
 nera medicamentis adurenda sunt. Alijsq; id
 quod ex fece vini: myrmecijs id, quod ex ali-
 mine, & sandaraca fit, aptissimum. Sed ea, que
 circa sunt, folijs contegi debent, ne ipsa quoque
 exulcerentur. Deinde postea lenticula imponi
 solet. Tollit thymum etiam fucus in aqua cocta.

De pustularum generibus, & earum
 curationibus.

AT pustule maximè vernis temporibus o-
 riuntur. Earum plura genera sunt. nam
 modò circa totū corpus partem'ue aspredo que-
 dam fit, similis his pustulis, que ex vrtica, vel
 ex sudore nascuntur, ἐσφύματα Græci vocant,
 eaq; modò rubent, modo colorem cutis non exe-
 dunt.

dunt. Nonnunquam plures similes variis oriuntur, nonnunquam maiores pustulae liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutantur, subestq; humor. Vbi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro adparet, * ἐλυδες Græcè * φλυντα nominatur. Funt vel ex frigore, vel ex igni, vel vœ ex medicamentis. Pshydracion autem paulo durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua ipsa quod exprimitur humidum est. Ex pustulis vero nonnunquam etiam vlcuscula sunt, aut aridiora, aut humidiora: & modò tantu cum prurigine, modò etiam cum inflammatione aut dolore. Exitq; aut pus, aut sanies, aut vtrunque. Maximeq; id euenit in etate puerili, raro in medio corpore, sape in eminentibus partibus. Pessima pustula est, que è tivuntis vocatur. Ea colore vel subliuida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Circa hanc autem vehemens inflammatione est, & cum adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa. Color est humoris suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem eius est, neq; enim ea faba maior est. Atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus, & ferè noctu. Unde nomen quoque à Græcis ei Epimyelis impostum est. In omni vero pustularum curatione primum est, multum ambulare, atque exerceri. Si quid ista prohibet, gestari. Secundum est, cibum minuere, abstinere ab omnibus acribus, & extenuantibus, eademq; nutrices facere oportet, si lactens puer ita affectus est. Præter hæc is qui

iam robustus est, si pustulae minutæ sunt, desiderare in balneo debet, simulq; super eas nitrum inspergere, oleoq; vimum miscere, et sic ungii. Tum descendere in solium. Si nihil sic proficitur, aut si maius pustularum genus occupauit, impoñenda lenticula est, detraictaq; summa pellicula ad medicamenta lenia transcundum. Epinyctis post lenticulam rectè herba quoque sanguinali, vel viridi coriandro curatur. Ulcera ex pustulis facta tollit spuma argenti cum semine foeni graci mista, sic, ut his iniucem rosa, atq; intubò succus adiiciatur, donec mellis crassitudo fiat. Propriè ad eas pustulas, quæ infantes male habent, lapidis, quem pyriten vocant P.V I I I. *, cum quinquaginta amaris nucibus miscetur, adiiciunturq; olei cyathi tres. Sed prius ungi ex cerussa pustula debent, tum hoc illini.

De Scabie, & eius curatione.

alias, In **S**cabies uero est, *durior cutis rubicundior, ex mori cuius quia pustulae oriuntur, quedam humidiiores, rubicundus quedam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, fitq; ex his continuata exulceratio pruriens, serpitq; in quibusdam citio. Atque in alijs quidem ex toto desinit, in alijs uero certo tempore anni reuertitur. Quo asperior est, quoque prurit magis, eò difficilius tollitur. Itaque eam, quæ talis est, ἀγριόη (id est feram) Graeci appellant. In hac quoque uictus ratio eadem quæ supra necessaria est. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum est, quod fit ex spodij, croci, erugi-

mis,

nis, singulorū p.i.-x. piperis albi, omphacij, singulorum p. i. x. cadmiae p.v i i i. x. Aut ubi iam exulceratio est, id quod fit ex sulphuris p.i. x. ceræ p. i i i i. x. picis liquidæ hemina, olei sextarijs duobus. Quæ simul incoquuntur, dum crassitudo mellus fiat. Est etiam quod ad Protarchum autorem refertur. Habet hoc farinæ lupinorum sextarium, nitri cyathos quatuor, picis liquidæ heminam, resinæ humidæ selibram, aceti cyathos tres. Crocum quoq; lycium, erugo, myrrha, cini, & quis portionibus rectè miscentur, & ex passo coquuntur. Idq; omnem pituitam ubiq; sustinet. At si nihil aliud est, amurca ad tertiam partem decocta, uel sulphur pice liquida mixtum, sicut in pecoribus proposui, hominibus quoque scabie laborantibus opitulantur.

De Impetiginis speciebus, & curationibus.

Impetiginis uero species sunt quatuor. Minime mala est, qua similitudine scabiem representat. Nam & rubet, & durior est, & exulcerata est, & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & uariis similes pulsibus habet, uidenturq; esse in ea quasi bullulae quedam, ex quibus interposito tempore squamulae resoluuntur, certioribusq; hoc temporibus reuertitur. Alterum genus peius est, simile papule ferè, sed asperius, rubicundiusq;, figuræ uarias habens: squamulae ex summa cute descendunt, rastro major est, celerius & latius procedit, certioribusq;

*discendit
x 4 etiam

etiam nonnunquam prior temporibus & fit, &
desinit, Rubrica cognominatur. Tertia etiam-
num deterior est: nam & crassior est, & durior,
& magis tumet, in summa cute finditur, & ve-
hementius rodit. Ipsa quoque squamosa, sed ni-
gra procedit, & late, & tarde eminus serpit. In
temporibus aut oritur, aut desinit, neque ex toto
tollitur, Nigra cognomen est. Quartum genus
est, quod curationem omnino non recipit, distans
colore: Nam subalbidum est, & recenti cicatri-
ci simile, squamulasq; habet pallidas, quasdam
subalbidas, quasdam lenticulae similes, quibus
demptis, nonnunquam profluit sanguis. Alioqui
vero humor eius albidus est, cutis dura, atq; fissa
est, proceditq; latius. Hac vero omnia maximè
genera oriuntur in pedibus, & manibus, atque
vngues quoque infestant. Medicamentum non
aliud valentius est, quam quod ad scabiem quo-
que pertinere sub autore Protarcho retuli. Ser-
apion autem nitri p. i i . *. sulphuris p. i i i i . *.
excipiebat resina copiosa, eoq; vtebatur.

De Papulis, & eius curatione.

PApularum vero duo genera sunt. Altera
est in qua per minimas pustulas cutis ex-
asperatur, & rubet, leuiterq; roditur: medium
habet pauxillo leuius, tarde serpit: idq; vitium
maximè rotundum incipit, eademq; ratione in
orbem procedit. Altera autem est, quam & ypi&v,
id est, feram Graci appellant. In qua similiter
quidem, sed magis cutis exasperatur, exulcera-
turq;

eturq; ac vehementius & roditur, & rubet, interdum etiam pilos remittit. Quæ minus rotunda est, difficilius sanescit: nisi sublata est, in impetiginem vertitur: sed leuis papula, etiam si ieiuna salina quotidie defricatur, sanescit. Major commodissimè murali herba tollitur, si sub ea detrita est. Ut vero ad composita medicamenta veniamus, idem illud Protarchi tanto valentius in his est, quanto minus in his vitijs est: alterum ad idem Myronis, nitri rubri, thuris, singulorum p. 1. *. cantharidum purgatarum p. 1. *. sulphuris ignem non experti tantundem, resinae terebinthine liquidae p. X. *. farinæ * iolijs semis, githyathos tres, picis crudæ * rimum.

* lolij
sext.

De Vitiliginis speciebus, id est, de Alpho, &
Melane, & Leuce, & eorum curatione.

III.

* sext.

VItiligo quoque, quamvis per se nullum periculum adfert, tamen fœda est, & ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alpha vocatur, ubi color albus est, ferè subasper, & non continuus, ut quedam quasi guttae dispersæ esse videantur. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. Melæs colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis. Cætera eadem sunt. Non habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, altius descendit, in eaq; albi pili sunt, & lani-gini similes. Omnia hæc serpunt, sed in alijs celerius, in alijs tardius. Alphos & Melas in quibusdam varijs temporibus & oriuntur, &

xxv desin

definunt. Leuce quem occupauit, non facile dimitit. Priora curationem non difficilimam recipiunt, ultimum vix inquam sanescit, ac si quid ei vitio demptum est, tamen non ex toto sanus color redditur. Utrum autem aliquod horum sanabile sit, an non sit, experimento faciliter colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungit. Si sanguis exit, quod ferè sit in duobus prioribus, remedio locus est: si humor albidus, sanari non potest: itaque ab hoc quidem abstinentium est. Super id vero, quod curationem recipit, imponenda lenticula mista cum sulphure et thure, sic ut ea contrita ex acetos sit. Aliud ad idem, quod ad Hiraneum autorem refertur, Alcyonium, nitrum, cuminum, fici folia arida portionibus contunduntur, adieclo aceto. His in sole vitiligo perungit, deinde non ita multo post, ne nimis erodatur, eluitur. Propriè quidem

Mlyrone autore eos, quos Alphios vocari dixi,

* P. 2. a. Hoc medicamento perungunt, sulphuris * P. 11. *. Iuminisces nitri P. 111. *. myrrae aride contrita acetatis P. 2. bulum miscent, deinde in balneo super vitiligi- IIII. myrenem inspergunt farinam ex faba, tum hac in- ti radice co- ducunt. Hi vero quos Melanas vocari dixerunt, cu- trita ace- rantur, cum simul contrita sunt alcyonium, tab. thus, hordeum, faba sine oleo, in balneo ante sudorem insperguntur, tum genus id vitili- ginis defrica- tur.

LIB

LIBER VI.

De vitiis singularū corporis partium. C A P. I.
De capillis fluentibus.

DI X I de his vitijs, quæ per totum corpus orientia, medicamentorū auxilia desiderant. Nunc ad ea veniā, quæ non nisi in singulis partibus incidere consuerunt, orsus à capite. In hoc igitur capillis fluentibus maxime quidem saepe radendo succurritur. Adiicit enim vim quandam ad continentum, ladanum cum oleo mixtum. Nunc de his capillis loquor, qui post morbiū fere fluunt. Nam quo minus caput quibusdam etate nudeatur, succurri nullo modo potest.

De Porrigine, & eius curatione. C A P. II.

Porrigo autem est, ubi inter pilos quedam quasi squamulae surgunt, eaque acutæ resoluntur, et interdum madent, multo sepius siccæ sunt. Idq; euénit modò sine ulcere, modo exulcerato loco: huic quoq; modò malo odore, modò nullo accidente, fereq; id in capillo sit, rarius in barba, aliquando etiam in superculo. Ac neque sine aliquo corporis vicio nascitur, neq; ex toto iniuste est. Nam bene integro capite, nō exit. Vbi ali- quod in eo vitium est, non incommodum est, summam eutem potius subinde corrumpi, quam id quod nocet, in aliam partem magis necessariam verti. Commodius est ergo subinde petendo repurgare, quam id ex toto prohibere. Sitamen

men eares nimis offendit, quod humore sequente fieri potest, magisq; si id etiam mali odoris est, caput sepe radendum est, dein id super adiuuandum aliquibus ex leuiter reprementibus, quale est nitrum cum aceto, vel ladanum cum myrteo vino, vel myrobalanum cum vino. Si parum per hæc proficitur, vehementioribus rati licet, cum eo, ut sciamus, utique in recenti vitio id inutile esse.

De Sycosi, & eius curatione. C A P. III.

Est etiam vlcus, quod à fici similitudine svu-
nuosis à Græcis nominatur. Caro excrescit,
et id quidem generale est. Sub eo vero duæ spe-
cies sunt. Alterum vlcus durum, et rotundum
est, alterum humidū, et inæquale. Ex duro exi-
giuum quiddam, et glutinosum exit: ex humido
plus: et mali odoris. Fit vero utriusq; in his par-
tibus, que pilis conteguntur. Sed id quidem quod
callosum, et rotundum est, maximè in barba. Id
vero quod humidum, præcipue est in capillo. Su-
per utrumq; oportet imponere elaterium, aut li-
ni semen costritum, et aqua coactum, aut sicum
in aqua decoctum, aut emplastrum tetraphar-
macum ex aceto subactum, terra quoque eretria
ex acetoliquata rectè illinitur.

De Areis, & earum curationibus. C A P. IIII.

ARearum quoq; duo genera sunt. Commune
utriusq; est, quod emortua summa pellicula
pili primum extenuantur, deinde excidunt: ac si
ictus is locus est, sanguis exit liquidus, et mali
odoris,

odoris, increvitq; utrumque in alijs celeriter, in alijs tarde. Peius est, quod densam cutem, et suopinguē, et ex toto glabram fecit: sed ea quae à nōnētū nominatur, sub qualibet figura dilatatur, fit et in capillo, et in barba. Id verò quod à serpentis similitudine ἐφίσταται appellatur, incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinē non excedit, ad aures duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet etate est, hoc fere infantibus. Illud vix unquam sine curatione, hoc per se sepe finitur. Quidam hæc genera areari scalpello exasperant. Quidam illinunt adurentia ex oleo, maximeq; chartam combustam. Quidam resinā terebinthinam cum thapsia inducunt. Sed nihil melius est, quam nouacula quotidie radere, quam cum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum radiculæ. Neq; autē oportet desistere, quam frequentem pilum nasci adparuerit. Id autem, quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est.

De Varis, & Lenticulis, & Ephelide, & eorum curationibus.

C A P. V.

PEnè ineptiae sunt, curare Varos, et Lenticulas, et Ephelidas. Sed eripi tamē fæminis cura cultus sui non potest. Ex his autē quas suprà posui, Vari, Lenticuleq; vulgo nota sunt, quamvis rarer ea species est, quam ἔνιοι Græci vocant, cum sit ea Lenticula rubicundior, et inæqua

in aquadior. Εφηλις verò à plerisque ignoratur, que nihil est, nisi asperitas quedam, & duri-
ties mali coloris. Catera non nisi in facie, Lentil-
culæ etiam in alia parte nonnunquam nasci so-
lent. De qua per se scribere alio loco, visum ope-
re pretium non est. Sed Vari commodissime tol-
luntur imposita resina, cui non minus quam ipsa
est, aluminis scissili, & paulum mellis adiectum
est. Lenticulam tollunt galbanum & nitrum,
cum pares portiones habent, contritaq; ex ace-
to sunt, donec ad mellis crassitudinem venerint.
His corpus illendum, & interpositis pluribus
horis mane eluendum est, oleoq; leuiter vnguen-
dum. Ephelidem tollit resina, cui tertia pars sa-
les fossilis, & paulum mellis adiectum est. Ad
omnia verò ista, atque etiam ad colorandas ci-
catrices potest ea compositio, que ad Trypho-
nem patrem autorem refertur. In ea pares por-
*crocomationes sunt myrobalani, * magmatis, cretae ci-
gmati moliae subcerule, nucum amararum, farinæ hor-
dei, atque erui, struthij albi, sertule campa-
ne seminis. Que omnia contrita, melle quam
amarissimo coquuntur, illitumq; à vespero usq;
mane eluitur.

De oculorum morbis, curationib; que eorum,
& primo de his morbis, qui lenibus medica-
mentis curantur.

C A P. VI.

Si hæc quidem mediocria sunt. Ingentibus
verò, & varijs casibus oculi nostri patent.
Qui cùm magnam partem ad vitæ simul &
vsum,

rsum, et dulcedine conferant, summa cura tuer-
 di sunt. Protinus autem orta lippitudine quæda-
 note sunt, ex quibus quid euenturum sit, collige-
 re possimus. Nam simul ac lacryma, & tumor,
 & crassa pituita cœperint, si ea pituita lacryma
 mista est, & ea lacryma calida est, pituita ve-
 rò alba, & mollis, tumor non durus, longæ va-
 letudinis metus non est. At si lacryma multa, &
 calida, pituita paulum, tumor modicus, idq; in
 uno oculo est, longum id, sed sine periculo futu-
 rum est. Idq; lippitudinis genus minime cum
 dolore est, sed vix ante vigesimum diem tolli-
 tur, nonnunquam per duos mensés durat, sed quars
 doq; finitur. Si pituita alba et mollis esse incipit,
 lacrymæq; miscentur, aut si simul hæ utrumque
 oculum inuaserunt, potest esse breuior, sed peri-
 culum ulcerum est. Pituita autem sicca & aris-
 da dolorem mouet, sed maturius desinit,
 nisi quid exulcerauit. Tumor magnus si sine do-
 lore est & siccus, sine ullo periculo est. Si siccus
 quidem, sed cum dolore est, ferè exulcerat, &
 nonnūquam ex eo casu fit, ut palpebra cum ocu-
 lo glutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in
 palpebris pupillis'ue est, ubi super magnum do-
 lorem lacryma falsæ, calidae q; eunt, aut etiam si
 tumore infinito diu lacryma cum pituita pro-
 fluit. Peius etiamnum est, ubi pituita calida,
 aut liquida est, lacryma calida aut multa pro-
 fluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor
 peruenit, nocturna vigilia urget. Siquidem sub
 his

his oculus plerūq; rumpitur, votumq; est, vt tan-
 tum exulceretur. Intus ruptum oculum febricu-
 la iuuat. Si foras iam ruptus procedit, sine auxi-
 lio eſt. Si de nigro aliquid albido factum eſt,
 diu manet. At ſi asperum crassum eſt, etiam post
 curationem vēſtigium aliquod relinquit. Curari
 verò oculos sanguinis detractione, medicamēto,
 balneo, vino, retuſtissimus autor Hippocrates
 memorie prodidit. Sed eorum tempora, & cauſ-
 ſas parum explicuit, in quibus Medicinæ sum-
 ma eſt. Neque minus in abſtinentia, & aliis
 duſtione ſepe auxilijs eſt. Hos igitur interdum
 inflammatio occupat, vbi cum tumore in his do-
 lor eſt, ſequiturq; pituita cursus nonnunquam
 copioſior vel acrior, nonnunquam vtraq; parte
 moderationior. In eiusmodi caſu prima omnium
 ſunt, quies & abſtinentia. Ergo primo die loco
 obſcuro cubare debet, ſic vt a ſermone quoque
 abſtineat Nullum cibum аſſumere, ſi fieri potest,
 ne aquam quidem: ſin minus, certè quām mini-
 mum eius. Quòd ſi graues dolores ſunt, commo-
 dius ſecundo die, ſi tamen res urget, etiam pri-
 mo ſanguis mittendus eſt, utique ſi in fronte ve-
 na tument, ſi firmo corpori materia ſupereſt. Si
 verò minor impetus, minus acrem curationem
 requirit, aluum, ſed non niſi ſecundo, tertio ne
 die duci oportet. At modica inflammatio neu-
 trum ex hiis auxilium deſiderat. Satisq; eſt vti
 quiete, & abſtinentia. Neque tamen in lippien-
 tibus longum iejunium neceſſarium eſt, ne pi-
 tuſta

enita tenuior atque acrior fiat. Sed secundo die dari debet id, quod leuissimum videri potest ex his, que pituitam faciunt crassiorem, qualia sunt oua sorbilia. Si minor vis urget, pulicula quoque, aut panis ex lacte. In sequentibus diebus, quantum inflammationi detrahetur, tantum adiici cibis poterit. Sed generis eiusdem, utique ut nihil falsum, nihil acre, nihil ex his, que extenuant, sumatur, nihil potui praeter aquam. Et vietus quidem ratio talis maxime necessaria est. Protinus autem primo die croci p. I. *. et farine candidae quam tenuissime p. I. *. excipere oportet oui albo, donec melis crassitudinem habeat, idq; in linteolum illu[n]tere, et fronti agglutinare, ut compressis venis pituita et impetum cohibeat. Si crocum non est, thus idem facit. Linteolo an lana excipiatur, nihil interest. Super inungii vero oculi debent, sic ut croci quantum tribus digitis comprehendendi potest, sumatur: myrrha ad fabae, papaverie lacryme ad lenticulae magnitudinem, eaq; cum passo conterantur, et specillo super oculum inducantur. Aliud idem: Myrrha p. I. *. mandragorae succi p. II. *. papaveris lacryme p. I. *. foliorum rose, cicutae seminis, singulorum p. IIII. *. acacia p. IIII. *. gummi p. V III. *. Et haec quidem interdiu. Noctu vero, quo comodior quiesceriat, non alienum est superimponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam. Nam et pituitam reprimis,

y . et si

& si quid lacrymæ proceſſit, absorbet, & oculum
 glutinari non patitur. Si graue id, & du-
 rum propter magnum oculorum dolorem vide-
 tur, ouï & album, & vitellus in vas defun-
 dendum eſt, adiiciendumq; eo mulſi paulum,
 idq; digito permiscendum. Vbi facta vmitas
 eſt, demitti debet lana mollis bene carpta, que
 id excipiat, ſuperq; oculos imponi. Ea res &
 leuis eſt, & refrigerando pituitam coerget, &
 non exareſcit, & glutinari oculum non pa-
 tur. Farina quoque ordeacea cocta, & cum
 malo cotoneo cocto mixta, commode imponi-
 tur. Neque ab ratione abhorret etiam penicil-
 lo potissimum rti expressio: ſi leuior impetus
 eſt, ex aqua: ſi maior, ex poſca. Priora fa-
 ſcia deliganda ſunt, ne per ſomnum cadant, &
 hoc ſuperimponi ſatis eſt, quia & reponi ab
 ipſo commode potefit: & cum inaruit, iterum
 madefaciendum eſt. Si tantum mali eſt, ut ſo-
 mmum diu prohibeat, eorum aliquid dandum
 eſt, que acrædivæ Greci vocant. Satuq; eſt pue-
 ro, quod erui, viro quod fabæ magnitudinem
 impleat. In ipsum vero oculum primo die, ni-
 modica ſi immodica inflammatio eſt, nihil recte con-
 iicitur. Sepe enim potius concitatur eo pituita,
 quam minuitur. A secundo die graui quoque
 lippitudini per indita medicamenta recte ſuc-
 curritur, vbi vel iam ſanguis missus, vel aliud
 ducta eſt, aut vbi neutrū necessarium eſſe, ma-
 nifestum eſt.

De

De diversis oculorum collyriis.

Multa autem malorumq; autorum collyria ad id apta sunt, nouisq; etiā nunc misturis temperari possunt, cum lenia medicamenta & modice reprimēta, facile & varie miscentur. Ergo nobilissima exequar.

Philonis collyrium.

Est igitur Philonis, quod habet cerusse elo-
te, spodij, gummi, singulorum p. i. *. papau-
eris lacrymæ combustæ p. i. *. Illud scire opor-
tet, hic quoque omnia medicamenta, singula pri-
mum per se teri, deinde mixta, iterū adiecta pau-
latim vel aqua vel alio humore: gummi cum
quasdam alias facultates habeat, hoc maxime
præstare, ut ubi collyria facta inaruerunt, glu-
tinata sint, neq; fridentur. Gummi;

Dionysii collyrium.

Dionysij vero collyrium est, papaueris la-
crymæ combustæ, donec tenerescat, p.
i. *. thuris combusti, gummi, singulorū p. i. i. *.
spodij p. i. i. i. *

Cleonis collyrium.

Cleonis nobile admodum, papaueris la-
crymæ frictæ p. i. *. croci p. i. *. gummi
p. i. *. quibus cum teruntur, adjectur rosa suc-
cus. Aliud eiusdē valentius: Squamae aeris quod
Sōmeux appellant, p. i. *. croci p. i. i. *. spodij
p. i. i. i. *. plumbi & eloti, & combusti p.
vi. *. gummi tantundem. Eius aliud quoque ad
idem est, maxime ubi multa pituita profuit.
Castorei p. *. aloës p. l. *. croci * p. l. *. * p. x i.

myrrhae p. I. *. lycij p. IIII. *. cadmia curata p. V IIII. *. stibis tantundem, acaciae succi p. XI I. *. quod cum gummi miscuit, liquidum in pixidicula seruat. Theodotus vero huic compositioni adiecit papaveris lacrymae com
* alias: nu bustae p. *. eris combusti & eloti p. II I. *. * mu-
cleos pal- cleorum palmarum combustorum p. X *. gum-
marii co- mi p. XI I. *

bustos nu Theodoti collyrium, Acharstnm appellatum.

mero x.

A Tipius Theodoti, quod à quibusdā ex-
* p. II. rei, nardi indici, singulorum p. I. *. lycij * p. *.
papaveris lacrymae tantundem, myrrhae p. II I. *.
crocis, cerussae elotae, aloës, singulorum p. IIII. *.
cadmia botryodis elotae, eris combusti, singulo-
* p. XVIII rum p. V IIII. *. gummi * p. V IIII. *. acaciae suc-
ci p. XX. *. stibis tantundem, quibus aqua plu-
nialis adiicitur.

Cythion vel Tephron collyrium.

PRæter hæc ex frequentissimis collyrijs est
id, quod quidam Cythion, quidam à cine-
reo colore Tephron appellant, amyli, tragacan-
thæ, acaciae succi, gummi, singulorum p. I. *. pa-
* p. VIII. papaveris lacrymae p. I I. *. cerussae elotæ * p. I I I I.
spuma elo *. spuma elotæ p. V IIII. Quæ aque ex aqua plu-
t. p. XIII uiali conteruntur.

Euelpidis collyrium, Trygodes nominatum.

EVelpides autem qui etate nostra maximus
fuit ocularius medicus, vocabatur eo, quod
ipse cōposuerat, Trygodes nominabat: Castorei

p. II.

P. I I . * . lycij, nardi, papaveris lacrymae, singulo-
rum P. I . * . croci, myrrhae, aloës, singulorum P.
I I I . * . aeris combusti^x P. V I I I . * . cadmia, & P. V I I I
stibis, singulorum P. X I I . * . acacie succi P.
X X V I . * . gummi tantundē. Quo grauior verò
queq; inflammatio eſt, eo magis leniri medica-
mentum debet, adiecto vel albooui, vel muliebri
laſte. At si neque medicus, neq; medicamentum
præſto eſt, ſepiuſ utrumlibet horum in oculis pe-
nicillo ad ipsum facio infuſum, id malum lenit.
Vbi verò aliquis releuatus eſt, iamq; cursus
pituitæ conſtitit, reliqui as fortaffe leniores fu-
tur. as diſcutiunt balneum & vinum. Igitur la-
uari debet leuiter, antè ex oleo perfricatus, diu-
tinusq; in cruribus & feminibus, multaq; ca-
lida aqua fouere oculos, deinde per caput prius
calida, tum egelida perfundi, à balneo caue-
re, ne quo frigore afflatu' ueledatur: poſthac
cibo paulo pleniore, quam ex eorum dierum
conſuetudine, vti: vitatis tamen omnibus pi-
tuitam extenuantibus. Vinum bibere lene, sub-
auerterum, modice vetus, neque effuſe neque
timide, vt neque cruditas ex eo, & tamen
ſomnus fiat, lenianturq; intus latentia acria.
Sed si quis in balneo ſenſit maiorem oculorum
perturbationem quam attulerat, quod incide-
re his ſolet, qui manente adhuc pituitæ curſu
festinarunt, quamprimum diſcedere debet, ni-
hil eo die vini aſſumere, cibi minus etiam quam
pridie. Deinde cum primū ſatis pituita ſubſtitit

iterum ad usum balnei redire. Solet tamen euenire nonnunquam siue tempestatum vitio, siue corporis, ut pluribus diebus neq; dolor, neq; inflamatio, & minimè pituitæ cursus finiatur. Quod ubi incidit, iamq; ipsa vetustate res matura est, ab his eisdem auxilium petendum est, id est balneo ac vino. Hæc enim ut in recentibus malis aliena sunt, quia concitare ea possunt, & accendere, sic in veteribus que nullis alijs auxilijs cesserant, admodum efficacia esse consuerunt. Videlicet hic quoq; ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrarijs adiumentibus. Sed antè tonderi ad cutem conuenit. Deinde in balneo aqua calida quamplurima caput atq; oculos fouere, tum utrumq; penicillo detergere, & ungere caput irino vnguento: contimereq; in lectulo se, donec omnis calor qui conceptus est, finiatur, desinatq; sudor, qui necessario in capite collectus est. Tum ad idem cibi viniq; genus veniendum est sic, uti potionis meracæ sint, obtegendumq; caput, et quiescendum. Sæpe enim post hæc gravis somnus, sæpe sudor, sæpe alui deiectione pituitæ cursum finit. Si leuatum malum est, quod aliquanto saepius fit, per plures dies idem fieri oportet, donec ex toto sanitas restituatur. Si diebus eisdem aliud nihil reddit, ducenda est, quo magis superiores partes leuentur. Nonnunquam autem ingens inflamatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat. πρὸς τοιν id, quoniam oculi procidunt, Græci appellant. His
 utiq;

Vliq; si vires patiuntur, sanguinem mitti: si id fieri non potest, aluum duci, longiorēmque in diam indici necessarium est. Opus autem lenissimis medicamentis est. Ideoque Cleonis collyrio quidam quod ex duobus antē positum est, utuntur. Sed optimum est Nilei. Neque de ullo magis inter omnes autores conuenit.

Nilei collyrium omnium optimum.

I D habet nardi Indici, papaveris Lacrymae, singulorum p. i. *. gummi p. i. *. croci p. ii. *. foliorum rosae recentium p. iiiii. *. Quae vel aqua pluviatili, vel vino leni subaustero coguntur. Neque alienum est malicoriū, vel fertulam campanam ex vino coquere, deinde conterere, aut myrrham nigrā cum rosae folijs miscere, aut hyoscyami folia, cum ovi coelivitello, aut farinam cum acciae succo, vel passo, aut milso. Quibus si folia quoque papaveris adiūciantur, aliquanto valentiora sunt. Horum aliquo præparato, penicillo fovere oculos oportet, ex aqua calida expresso: in qua antē mel myrti vel rosae folia decocta sunt. Deinde ex illis aliquid imponi. Præter haec ab occipitio incisa cute, cucurbitula admouenda est. Quod si per haec restitutus oculus in sedem suam non est, eodemque modo prolapsus permanet, scire oportet, lumen esse amissum. Deinde futurum, ut invarescat is, aut in pus vertatur. Si suppuratione ostendit, ab eo angulo qui propior temporis est, incidi oculus debet: ut effuso pure et inflammatio, ac dolor finiatur, et intus tunicae resistant,

y 4 dant,

dant, quo minus fœda postea facies sit. Utendum
deinde vel ipsdem collyrijs est ex lacte, aut ovo,
vel croco, cui album ovi misceatur. Ac se indu-
ruit et sic emortuus est, ne in pus verteretur,
quatenus fœde prominebit, excidendum erit, sic
ut hamo summa tunica apprehendatur: infra id
deinde scalpellus incidat, tamen medicamen-
ta erunt coniencia, donec omnis dolor finiatur.
Iisdem medicamentis in eo quoq; oculo utendum
est, qui primum procidit, deinde per plura loca
fixus est.

De carbunculis oculorum, & eorum
curatione.

Solent etiam carbunculi ex inflammatione
nasci, nonnunquam in ipsis oculis, nonnun-
quam in palpebris: et in his ipsis oculis modo ab
interiore, modo ab exteriore. In hoc casu aliuss
ducenda est, cibus minuendus, lac potui dan-
dum, ut acria quæ laferunt, leniantur. Quod ad
cataplasma et medicamenta pertinet, his ut-
endum, que aduersus inflammationes proposi-
ta sunt. Atq; hic quoq; Nilei collyrium optimum
est: si tamen carbunculus in exteriore palpebra
parte est, ad cataplasma aptissimum est limi
semen, ex mulso coctum: aut si id non est, tritici
farina eodem modo cocta.

De pustulis oculorum & curatio-
ne earum.

Pustulae quoq; ex inflammationibus inter-
dum oriuntur. Quod si inter initia proti-
nus incidit, magis etiam seruanda sunt, que de
sanguis

sanguine, et quiete suprà posui. Sin serius quām
vt sanguis mitti possit, aliud tamē ducenda est.
Si id quoq; aliqua res inhibet, vtiq; vicitus ratio
seruanda est. Medicamentis autem hic quoq; le-
nibus opus est, quale Nilei, quale Cleonis est.

*Philetis collyrium, ad pustulas oculorum.

ID quoq; quod *Philetis vocatur, huic aptum
est, Myrrhae, papaueris lacrymae, singulorum *Philale-
p. i. *. plumbi eloti, terrae saniae, que àsg̃ng vo-
catur, tragacanthae, singulorum p. IIII. *. sti-
bis cocti, amyli singulorum p. XV. *. spodi elo-
ti, cerussae elotae, singulorum p. VIII. *. Quæ a-
qua pluuiali excipiuntur. Vsus collyrij, vel ex
ono, velex lacte est.

De ulceribus oculorum, & eorum curatio-
ne, & de διὰ Καλάνη collyrio.

EX pustulis ulcera interdum fiunt, eaq; re-
centia aequa lenibus medicamentis nutrien-
da sunt, & iisdem fere que suprà in pustulis
posui. Fit quoq; proprie ad hæc quod *diabalanu *διὰ βο-
vocatur. Habet æris combusti & eloti papau-
eris lacrymae frictæ, singulorum p. I. *. spodi elo-
ti, thuris, stibis combusti & eloti, myrrhae, gum-
mi, singulorum p. II. *.

Curatio oculorum aliquo casu imminutorum.

EVenit etiam, vt oculi vel ambo, vel singuli,
minores fiat, quām esse naturaliter debeant.
Idq; & acer pituitæ cursus in lippitudine effi-
cit, & continuati fletus, & ictus parum bene
curati. In his quoq; iisdem lenibus medicamentis

y 5 ex

ex muliebri lacte vtendum est. Cibis verò his qui maxime corpus alere, & implere consuevunt. Vitandaq; omni modo caussa, que lacrymas excitet, curaq; domesticorum, quorum etiam si quid tale incidit, eius notitiae subtrahendum: atq; acria quoq; medicamenta, et acres cibi non alio magis nomine his nocent, quam quod lacrymas mouent.

De pediculis palpebrarum.

Genus quoq; ritu est, qui inter pilos palpebrarū pediculi nascuntur. Id φθειγασιμον Græci nominant. Quod cum ex malo corporis habitu fiat, raro nō vltra procedit. Sed fere tempore interposito, pituitæ cursus acerrimus sequitur, exulceratisq; vehementer oculis, aciem quoq; ipsam corrumpit. His aliis ducenda, caput ad cutem tondendum, diuq; quotidiani ieunis perfriandum. His, ambulationibus, alijsq; exercitationibus diligenter vtendum, gargariꝫ andumq; ex mulso, in quo nepeta & pinguis ficus decocta sit: sepe in balneo multa calida aqua fouendum caput. Vitandi acres cibi, lacte vinoq; pingui vtendum, bibendumq; liberalius quam edendum est. Medicamenta verò intus quidem le-

* alijs, ma danda sunt, *ne acriorem pituitam concurre acrio- tent. Super ipsos verò pediculos alia, que neca- res pitui- re eos et prohibere ne similes nascantur, possint. & conci- Ad idipsum spuma nitri p. 1. *. sandaracæ p. 1. centur. *. vna taminia p. *. 1. simul teruntur, adiici- turq; retus oleum pari portione, atq; acetum, do- nec

nec ei mellis crassitudo sit.

De oculorum grauioribus morbis, qui ex inflammationibus oriuntur, & validioribus medicamentis curantur, & de Andreæ collyrio, & de *diacerato.

Hactenus oculorum morbi lenibus medi- * *dicere nē-*
camentis * *nutriuntur. Genera deinde alia gœ̄t̄.*
Sunt, quæ diuersam curationē desiderant, sereq; * *curātur*
ex inflammationibus natūra sunt, sed finitis quoq;
bis manentia. Atq; in primis in quibusdam per-
seuerat tenuis pituitæ cursus, quibus aliis ab
inferiore parte euocanda est, demendum ali-
quid ex cibo. Neq; alienum est illini frontem
compositione Andreæ. Quæ habet gummi r. i.
**.cerussæ, stibis, singulorum p. i i. *. spuma ar-*
*genti & coctæ, & elotæ p. i i i. *. Sed & ea*
spuma ex aqua pluiali coquitur, & arida hæc
medicamenta ex succo myrti conteruntur. His
illata frōte, cataplasma quoq; supèr injiciendum
ex farina, que frigida aqua coacta sit, cuiq; aut
acaciæ succus, aut cypressus adiecta sit. Cucur-
bitula quoq; inciso vertice, recte accommoda-
tur, aut ex temporibus sanguis emittitur. Inun-
gi verò eo debet quod habet squame æris, papa-
*neris lacrymæ, singulorum p. *. ceruini cornu*
combusti & eloti, plumbi eloti, gummi, singu-
*lorum p. i i i i. *. thuris p. xii. *. Hoc collyrium*
quia cornum habet, dicere nēgat̄ nominatur.
Quotiescumque non adiicio quod genus humoris
adiiciendum sit, aquam intelligi volo.

Memigmenon, Euelpidis collyrium.

Ad

Ad idem Euelpidis, quod meum ymēvōn nō minabat. In eo papaueris lacrymae, & albi piperis, singula vnicæ sunt, gummi libra, & eris combusti p. i. *. Inter h. as autem curationes, post intermissionem aliquā prosunt balneum & vi- num. Cumq; omnibus lippientibus ritandi cibi sunt, qui extenuant, tum præcipue quibus tenuis humor diu fertur. Quod si iam fastidium est eorum, que pituitam crassiorem reddunt, sicut in hoc genere materie maxime promptum est, con fugiendum est ad ea, que quia ventrem, corpus quoq; astringunt.

De oculorum viceribus supercrescentibus,
sordidis, cauis, veteribus, & cura-
tionibus singulorum.

At ulcera si cum inflammatione finita non sunt, aut supercrescentia, aut sordida, aut caua, aut certe vetera esse consuerunt. Ex his su- percrescentia collyrio, quod Memigmenon voca- tur, optime reprimuntur. Sordida purgantur & eodem, & eo quod Smilion nominatur.
Smilion collyrium.

Habet æruginis p. i i i. *. gummi tantum- dem, ammoniaci, minij sinopici, singulorū p. x v i. *. Quæ quidam ex aqua, quidam, quo- vehementiora sint, ex aceto terunt.

Phynon collyrium Euelpidis.

* Aliás, **I**d quoq; Euelpidis, quod * Phynona adpella- Pyrron, **I**bat, huic utile est: Croci p. i. *. papaueris la- vel Pyr- erymæ, gummi, singulorum p. i i i. *. eris combusti- rona. et eloti, myrrhae, singulorū p. i i i i. *. piperis albi

p. vi. *

P.VI.*. Sed ante linitum hoc vngendum est.

Sphaerion collyrium Euelpidis.

ID quoq; eiusdem, quod Sphaerion nominabat,
eodem valet. Lapidis hematitis eloti p. II.*.
piperis grana sex, cadmiæ elotæ, myrrhæ, papa-
ueris lacrymæ, singulorum p. III.*. croci p. IIII.*.
. gummi p. V I I I .. Quæ cum vino amineo
conteruntur.

Liquidum Euelpidis collyrium.

Liquidum quoque medicamentum ad idem
componebat, in quo erant hæc, eruginis p.
*. minij combusti, atramenti sutorij, cinamomi,
singulorum p. III.*. croci, nardi, papaveris la-
crymæ, singulorum p. I.*. myrrhæ p. II.*. eris
combusti p. III.*. cimeris ex odoribus p. IIII.*.
piperis grana *xv. Hæc ex vino austero terun- *v.
tur: deinde cum passi tribus heminis decoquun-
tur, donec corpus unum sit. Idq; medicamentum
vetustate efficacius fit.

De canis oculorum ulceribus, & curationibus.

CAUA verò ulcera commodissime implet
ex his que supra posita sunt, Sphaerion, &
id quod *Philetis vocatur. Idem Sphaerion ve- *alidjs,
tus tis ulceribus, & vix ad cicatricem venien- Philale-
tibus optime succurrit. tis, pilas-

Hermonis collyrium.

Est etiam collyrium quod cum ad plurava-
leat, plurimum tamen proficere in his ulce-
ribus videtur. Refertur ad Hermonem autorem,
habet piperis longi p. I.3.*. albi* p.*. cinnamoni * p. V.
mi, costi, singulorum p. I.*. atramenti sutorij,
nardi,

nardi, casiae, castorei singulorum p. i. *. gallæ p. v. *. myrrhae, croci, thuris, lycij, cerusse, singulorum p. v. i. i. i. *. papaveris lacrymæ p. xii. *. aloës, æris combusti, cadmie, singulorum p. xvi. *. acacie, stibis, gummi, singulorum p. xxv. *. De cicatricibus oculorum, quæ ex ulceribus factæ sunt, & quomodo curari debeant, & de Asclepia, & Canopite & Pyxino, collyrijs.

FAELAE vero ex ulceribus cicatrices, duabus virtutis periclitantur, ne aut caue, aut crasse sint. Si caue sunt, potest eas implere, id quod sphærion vocari dixi, vel id quod Asclepias nominatur. Habet papaveris lacrymæ p. ii. *. sagapeni, opopanacis, singulorum p. iii. *. ærugininis p. i. i. i. *. cinnimi p. v. i. i. i. *. piperis p. x. i. i. *. cadmie elote, cerusse, singulorum p. x. v. i. *. At si crasse cicatrices sunt, extenuat vel smilion, vel canopite collyrium quod habet cinamomi, acacie, singulorum p. i. *. cadmie elote, croci, myrrhae, papaveris lacrymæ, gummi, singulorum p. i. i. *. piperis albi, thuris, singulorum p. i. i. i. *. æris combusti p. i. x. *. cum aqua pluviatili. Vel Euelpidis Pyximum, quod ex his constat: Salis fossilis p. i. i. i. *. ammoniaci, thyamiatis p. v. i. i. *. papaveris lacrymæ p. x. i. i. *. alias, *. cerusse p. xv. *. piperis albi, eroci siculi, * singulorū gulorum p. l. ii. *. gummi p. x. i. i. *. cadmie elote p. ix. *. Maxime tollere cicatricem videtur, id quod habet gummi p. i. i. i. *. ærugininis p. i. *. crocomarmatis p. i. i. i. *. XXXI.

De

De alio genere inflammations oculorum.

Est etiam genus inflammationis, in qua si cui tument ac distenduntur cum dolore oculi, sanguinem ex fronte emitti necessarium, multaq; aqua calida caput atq; oculos fouere, gargarizari ex lenticula, vel ex fici cremore, inungiri acribus medicamentis, quae supra comprehensa sunt, maximeq; eo quod Sphaerion nominatur, quod lapidem hematiten habet. Atq; alia quoq; utilia sunt, quae ad extenuandā aspritudinem sunt, de qua protinus dicam. Hanc autem inflammatione oculorum fere sequitur, interdum maior, interdum leuior, non unquam etiam ex aspritudine lippitudo sit, deinde aspritudinē ipsam auget, sitq; ea in alijs breuis, in alijs longa, & que vix unquam finiatur. In hoc genere valetudinis quidam crassis durasq; palpebras, & fuscaneo folio & asperato specillo, & interdum scalpello eradunt, versasq; quotidie medicamentis suffrictant. Quae neq; nisi in magna vestitaq; aspritudine, neq; sepe fuciēda sunt. Nam melius eodem ratione vietus & idoneis medicamentis peruenitur. Ergo exercitationibus utemur, & balneo frequentiore, multaq; oculorum palpebras aqua calida fouelimus. Cibos autem sumemus acres, & extenuantes.

Cesarianum collyrium.

At medicamentum id quod Cesarianum vocatur, habet atramenti futorij P.I. *.
misjos

*mifyos p. *. piperis albi p. v. *. papaueris lacry-
me, gummii, singulorum p. ii. *. cadmie lotae p.
i i i. *. stibis p. vi. *. Satisq; constat, hoc colly-
rium aduersus omne genus oculorum valetudi-
* Alias, nisi idoneum esse, exceptis his quae lenibus * nu-
curantur trahuntur.*

Hieracis collyrium.

ID quoq; quod Hieracis nominatur, ad aspri-
tudinem potest: Habet myrrae p. i. *. am-
moniaci, thymiamatis p. ii. *. aeruginis rasae p.
i i i. *. cum aqua pluviatili. Ad idem idoneum
est etiam id quod Canopite est, & id quod Smi-
lion vocatur, & id quod pyximum, & id quod
Splærion. Si composita medicamenta non adsunt,
felle caprino, vel quam optimo melle satis com-
mode aspritudo curatur.

De Xerophthalmia, genere aridæ lippitudinis.

Est etiam genus aridæ lippitudinis, ξεροφ-
θαλμίαν Græci appellant: neq; tument,
neq; fluunt oculi, sed rubent tantum, & cù dolore
quodam grauescunt, et noctu prægraui pitui-
* inhære- ta inalescant: quantoq; minor generis huius im-
scunt petus, tanto finis minus expeditus est. In hoc
vitio multum ambulare, multum exerceri, lamaris
sepe, ibiq; desudare, multaq; frictione uti necef-
sarum est. Cibi neq; qui implent, neq; nimium
acres apti sunt, sed inter hos medij. Mane ubi
concoxisse manifestum est, non alienum est ex
* Alias, sinapi gargariZare, tum deinde caput atque os
defricare duitius* perfricare.

Rhimion

Rhinion collyrium.

Collyrium vero aptissimum est, quod Rhinon vocatur. Habet myrrhae p. i. * . papaveris lacrymae, acacie succi, piperis, gummi, singulorum p. i. *. lapidis haematitis, lapidis phrygii, lycii, lapidis scissilis, singulorum p. i. i. *. eris combusti p. i. i. i. *. Ac pyximum quoque eodem accommodatum est.

Ad oculos scabros, collyria.

Si uero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit, potest prodeesse Rhinion, id quod supra positum est: potest similiter prodeesse id quod habet eruginis rase, piperis longi, papaveris lacrymae, singulorum p. *. i. i. piperis albi, gummi, singulorum p. *. i. i. i. cadmiae elotae, cerusse, singulorum p. v. i. *. Nullum tamen melius est quam Euelpidis, quod Basiliicon nominabat. Habet papaveris lacrymae, cerusse, lapidis Asij, singulorum p. i. i. *. gummi p. x. i. i. *. piperis albi p. i. i. i. *. croci p. v. i. *. psorici p. x. i. i. *. Nulla autem per se materia est, que Psoricum nominetur, sed chalcitidis aliquid, & ψωρινός cadmiae dimidio plus ex acetosimil conteruntur, descriptio, idq; in vas simile additum, & coniectum fuscum folijs sub terra reponitur, sublatumq; post quæ eadēda fere & à dies cori- dies viginti rursus teritur, & sic appellatur. de tradi- Verum in basilico quoque collyrio conuenit, ad omnes affectus oculorum id esse idoneum, qui non tur.

*lenibus medicamentis curantur. Vbi non sunt *lenibus autem medicamenta composita, scabros angulos

Z lenans

leuant & mel & vinum. Succurritq; & his,
& aridae lippitudini, si quis panem ex uino sub-
actum super oculum imponit. Nam cum fere sit
humor aliquis, qui modo ipsum oculum, modo
angulos, aut palpebras exasperat, sic, & si quid
prodit humoris, extrahitur, & si quid iuxta
est, repellitur.

Ad Caligationem oculorum, quae propter lippi-
tudinem oritur, remedia & collyria.

CAliigare verò oculi nonnunquam ex lip-
pitidine, nonnunquam etiam sine hac pro-
pter senectutem, imbecillitatem ne aliam consue-
runt. Si ex reliquijs lippitudinis id vitium est,
adiuuat collyrium, quod Asclepias nominatur.
Adiuuat id quod ex crocomagmate fit.

diac nponis collyrium.

Proprie etiam ad id componitur, quod *diac*
nponis vocant: habet piperis P. I. *. croci
ciliis, papaueris lacrymæ, cerusse, singulorum P.
I I. *. psorici, gummi singulorum P. I I I. *.

Ad caligationem oculorum, quae propter sen-
ectutem, aut aliam imbecillitatem sit.

AT si ex senectute, alia ne imbecillitate id
est, recte inungi potest, & melle quam
optimo, & cyprino, & oleo vetere. Commodissimum
tamen est, balsami partem unam, & olei
veteris, aut cyprini partes duas, mellis quam a-
cerrimi partes tres miscere. Utilia quoque huic
medicamenta sunt, quae ad caliginem proxime,
quæq; ad extenuandas cicatrices supra compre-
hensa sunt. Cuicunq; verò oculi caligabunt, huic
opus

*opus erit multa ambulatione atque exercitatio-
ne, frequenti balneo, rbi totum quidem corpus
perfricandum est, precipue tamē caput, & qui-
dem irino, donec insudet, velandumq; postea,
nec detegendum antequam sudor & calor do-
mi conquerierint. Tum cibis vtendum acribus, &
extenuantibus, interpositisq; aliquibus diebus,
ex sinapi gargariȝ andum.*

De suffusione oculorum.

Suffusio quoque (quam Græci $\pi\tau\delta\chi\sigma\omega$ no-
minant) interdum oculi* potentia, qua cer- *pituita
nit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu cu-
randum est. Inter initia nonnunquam etiam cer-
tis obseruationibus discutitur. Sanguinē ex fron-
te vel naribus mittere, in temporibus venas adu-
rere, gargariȝ ando pituitam euocare, suffumiga-
re oculos acribus medicamentis, inungere expe-
dit. Vielius optimus est, qui pituitam extenuat.

*De resolutione oculorum, quæ Para-
lysis dicitur.*

Ac ne resolutio quidem oculorum, quam
 $\pi\alpha\tau\alpha\lambda\omega$ Græci nominant, alio vielius
modo, vel alijs medicamentis curanda est. Ex-
posuisse tantum genus vitij satis est. Igitur in-
terdum euenit, modo in altero oculo, modo in
utroque, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comi-
tiali, aut ex distensione neruorū, qua vehemen-
ter oculus ipse concussus est, ut his neque quo-
quam intendi possit, nec omnino consistat: sed
huc illuc' ue sine ratione moueat, ideoq; ne con-
spectum quidem rerum præstet.

De Mydriasi oculorum.

Non multum ab hoc malo distat id, quod μυδρίασις Græci vocant. Pupilla effunditur & dilatatur, aciesq; eius habescit: ac penè difficilime genus id imbecillitatis eliditur. In utraq; vero, id est, & paralysi & mydriasi, pugnandum est per eadem omnia, quæ in caligine oculorum præcepta sunt, paucis tantum mutatis: siquidem ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adiiciendum est, melle inungiri satis est. Quidam in posteriore vitio calidis aquis rite relenatiq;. Quidam sineulla manifesta causa subito obsecinati sunt. Ex quibus nonnulli cum aliquandiu nihil vidissent, repentina profusione alii lumen receperunt. Quo minus alienum videtur, ex recenti re & interposito tempore medicamentis quoq; moliri deiectiones, quæ omnem noxiā materiam in inferiora depellant.

De imbecillitate oculorum.

Praeter hæc imbecillitas oculorum est, ex quæ quidem interdiu satis, noctu nihil cernunt, quod in fœminam bene respondentibus menstruis non cadit. Sed sic laborantes inungi oportet, alijs, in tetra sanguine iocinoris, maxime hircini: si minus, iuniorum, caprini: ubi id assūm coquitur, excepto: atq; edi quoque ipsum iecur debet. Licet tamen etiam ijsdem medicamentis non inutiliter vitiæ vel cicatrices, vel aspritudinem extenuant: quidam contritò semine portulacæ mel adiiciunt, eatenus ne id ex specillo distillet, eoq; inungunt.

Exerc

*Exercitationibus, balneo, frictionibus, gargari-
zationibus ipsisdem, his quoq; vtendum est.*

*Ad oculos, qui extrinsecus offenduntur, cum
sanguine suffusi sunt.*

ETHEC quidem in ipsis corporibus oriuntur. Extrinsecus vero interdum si ictus oculum lredit, ut sanguis in eo suffundatur, nihil commodius est, quam sanguine vel columbae, vel palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id sine causa sit, cum horum acies extrinsecus lesa interposito tempore in antiquum statum redeat, celeberrimeq; hirundinis. Vnde etiam locus fabule factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod per se sanescit. Eorum ergo sanguis nostros quoq; oculos ab externo casu commodissime tuetur, hoc ordine, ut sit hirundinis optimus, deinde palumbi, minime efficax columbae & illi ipsi, & nobis. Supra percussum vero oculum ad inflammationem leniendam, non est alienum imponere etiam cataplasma. Sed ^{*an-} ^{*Armenia} moniacus, vel quilibet alias quam optimus teri debet, sic ut ei paulatim oleum adiiciatur, donec crassitudo strigimenti fiat. Id deinde miscendum ^{cus legen-} ^{dū, vt sub-} audiatue lapis. est cum hordacea farina, que ex mulso decocta sit. Facile autem recognitis omnibus, que medici quoq; prodiderunt, apparere cuilibet potest, vix nullum ex his, que supra comprehensiona sunt, oculi virtutē esse, quod non simplicibus quoq; & promptis remedijs submoueri posset.

De aurium morbis, & curationibus. C A. VII.

Z 3 Hact

Hacilenus in oculis ea reperiuntur, in quibus medicamenta plurimū possint. Ideoq; ad aures transeundum est, quarum usum proximum à luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto maius periculum est: nam vitia oculorum intra ipsos nocent. Aurium inflamationes doloresq;, interdum etiam ad dementiam mortemq; præcipitant. Quo magis inter initia protinus succurrendum est, ne maiori periculo locus sit. Ergo ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere & continere se debet. Postero die, si vehementius malum est, caput tondere, idq; irino vnguento calido perungere & operire. At magnus cum febre vigiliaq; dolor exigit, ut sanguis quoque mittatur. Si id aliquæ caussæ prohibent, aliud soluenda est. Cataplasma quoque calida subinde mutata proficiunt, siue fæni Græci, siue lini, siue alia farina ex mulso decocta est. Reclite etiam subinde admonentur spongæ, ex aqua calida expressæ. Tum leuato dolore, cernutum circundari debet ex irino aut cyprino satum. In quibusdam tamen melius, quod ex rosa sanctum est, proficit. Si vehementis inflammatio somnū ex toto prohibet, adiici cataplasma debent, papaveris, corticis fricti atque contriti, sic ut ex his pars dimidia sit, eaq; tum simul ex passo mixto decoquatur. In aurem vero infundere aliquid medicamentū oportet, quod semper ante tepefieri conuenit, commodissimeq; per strigilem instillatur. Vbi auris repleta est, super lana molliis

lis addenda est, quæ humorē intus contineat.
 Et hæc quidem communia sunt. Medicamentum
 verò est & rose, & radicum arundinum suc-
 cus, & olerum in quo lumbrici coeli sunt, et hu-
 mor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali
 persicæ expressus. Composita verò ad inflamma-
 tionem doloremq; leniendum hæc fere sunt: Ca-
 storei, papaueris lacrymæ pares portiones conte-
 runtur, deinde adiicitur his passum. Vel papau-
 eris lacrymæ, croci, myrræ par modus, sic teri-
 tur, ut inuicem modo rosa, modo passum instille-
 tur. Vel id quod amari in egyptia faba est, con-
 teritur, rosa adiecta. Quibus myrræ quoq; pau-
 lum à quibusdam miscetur, vel papaueris lacry-
 mæ, aut thus cum muliebri lacte, vel amararum
 nucum cum rosæ succo. Vel castorei, myrræ, pa-
 paueris lacrymæ pares portiones cum passo. Vel
 croci p. i. *. myrræ, alumini scissili singulorum
 p. x. 3, quibus cum teruntur, paulatim miscentur
 passi cyathi tres, mellis minus cyatho. Idq; ex
 primis medicamentis est. Vel papaueris lacryma
 ex aceto. Licet etiam compositione vti Themis-
 sonis, que habet castorei, opopanaxis, papaueris
 lacrymæ ex aceto, singulorum p. i i. *. spuma
 lycij p. i i i. *. Que contrita passo excipiuntur,
 donec eerati crassitudinem habeant, atq; ita
 reponuntur. Vbi r̄sus requiritur, r̄sus idem
 medicamentum adieclo passo, specillo teritur.
 Illud perpetuum est, quotiescumq; crassius medi-
 camentum est, quam vt in aurem instillari pos-

24 sit,

sit, adiūciendum eum esse humorem, ex quo id
 componi debet, donec satis liquidum sit. Si verò
 pus quoq; aures habent, recte lycium per se in-
 funditur, aut irinum vnguentum, aut porri suc-
 cus cum melle, aut centaureæ succus cum passo,
 aut dulcis punici mali succus in ipsius cortice te-
 pefactus, adiecta myrrhæ exigua parte. Recte
 etiam miscentur myrrhæ (quam tantum co-
 gnominat) p. i. *. croci tantundem, nuces ama-
 ræ x v. mellis sesquicyathus. Que contrita, cum
 vtendum est, in cortice punici mali tepefacta. Ea
 quoque medicamenta que oris exulcerati caussa
 componuntur, & que r̄icera aurium sanant. Que
 si vetustiora sunt, & multa sanies fluit, apta
 compositio est, quæ ad autorem Erasistratum re-
 fertur, piperis p. i. *. croci p. i. 3. *. myrrhæ, mi-
 syos cocti, singulorum p. i. i. *. æris combushti p.
 i. i. *. Hæc ex vino teruntur. Deinde ubi in-
 aruerunt, adjiciuntur passi hemine tres, & si-
 mul coquuntur. Cum vtendum est, adjicitur his
 mel & vinus. Est etiam Ptolemei chirurgi me-
 dicamentum, quod habet lentisci p. i. *. gallæ p.
 i. *. omphacis p. i. *. succum punici mali. Est
 Menophili validum admodum, quod ex his con-
 stat, piperis longi p. i. *. castorei p. i. i. *. myr-
 rhæ, croci, papaveris lacrymæ, nardi syriaci, thu-
 ris, malicory, ex Aegyptia faba partis interio-
 ris, nucum amararum, mellis quam optimi, sin-
 gulorum p. i. i. i. *. Quibus, cum teruntur, ad-
 iicitur acetum quam acerrimum, donec crassitu-
 do

do in his passi fiat. Est Cratonis, cinamomi, casiae,
 singulorum p. i. *. lycij, nardi, myrrhae, singulo-
 rum p. i. *. aloës p. i i. *. mellis cyathi tres, vi-
 ni sextarius. Ex quibus vinum cum lycio deco-
 quitur, deinde his alia miscentur. At si multum
 puris, malusq; odor est, eruginis rasa, thuris, sin-
 gulorum p. i i. *. mellis cyathi duo, aceti quatuor
 simul incoquuntur. Vbi vtendum est, dulce vinum
 miscetur. Aut aluminis scissilis, papaueris lacry-
 me, acacie succi par pondus miscetur, hisq; adi-
 citur hyoscyami succi dimidio minor quam unius
 ex superioribus portio, eaq; trita, ex vino di-
 luuntur. Per se quoq; hyoscyami succus satis pro-
 ficit. Commune verò auxilium aduersus omnes
 aurium casus, iamq; vsu comprobatus Asclepias
 des composuit. In eo sunt cinamomi, casiae, sin-
 gulorum p. i. *. flores iunci rotundi, castorei al-
 bi, piperis longi, amomi, myrobalani, singulorum
 scrupuli duo, thuris masculi, nardi syriaci, myr-
 rhæ pinguis, croci, spuma nitri, singuloru p. i i.
 *. Quæ separatim contrita, rursus mixta ex ace-
 to conteruntur, atq; ita condita, ubi vtendum est,
 aceto diluuntur. Eodem modo commune auxi-
 lium auribus laborantibus est, Polybij sphragis
 ex dulci vino liquata. Quæ compositio priore li-
 bello continetur. Quod si & sanies proficit, &
 tumor est, non alienum est, mixto vino per oricu-
 larium clysterem eluere, & tum infundere vi-
 num austерum cum rosa mistum, cui spodij pau-
 lum sit adseclum, aut lycium cum lacte, aut her-

Z 5 bæ

bae sanguinalis succum cum rosa, aut mali punici succum cum exigua parte myrrae. Si sordida quoque ulcera sunt, melius mulso eluentur, et tum aliquid ex his, que supra scripta sunt, quod mel habeat, infunditur. Si magis pus profluit, et caput utiq; tondendum est, et multa calida aqua perfundendum, et gargariandum, et usq; ad latitudinem ambulandum, et cibo modico utendum est. Si crux quoq; ex ulceribus apparuit, lycium cum lacte debet infundi, uel aqua, in qua rosa decoctas sit, succo aut herbe sanguinalis, aut acaciae adieicto. Quod si super ulcera caro increvit, eaq; mali odoris sanguinem fundit, aqua tepida elui debet: tamē infundi id, quod ex thure et aragine, et aceto, et melle fit, aut mel cum aragine decoctum. Squama quoq; aris cum sandaraca contrita per fistulam recte instillatur.

Aduersus aurium vermes.

Vbi vero vermes orti sunt, si iuxta sunt, protrahendi oriculario specillo sunt. Si longius, medicamentis enecandi, cauendumq; ne postea nascantur. Ad utrumq; proficit album veratrum cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet vino, in quo marrubium decoctum sit. Sic emortui vermes in primam auris partem prouocabuntur, unde facilime educi possunt.

Ad compressa aurium foramina.

Sin foramen auris compressum est, et intus crassa sanies subest, mel quam optimum addendum est. Si id parum proficit, mellis cyathio



Et dimidio, eruginis rasæ p. i i. *. adiiciendum est, incoquendumq; et eo vtendum. Iris quoque cum melle idem proficit. Item mellis et rosæ scrupuli duo. Item galbani p. i i. *. myrræ cum melle, et fellis taurini, singulorum p. i i. *. vini quantum satis est ad myrrham diluendam.

Ad grauem auditum.

Vbi uero grauius aliquis audire cœpit, quod maxime post longos capitum dolores euenerre consuevit. In primis aurem ipsam considerare oportet. Apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordium coitus. Si crusta est, infundendum est ant oleum calidum, ant cum melle aerugo, vel porri succus, aut cum mulso nitri pauli. Atq; ubi crusta à corpore iam recedit, eluenda auris aqua tepida est, quo facilius ea perse diducta, oriculario specillo protrahatur. Si sordes æque molles sunt, eodem specillo eximenda sunt. At si duræ sunt, acetum et cum eo nitri paululum coniiciendum est. Cumq; emollite sunt, eodem modo elui aurem purgariq; oportet. Quod si capitum grauitas manet, attondendum idem, et leniter, sed diu perfricandum est: adieclo vel irino vel laurco oleo, sic ut utrilibet paulum aceti misceatur: tum diu ambulandum, leniterq; post uincionem aqua calida caput fumendum. Cibusq; vtendum ex imbecillisima, et media materia, magisq; assumenda dilutæ potionis, uonminquam gargariZandum est. Infundendum autem in aurem castoreum cum aceto, et laurco oleo, et succo radic

radiculae corticis. Aut cucumeris agrestis succus,
adieclis contritis rosae folijs. Immature quoque
* sordidi- rive succus cum rosa instillatus, aduersus * sur-
gatatem ditatem satis proficit.

Ad sonitum aurium intra seipfas.

ALiud vitij genus est, ubi aures intra se-
ipfas sonant. Atq; hoc quoq; fit, ne exter-
num sonum accipiunt. Leuissimum est, ubi id ex
grauedine est. Peius, ubi ex morbis, capitis ue-
longis doloribus incidit. Pessimum, ubi magnis
morbis venientibus, maximeq; comitiali, proue-
nit. Si ex grauedine est, purgare aure oportet, et
spiritu continere, donec inde humor aliquis ex-
pumet. Si ex morbo vel capitis dolore, quod ad
exercitationem, frictionem, perfusionem, gargari za-
tionemq; pertinet, eadem facienda sunt. Cibis non
vtendum nisi extenuantibus. In aurem dandus
radiculae succus cum rosa, vel cum succo radicis
ex cucumere agresti, vel castoreum ex aceto,
et laureo oleo. Veratrum quoq; cum aceto conte-
ritur, deinde melle coelio excipitur, et inde col-
lyrium factum in aurem demittitur. Si sine his
coepit, ideoq; nouo metu terret, in aurem dari de-
bet castoreum cum aceto, vel irino, vel laureo
oleo, aut huic mistum castoreum cum succo nu-
cum amararum, aut myrrha et nitrum cum ro-
sa et aceto. Plus tamē in hoc quoq; proficit vi-
etus ratio. Eademq; facienda sunt, que suprà
comprehendi, cum maiore quoq; diligentia: et
præterea donec his sonus finiatur, à vino absti-
nendum.

nendum. Quod si simul & sonus & inflammatio est, laureum oleum conieciisse abunde est, aut id quod ex amaris nucibus exprimitur, quibus quidam vel castoreum, vel myrrham miscent.

Ad ea quae in aurem inciderunt extrahenda.

Soleat etiam interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus, aliquod ue animal. Si pulex intus est, compellendus eo lana paulus est, quo ipse is subit, & simul extrahitur. Si non est secutus, aliud ue animal est, specillu lana inuolutu in resnan quam glutinosissimam, maximeq; terebinthiam demittendus, idq; in aurem iniiciendus, ibiq; vertendum est. Utq; enim comprehendet & eximet. Sin aliquid exanime est, specillo oriculario protrahiendus est, aut hamulo retuso paulus recurvato. Si ista nihil proficiunt, potest eodem modo resina protrahi. Sternutamenta quoq; admota id commode elidunt, aut oriculario clystere aqua vehementer intus compulsa. Tabula quoq; collatur media inherens capitibus utrinque pendentibus, superq; eam homo diligatur in id Latus versus, cuius auris eo modo laborat, sic ut extra tabulam emineat. Tum malleo caput tabule, quod a pedibus est, feritur: atque ita concussa aure, id quod inest, excidit.

De Nariu morbis, & curationibus. CAP. VIII.

Nares verò exulceratas souere oportet vaporare aquæ calidæ, id est spongia expressa atq; admota. Fit & subiecto vaseoris angusti, calida aqua repleto. Post id fomentum illinenda vlcera

vlcera sunt, aut plumbi recreemento, aut cerusſa.
 Aut argenti ſpumā cum quolibet horum aliquis
 conterit, eiq; dum teritur, inuicem vinum &
 oleum myrtleum adiūcit, donec mellis crassitudi-
 nem fecerit. Sin autē ea vlcera circa nares sunt,
 pluresq; crustas & odorem fædum habēt, quod
 genus Greci ἀργιλοῦ appellant, ſciri quidē de-
 bet, vix ei malo poſſe ſuccurri. Nihilominus ta-
 men hæc tentari poſſunt, vt caput ad cutem ton-
 deatur, aſſidueq; vehementer perfricitur, multa
 calida aqua perfundatur, multa ei deambulatio-
 sit, cibis modicus, neq; acer, neq; valentissimus.
 Tum in narem iþsam mel cum exiguo modo reſi-
 ne terebinthine coniūciatur, quod ſpecillo quoq;
 inuoluto lanciat, attrahaturq; ſpiritu is ſuccus,
 donec in ore g��us eius ſentiatur. Sub his enim
 crustæ resoluuntur, que tum per ſternutamēta eli-
 di debent. Puris vleeribus vapor aquæ calide
 ſubijciendus eſt. Deinde adhibendū aut lycium
 ex vino dilutum, aut amurca, aut omphacis, aut
 mentæ, aut marrubij ſuccus, aut atramentum ſu-
 torium, quod candens facit, deinde contritum
 fit: aut interior ſcilla pars contrita, ſic vt horum
 cuilibet mel adiūciatur. Cuius in ceteris admo-
 dum exigua pars eſſe debet: in atramento ſuto-
 rior tanta, vt ea miſtura liquida fiat, cum ſcilla
 utique pars maior, inuolendumq; lana ſpecil-
 lum eſt, & in eo medicamento intingendum,
 eoq; vlcera implenda ſunt. Rurſusq; linanētum
 inuolutum & oblongum eodem medicamento
 illinen

illuminendum, dimittendumq; in narem est, & ab inferiore parte leniter deligandum. Idq; per hyemem, & ver, bis die: per aestatem, & autumnum, ter die fieri debet. Interdū verò etiam in naribus caruncula quedam, similes muliebribus mammis nascuntur, hęq; imis partibus, que carnosissime sunt, inhärent. Has curare oportet medicamentis adurentibus sub quibus ex toto consumuntur. Polypus verò est caruncula, modo πολύπος alba, modo subrubra, que narium os̄si inhäret, & modo ad labra pēdens, narem implet, modo retro per id foramen, quō spiritus à naribus ad fauces descendit, adeo increscit, ut post viam conspici possit, strangulatq; hominem maxime, austro aut euro flante, fereq; mollis est, raro dura: eaq; magis spiritum impedit, & nares dilatat, que fere ναρηνώδες est, itaque attinigi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur, interdum tamen in arescit, si addita in narem per lumen aut penicillum ea compositio est, que habet minij sinopici, chalcitidis, calcis, sandaracē, singulorum v.i.*. atramenti sutorij P.II.*.

De Dentū dolore, & curationibus. C A P. IX.

IN Dentium autem dolore, qui ipse quoq; maximi tormentis annumerari potest, vinum ex toto circuncidendum est. Cibo quoq; primo abstinentum, deinde eo modico molliq; vtendum, ne mandentis dentes irritet, tum extrinsecus admendus per spongiam vapor aquæ calidae, impo-

nend.

nendumq; ceratum ex cyprino aut irimo factum,
 lanaq; id comprehendendum, caputq; velan-
 dum est. Quod si grauior is dolore est, utiliter &
 aliis dicitur, & calida cataplasma super ma-
 xillas injiciuntur, & ore humor calidus cum
 medicamentis aliquibus continetur, saepiusq; mu-
 tatur. Cuius rei causa & quinquefolij radix, in
 vino misto coquitur, & hyoscyami radix, vel
 in posca, vel in vino misto coquitur, sic ut paulus
 his salis adiiciatur, & papaveris non nimis: ari-
 di cortices, et maderagore radix, codē modo. Sed
 in his tribus utiq; vitandi est, ne quod haustum
 erit deuoretur. Ex populo quoq; alba, cortex ra-
 dicis in hunc usum in vino misto recte coquitur,
 & in aceto cornu ceruum rasum, & nepeta
 cum teda pingui: ac ficus itē pinguis vel in mul-
 so, vel in aceto & melle, ex quibus cum ficus de-
 cocta est, is humor percolatur. Specillū quoq; la-
 na in uolutum in calidum oleum demittitur, eoq;
 ipso dens fouetur. Quinetiam quedam quasi ca-
 taplasma in dentem ipsum illuminatur. in quem
 usum ex malo punico acido atq; arido, malicorijs
 pars interior cum pari portione, & gallæ, & pi-
 nei corticis conteritur, misceturq; his minis: eaq;
 contrita aqua pluviatili coquuntur. Aut panacis,
 papaveris lacrymæ, peucedani, vuæ taminiae si-
 ne seminibus, pares portiones conteruntur. Aut
 galbani partes tres, papaveris lacrymæ pars
 quarta. Quicquid dentibus admotio est, nihilomi-
 nus supra maxillā, ceratum, quale supra posui,
 esse

esse debet lana obteclū. Quidam etiam myrrāe,
 cardamomi, singulorum P. I. *. croci, pyrethri,
 *ficorum partes, singulorum P. I. I. I. *. sinapis * ficerum
 P. V. I. I. I. *. contrita linteolo illinunt, imponuntq; pinguium,
 in humero partis eius qua dens dolet. Si is supe- fortasse le
 rior est, à scapulis; si inferior, à pectore. Idq; do- paruarū,
 lorem leuat: & cum leuauit, protinus submouen-
 dum est. Si vero exesus est dens, festinare ad
 eximendum eum, nisi res coegerit, non est necesse.
 Sed cum omnibus fomentis, que suprà posita sunt,
 adiiciendae quedā valentiores cōpositiones sunt,
 que dolorem leuant, quales h.e sunt. Habet au-
 tem papaueris lacrymæ P. I. *. piperis P. I. I. *.
 psoreos P. X. *. que contrita galbano excipiun-
 tur: idq; circundatur. Aut Menemachi maxi-
 me ad maxillares dentes, in qua sunt croci P.
 I. *. cardamomi, thuris fuliginis, ficorum*partes, * parua-
 pyrethri, singulorum P. I. I. I. *. sinapi P. V. I. I. rum, vel
 *. Quidam autem immiscent pyrethri, piperis, pinguiū:
 elaterij singulorum P. I. *. aluminis scissilis, pa- ut suprà
 paueris lacrymæ, rue tamini.e, sulpluris ignem
 non experti, bituminis, lauri laccarum, sinapis,
 singulorum P. I. I. *. Quod si dolor eximi euna
 cogit, & piperis semen cortice liberatum, & eo-
 dem modo bacca heder& coniecta in id foraneo,
 dentem findit, isq; forte stans excidet. Et plani
 pisces, quam pastinacam nostri, τρυγώνα Graci Pastinae
 vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, rest-
 naq; excipitur, que denti circumdata hunc sol-
 uit. Et alumen scissile in id foramen coniectum

A demissi

demitti commodius est, quia sic dente seruato, dolorem leuat. Hæc à Medicis accepta sunt. Sed agrestium experimento cognitum, cum dens dolet, herbam mentastrum cum suis radicibus relli debere, et in peluem coniçi, supraq; aqua infundi, collocariq; iuxta sedentem hominem vndique ueste conteatum, tum in peluem candentes silices demitti, sic ut aqua tegantur, hominemq; eum hiante ore vaporem excipere, ut supra dictum est, vndique inclusum. Nam et sudor plurimus sequitur, et per os continens puita defluit, idq; sepe longiorem, sepe annuam valedudinem bonam prestat.

De Tonsillis, & eorum cura. C A P. X.

Si vero tonsilla sine exulceratione per inflammatiōē intumuerunt, caput velandum est extrinsecus, is locus vaseo calido fœndus, multa ambulatione vtendum, caput in lecto sublime habendam, gargariZ andumq; est ex reprimenteribus. Radix quoq; ea, quam dulcem appellant, contusa et in passo, mulso'ue decocti idem prestat. Leniterq; quibusdam medicamentis eas illini non alienum est, que hoc modo sunt: Ex malo punico dulci succus exprimitur, et eius sextarius in leni igne coquitur, donec ei mellis crassitudo sit, tum croci, myrrhae, aluminis scissilis, singularum p. 1 l. *, per se conteruntur, paulatimq; his adiiciuntur vini lenis cyathiduo, mellis vnum, deinde priori succo ista miscentur, et rursus leinter incoquuntur. At eiusdem succi sextarius eodem

eadem modo coquitur, atq; eadem ratione trita ei adiiciuntur hæc: Nardi p. x. omphacij p. i. x. * p. v. cinamomi, myrræ, casiae, singulorum p. i. x. Eadem autem hæc et auribus, & naribus purulentis accommodata sunt. Cibus quoq; in hac valitudine lenis esse debet, ne exasperet. Quod si tan- ta inflammatio est ut spiritu impeditat, in lecto conquiescendū, à cibo abstinentū, neq; adsumendum quicquā præter aquam calidam est. Alius quoq; ducenda est. GargariZandum ex fico & mulso. Illumendū mel, cum omphacio. Intrinsecus admonendus, sed aliquanto diutius, vapor aque calidae, donec ea suppurent, & per se aperiatur. Si pure substantia non rumpuntur, hi tumores, incidendi sunt, deinde ex mulso calido gargariZandum ex fico. At si modicus quidē tumor & exulceratio est, furfurum tremors ad gargariZandum paulū mellis adiiciendū est, illumendaq; ulce- ra hoc medicamento. Passi quam dulcisimi tres heminæ ad unam coquuntur, tum adiicitur thuri- ris p. i. x. croci, myrræ, singulorum p. i. x. leni- terq; omnia rursus feruescant. Vbi plurima ulce- ra sunt, eodem furfurum tremore, vel laclie gar- gariZandum est. Atque hic quoque cibis lenibus opus est, quibus adiici dulce vinum potest.

De Oris ulceribus, & curationibus, & quæ An-
theræ sunt.

C A P. XI.

Vulcera autem oris, si cum inflammatione sunt, & parum pura ac rubicunda sunt, optime his medicamentis curantur, quæ suprà po-
A 2 sita

sita ex malis punicis fuit. Continendusq; sepe ore reprimens tremor cui paulum mellis sit adieclum. Viendū ambulationibus, & non acri cibo. Simulatq; verò pura ulcera esse cœperunt, lenis humo, interdum etiam quam optima aqua ore continenda est. Prodestq; assumptum purum vinum, pleniorq; cibus, dum acribus vacet. Inspergiq; ulcera debent alumine scissili, cui dimidio plus gallæ immature sit adieclū. Si iam crustas habent, quales in adustis esse consuerunt, adhibenda sunt hæ compositiones quas Græci ævonagæ nominant. Iunci quadrati, myrrhæ, sandaracæ, singulorū p. I I I I . *. aluminis pares portiones. Aut croci, myrrhæ, singulorum p. I I . *. iridis, aluminis scissilis, sandaracæ, singulorum p. I I I I . *. iunci quadrati p. V I I I . *. Aut gallæ, myrrhæ, singulorum p. I I . *. aluminis scissilis p. I I . *. rosæ foliorū p. I I I I . *. Quidā autem croci p. *. aluminis scissilis, myrrhæ, singulorum p. I . *. sandaracæ p. I I . *. iunci quadrati p. I I I I . *. miscent. Priora arida insperguntur. Hoc cum melle illinitur, neq; viceribus tantum, sed etiam tonsillis. Verum ea longe periculofissima ulcera sunt, quas æphæs Græci appellant, sed in pueris: hos enim sepe consumunt, in viris & mulieribus idem periculum non est. Hæc ulcera à gingivis incipiunt, deinde palatum totumq; os occupant: tum ad rham faucesq; descendunt. Quibus obsecchia, non facile fit, ut puer comualescat. Ac miserius etiam est, si lacrēns adhuc infans est,

est; quominus imperari remedium aliquod potest. Sed in primis nutrix cogenda est exerceri ambulationibus, hisq; operibus, que superiores partes mouent. Mittenenda in balneum, iubendaq; ibi calida aqua mammae perfundere, tum aliena cibis lenibus, & his qui facile non corruptur. Potiones, si febricitat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Ac si alius nutrici substitut, ducenda est. Si pituita eius in os coit vomere debet. Tum ipsa ulcera perungenda sunt melle, cui **rhus* quem syriacum vocat, aut amare mucus adiectæ sunt. Vel mixtis inter se roseæ folijs aridis, pineis nucleis, mentæ coliculo, melle. Vel eo medicamento, quod ex moris fit, quorum succus eodem modo quo punici mali ad mellis crassitudine coquitur, eademq; ratione ei crocum, myrram, alumen, vinum, mel, miscetur. Neq; quicquam dandum, ad quod humor euocari possit. Si vero iam firmior puer est, gargariæ debet his ferre, que supra comprehensa sunt. At si lenia mendicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda ea, que adurendo crustas ulceribus inducant. Quale est scissile alumen, vel chalcitis, vel atramentum sutorium. Prodest etiam fames, & abstinentia quanta maxime imperari potest. Cibus debet esse lenis. Ad purganda tamen ulcera interdum caseus ex melle recte datur.

Dicit linguae ulceribus. C A P. XII. * lingua-
L* Ingue quoq; ulcera non alijs medicamentorum
tis egent, quam que prima parte superioris *Gingiva
A 3 capitii

capitis exposita sunt. Sed que in latere eius na-
scuntur, diutissimè durant. Videndumq; est, num
contrà dens aliquis acutior sit, qui sanescere sepe
vlcus eo loco non sinit, ideoq; limandus est.

De parodontidibus gingivarū tuberculis, dēq;
alijs viceribus ginginarum. C A P . X I I I .

Aldus con-
iungit hoc
caput cum
præceden-
te, neque
titulū ad-
dit.

Solent etiam interdum iuxta dentes in gin-
givis tubercula quedam oriri dolentia, πο-
ροδόντιδες Graci appellant. Hec initio leniter
sale contrito perficere oportet, aut inter se mistis
sale fōstili, combusto cupresso, nepeta, deinde e-
luere os cremore lenticulae, & inter hæc hiare,
donec pituitæ satis profluat. In maiore vero in-
flammatione ipsisdem medicamentis vtendum est,
que ad vlcera oris supraposita sunt: et mollis li-
namenti paulum inuoluendum aliqua composi-
tione ex his, quas antieras vocari dixi, deni-
tendumq; id inter dentem & gingivam: quod si
durior erit, & id prohibebit, extrinsecus admo-
uendus erit spongiae vapor calidus, imponen-
dumq; ceratum. Si suppuratio se ostendet, diu-
tius eo vapore vtendum erit, & continendū ore
calidum mulsum, in quo fucus decoctus. Itemq;
subcrudum incidendū, ne si dintius ibi pus per-
manserit, os ledat. Quod si maior is tumor est,
commodius totius exciditur, sic vt ex utraq; parte
dens liberetur. Pure exempto, si leuis plaga est,
satis est ore calidam aquā continere, & extrin-
secus souere eodē vapore. Si maior est, lenticulae
cremore: uti ipsisdem medicamentis, quibus cetera
vlcera

vulcera oris curantur. Alia quoq; vulcera in gingivis plerūq; oriuntur, quibus eadem que in reliquo ore succurrunt. Maxime tamen mandere ligustrum oportet, succumq; eius ore continere. Fit etiam interdum, ut ex gingivae vlcere siue *pa-^{*παραγόσθιν} rodontides sint, siue non sint, diutius pus feratur. ^{τις} fuit, Quod aut dente corrupto, aut fracto, vel aliter siue non vitiato ossē, maximeq; id per fistulam venire fuit cōsueuit, vbi incidit, locus aperiendus, dens exi- mendus: testa ossis, si qua excessit, recidenda est: si quid vitiosi est, radendum. Post que, quid fieri debeat, suprà in aliorum vlcerum curatione comprehensum est. Si vero à dentibus gingivae recedunt, eadem antheræ succurrunt. Utile est etiam pyra, aut mala non permatura mandere, et ore eum humorem continere. Idemq; præstare non acre acetum in ore retentum potest.

De Vix morbo, & curatione. C A P. X I I I .

Vix vehementis inflammatio terrere quoq; debet. Itaq; in hac abstinentia necessaria est, & sanguis recte mittitur: & si id aliqua res prohibet, aliud utiliter ducitur, caputq; super haec velandum, & sublimius habendum est: tum aqua gargari etiandum, in quasimul rubus & lenticula decocta sit. Illinenda autem ipsa vix vel omphacio, vel galla, vel alumine scissilli, sic ut cuilibet eorum mel adiiciatur. Est etiam medicamentum huic aptū, quod Andronium appellatur. Cōstat ex his, alumine scissilli, squama cris rubri, atramento futorio, galla, myrrha, misy. ^{Audroaiū.}

Quæ per se contrita mistaq; rursus paulatim adieclo vino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit: ubi horum aliquo illita vua est, chelidoniae quoq; succo per cochlear illita vua maxime prodest. Fere multa pituita decurrit, cumq; ea quieuit, ex vino calido gargari^z andū. Quod si minor in ea inflamatio, laser terere, eiq; adiuvare frigidam aquam satis est, eamq; aquam cochleario exceptam ipsi vne subiecere: Ac mediocriter eam tumentem aqua quoq; frigida, eodem modo subiecta, reprimit. Ex eadem autem aqua gargari^z andū quoq; est, vel cum lasere, vel sine eo hac curatione tua subiecta est.

De Cancro oris.

C A P. X V.

Si quando autem vlegra oris cancer invasit, primo considerandum est, num malus corporis habitus sit, eiq; occurrentum, deinde ipsa vlegra curanda. Quod si in summa parte id vietum est, satis proficit anthera humido vlceri arida inspersa: sicciori cum exigua parte mellis illita. Si paulo altius, chartæ combustæ partes duæ, auripigmenti pars una. Si penitus malum descendit, chartæ combustæ partes tres, auripigmenti pars quarta. Aut pares portiones salis fricti, et iridis fricti. Aut item pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmenti. Necessarium autem est linamentū in rosa tingere, & super aduentia medicamenta imponere, ne vicinum, & sanum locum lœdant. Quidā etiam in acris acetō heminam frictum salem coniungunt, donec tabesceret.

scere desinat: deinde id acetum coquunt, donec exicetur, eumq; salem contritum inspergunt. Quoties autem medicamentū injicitur, & antē & post os diluendum est, vel cremore lenticula, vel aqua in qua aut eruum, aut oleo, aut verbenae decoctæ sint, sic ut cuiuslibet eorum paulum mellis misceatur. Acetum quoq; ex scilla retentum ore, satis aduersus hæc ulcera proficit. Ex aceto cocto sali, sicut supra demonstratum est, rursus mixtum acetum. Sed & diu continere utrumlibet, et id bis aut ter die facere, prout vehementer malum est, necessarium est. Quod si puer est, cui id incidit, specillum lana inuolutio in medicamentum demittendum est, & super ulcus tenendum, ne per imprudentiam adurentia deuoret. Et si dolor in gingivis est, mouenturq; aliqui dentes, refici eos oportet: nam curationes vehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, ulcera erunt adurenda. Quod tamen in labris ideo non est necessarium, quoniam excidere commodius est. Et id quidem & que adustum atq; excisum, sine ea curatione, que corpori manu adhibetur, impleri non potest. Gingivarum vero ossa, que hebetia sunt, in perpetuum usitate nudantur. Neq; enim postea caro increscit. Imponenda tamen adustis lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant.

De Parotidibus, quæ sub auribus oriuntur.

HAEC IN CAPITE FERE MEDICAMENTIS EGENT.

C A P. XVI.

¶ 5 Sub

Sub ipsis vero auribus oriri παρωτίδες solet, modo in secunda valetudine ibi inflammatiōne orta, modo post lögias febres, illuc impetu morbi conuerso. Id abscessus genus est. Itaque nullam nouam curationem desiderat. Animaduersionem tantummodo hanc habet necessariam, quia si sine morbo id intumuit, primum reprimendum experimentum est. Si ex aduersa valetudine, illud inimicum est, maturarique et quam primum aperiri commodius est.

De Umbilici prominentis curatione.

C A P. XVII.

AD Umbilicos vero prominentes, ne manus ferroque utendum sit, ante tentandum est, ut abstineat, alius his ducatur, imponatur super umbilicum id, quod ex his constat: Cicuta et fuliginis, singulorum p. 1. * .cerussae elotae p. IIII. * .plumbi eloti p. VIII. * .owis duobus, quibus etiam solani succus adiicitur. Hoc dilutius impositum esse oportet, et interim conquiescere hominem, cibo modico rati, sic ut vitentur omnia inflantia.

De obscenarum partium vitijs, & curationibus.

C A P. XVIII.

Proxima sunt ea, que ad partes obscenas pertinent, quarum apud Graecos vocabula et tolerabilius se habent, et accepta iam usu sunt, cum omni ferè medicorum volumine atque sermone iacentur: apud nos saeiora verba, ne ^{et} accommodata consuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commicdata sunt: ut difficilis haec explanatio

planatio sit, simul & pudorem, et artis praecepta seruantibus. Neq; tamen ea res à scribendo deterrere me debuit Primum, vt omnia que salutaria accepi comprehendenderem, dein quia in vulgus eorum curatio etiam præcipue cognoscenda est, que inuitissimus quisq; alteri ostendit.

De Colis morbis, & curationibus.

Igitur si ex inflammatione Coles intumuit, reduciq; summa cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fouendus locus est. Vbi verò glans concreta est, oriculario quoque clysterre inter eam, cutemq; aqua calida infrenanda est. Si mollitas sic & extenuata cutis, ducenti paruit, expeditior reliqua curatio est. Si tumor ricit, imponenda est vel lenticula, vel marrubium, vel oleæ folia ex vino cocta, sic ut cuiilibet eorum, dum teritur, mellis paulum adiiciatur. Sursumq; coles ad ventrem deligandus est. Quod in omni curatione eius necessarium est. Isq; homo continere se debet, & abstinerere à cibo, & potionē aquæ tantum à siti vindicari. Postero die rursus adhibendum ejusdem rationibus aquæ fomentum est, & cum vi quoq; experiuendum, an cutis sequatur. Eaq; si non parabit, leuiter summo scalpello cōcidenda erit. Nam cum sanies profluxerit, extenuabitur is lacus, et facilis cutis ducetur. Sive autem hoc modo vicia erit, sive nunquam repugnauerit, ulcera vel in cutis ulteriore parte, vel in glande ultra' re eam in cole reperientur: que necesse est, aut purificca

rasicta're sint, aut humida, & purulenta. Si
 siccata sunt, primum aqua calida fonsenda sunt: de-
 inde imponendum lycium ex vino est, aut amur-
 ea cocta cum eodem, aut cum rosa butyrum. Si le-
 uis ijs humor inest, vino eluenda sunt, tum buty-
 ri, & rosea mollis paulum, & resine terebinthi-
 nae pars quarta adiicienda est, eoq; vtendum.
 Aut si pus ex his profluit, ante omnia elui mul-
 so calido debet. Tum imponi piperis P.I.*.myr-
 rhæ P.II.*.croci, misyos cocti, singulorum P.II.*.
 Quæ ex vino austero coquuntur, donec mellis
 crassitudinem habeant. Eadem autem composi-
 tio tonsillis, vuc madentiori, nariumq; ulceribus
 accommodata est. Aliud ad eam piperis P.I.*.
 myrrhæ P.I.*.croci P.II.*.misyos cocti P.I.*.
 eris combusti P.II.*. primum ex vino austero
 conteruntur, deinde ubi maruerunt, iterum te-
 runtur ex passi tribus cyathis, & incoquuntur,
 donec viscis crassitudinem habeant. Aerugo quoq;
 cum cocto melle, & ea quæ ad oris ulceræ supra
 comprehensa sunt, curant. Aut Erasistrati com-
 positio, aut Cratonis recte super purulenta natu-
 ralia imponitur. Folia quoq; oleæ ex nouæ cya-
 this vini coquuntur. His adiicitur aluminis scis-
 filis P.III.*.lycij P.VIII.*.mellis sesquicya-
 thus. Ac si plus puris est, id medicamentum ex
 melle: si minus, ex vino diluitur. Illud perpetuum
 est, post curationem dum inflammatio manet,
 quale suprapositum est, cataplasma suprà dare,
 & quotidie ulcera eadem ratione curare. Quod
 si pus

si pus & multum, & cum malo odore cœpit profluere, elui cremore lenticula debet, sic, ut ei melis paulum adiiciatur: aut oleo, aut lentisci folia, vel marrubium decoquendum est, eoq; humore eodem modo cum melle vtendum, imponendaq; eadem, aut etiam omphacium cum melle, aut id quod ex aragine & melle ad aures fit, aut compositio Andronis, aut anthera, sic, ut ei paulum mellis adiiciatur. Quidam ulcera omnia, de quibus adhuc dictum est, lycio ex vino curant. Si vero ulcus latius atq; altius serpit, eodem modo elui debet. Imponi vero, aut arugo, aut omphacium cum melle, aut Andronis compositio, aut marrubij, myrræ, aut croci, aluminis scissilis coeli, rose foliorum aridorum, gallæ, singulorum p.l. * .minij finopici r. 11. *. Que per se singula primum teruntur, demde iuncta iterum melle adieclo, donec liquidi cerati crassitudinē habeant: tum in aeneo vase leniter coquuntur, ne superfluant. Cum iam guttae indurescunt, vas ab igne remouetur, idq; medicamentū, prout opus est, aut ex melle aut ex vino liquatur. Idem autem per se etiam ad fistulas utile est. Solet etiam interdum ad neruos ulcus descendere, profuitq; putta multa, sanies tenuis maliq; odoris, non cocta, aut aquæ simili, in qua caro recens lata est. Doloresq; is locus & punctiones habet. Id genus quamvis inter purulenta est, tamen levibus medicamentis curandum est, quale est emplastrum tessaginæ mucuoy ex rosaliiquatum, sicut thuris quoq;

quoq; paulum ei misceatur. Aut id quod ex bityro, rosa, resina, melle sit, suprà verò à me possum est. Præcipueq; id vlcus multa calida aqua souendum est, velandumq; neq; frigori committendum. Interdum autē per ipsa vlcera, coles subcute ex ezes, sic ut glans excidat. Sub quo casu cutis ipsa circumcidenda est. Perpetuiq; est, quoties glans, aut ex cole aliquid vel excidit, vel abscinditur, hanc non esse seruandā, ne considat, vlceriq; agglutinetur, ac neq; reduci possit postea, et fortasse fistulā quoq; vrine includat. Tuberculā etiam, quae φύματα Greici vocant, circa glandē oriuntur, quae vel medicamentis vel ferro aduruntur: et cū crūstā exciderunt, squamae ris inspergitur, ne quid ibi rursus increscat.

De Cancerī, qui in cole nascitur, curatione.

Hec citra cancerum sunt, qui cum in reliquis partibus, tum in his quoq; vel præcipue vlcera infestat. Incipit à nigritie, quae si cutem occupauit, protinus specillum subiiciendum, eaq; incidenda est, deinde oræ vulsellā prehendende: tum quicquid corruptū est, excidendum, sic ut ex integro quoq; paulum demat, idq; adurendum. Quoties quid vstum est, id quoq; sequitur, ut imponenda lenticula sit, deinde ubi crūstae exciderunt, vlcera sic, ut alia, curentur. At si cancer ipsum colem occupauit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus, maximeq; id quod ex calce, chalcide, auripigments componitur. Si medicamenta vincuntur, hic quoq; scalpello quicquid

quid corruptum est, sic ut aliquid etiam integri trahat, præcidi debet. Illud quoq; æque perpetuū est, exciso cancro vulnus esse adurendū. Sed siue ex medicamentis, siue ex ferro crustæ occalluerunt, magnum periculum est, ne his decidentibus ex cole profusio sanguinis insequatur. Ergo longa quiete & immobili penè corpore opus est, donec ex ipso crustæ pure leniter resoluatur. At si vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immature crustas diduxit, et fuit sanguis, frigida aqua adhibenda est. Si hæc parum valet, decurrentum est ad medicamenta, que sanguinem suppressum. Si ne hæc quidem succurrunt, aduri diligenter et timide debet, neq; ullo postea motu dandus eidem periculo locus est.

De Phagedæne in cole nascentis euratione.

Non unquam etiam id genus ibi cancri, quod φαγέδανα à Græcis nominatur, oriri solet, in quo minime differendum, sed protinus ijsdem medicamentis occurrendum est, & si parum valent, ferro adurendū. Quidam etiam nigrities est, que non sentitur, & serpit, ac si sustinuimus, usq; ad vesicam tēdit, neq; succurri posse a potest. Si id in summa glande circa fistulam urinæ est, prius in ea tenui specillum demittendum est, ne claudatur: deinde ferro adurendum. Si verò alte penetravit, quicquid occupatum est præcidendū est. Ceterum eadem, que in alijs canceris, facienda sunt.

De Carbunculo, qui in cole nascitur.

Occalle

Occallescit etiam in cole interdum aliquid, idq; omni penè sensu caret, quod ipsum quoq; excidi debet. Carbunculus autē ibi natus, ut primum apparet, oriculario clystere eluendus est. Deinde ipse quoq; medicamentis vrendus, maximeq; chalcitide cū melle, aut ærugine cum cocto melle. Vbi is excidit, liquidis medicamentis vtendum est, que ad ora ulceris componuntur.

De Testiculorum morbis, & eorum curatione.

IN testiculis verò, si qua inflamatio sine ictu orta est, sanguis ex talo mittendus est, à cibo abstinendum, imponendum ex faba farina ex mulso cocta, cū cumino contrito ex melle cocto. Aut contritum cuminum cū cerato ex rosa fa-
cto. Aut lini semen frictum, contritum, & in mulso coctum, aut tritici farina ex mulso cocta cum cupresso, aut lili radix contrita. Aut si ijde induruerunt, imponi debet lini vel fænigræci semen ex mulso coctū, aut ex cyprino ceratum: aut simila ex vino contrita, cui paulum croci sit adiectum. Si vetustior iam durities est, maxime proficit cucumeris agrestis radix ex mulso cocta, deinde contrita. Si ex ictu tument, sanguinem mitti necessarium est, magisq; si etiam linent. Imponendum verò vtrumlibet ex his, que cum cumino cōponuntur, supraq; proposita sunt. Aut ea compositio que habet nitri cocti p. I. *. resinae pineae, gummi, singulorum p. II. *. vne taminie sine seminibus p. IIII. *. mellis quantum satis sit ad ea cogenda. Quod si ex ictu testiculis aliquid desit,

desit, fere quoque increscit, neque aliter succurri potest, quam si inciso scroto, & pus emissum, & ipse testiculus excisus est.

De Rhagadijs, & Condylomate, & Hæmorrhoidibus, alijsq; ani morbis, & curationibus eorum : & primo de Rhagadijs.

ANUS quoque multa tædijq; plena mala recipit, nec in se multum abhorrentes curationes habet. At primum in eo sape, & quidem pluribus locis, cutis exciditur, Pœyædiæ Græci vocant. Id si recens est quiescere homo debet, & in aqua calida desidere. Columbina quoque oua coquenda sunt, & ubi induruerunt purganda: deinde alterum iacere in aqua bene calida debet, altero calido foueri locis, sic ut in uicem vtroq; aliquis vtatur. Tum tetrapharmacum, aut rhypodes rosa diluendum, & aut hyssopum recens miscendum cum cerato liquido ex rosa facto. Aut eidem cerato liquido plumbum elotum adiiciendum. Aut resine terebinthinae myrrha, aut spongia argeti vetus oleum. Et quolibet ex his id perungendum. Si quicquid lesum est, extra est, neq; intus reconditum, eodem medicamento tinclum linamentu superdandum est, & quicquid ante adhibuimus cerato contegendum. In hoc autem casu neq; acribus cibis uendum, neq; asperis, nec alium comprimentibus: ne aridum quidem quicquam satis utile est, nisi admodum paullum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa meliora sunt. Vno leni uti nihil prælibet.

B

De

De Condylomate.

Condyloma autem est tuberculum, quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id rbi ortum est, quod ad quietē, cibos, potionēsq; pertinet, eadem seruari debent, quae proxime scripta sunt. Iisdem etiam ouis recte tuberculum id fouetur. Sed desidere antē homo in aqua debet, in qua verbene decoctæ sunt ex reprimētibus. Tum recte imponitur & lenticula cum exigua mellis parte, & sertula campana ex uino cocta, & rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto, & cum eodem cerato contritū uel cotoneum malum, uel malicorū ex uino cocti pars interior, & chalcitis cocta atque contrita, deinde hyssopo ac rosa excepta. Et ex ea compositione, quae habet thuris p. i. *. aluminis scissiles p. i i. *. cerussa p. i i i. *. spuma argenti p. v. *. Quibus dum terruntur, inuicē rosa & vinum instillatur. Vinculum autē ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, ab altera verò parte totidem fascias habet: cumq; subiectus est, ansis ad ventrē datis à posteriore parte in eas adducte fascie coniunctur, atq; ubi artatæ sunt, dexteriori sinistra, sinistriori dextra procedit, circumdat. & circa aluum inter se nouissime nodo deligantur. Sed si retus condyloma iam induruit, neq; sub his curationibus desidit, aduri medicamento potest, quod ex his constat, eruginis p. i i. *. myrrae p. i i i. *. gumi p. v i i. *. thuris p. x i i. *. stibis, papaveris lacrymæ, aca-

cie,

ciae, singul. p. x v i. *. quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus proxime dixi, renouant. Si hoc parū in cōdylomate proficit, ad liberi possunt etiam vehemētius adurētia. Vbi cōsumptus est tumor, ad medicamēta leniat transiundum est.

De Hæmorrhoidibus.

Tertium autem uitium est, ora uenariū tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, que sepe sanguinē fundunt, cū μόρφοις Græci vocant. Idq; etiam in ore vulue sœminarum incidere consuevit. Atq; in quibusdam parum tuto suppressimur, qui sanguinis profluvio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationē hanc, non morbum. Ideoq; curati quidam cum sanguinis exitum non haberent, inclinata in precordia ac viscera materia, subitis & grauissimis morbis correpti sunt. Si cui verò id nocet, is desidere in aqua ex uerbenis debet: imponere maxime maliorum cum aridis rose folijs contritum, aut ex his aliqua que sanguinem suppressimunt. Solet autem oriri inflammatio, maxime ubi dura aluus eum locum levit. Tum in aqua dulci desidendum est, & id fonsendum ouis, imponendi vitelli cum rose folijs ex passo* subacto: idq; si intus est, dī-
gito illinendum: si extrā, supèr illitum panniculum imponendum est. Ea quoq; medicamēta, que recentibus scissuris posita sunt, hic idonea sunt. Cibis verò in hoc casu usdem, quibus in prioribus, utendum est. Si ista parū iuuant, solent imposita medicamenta adurentia, ea capitula absu-

B 2 mēte.

mere. Ac si iam uetustiora sunt, sub autore Dio-
mysto inspergēda sandaraca est, deinde imponen-
dū, quod ex his constat: *Squamæ aeris, auripi-
gmenti, sing. p. v. * .saxi calcis p. v i i i. **. poste-
ro die acu compungendum. Adustis capitulis fit
cicatrix, quæ sanguinē fundi prohibet. Sed quo-
ties is suppressus est, ne quid periculi afferat mul-
ta exercitatiōe digerēda materia est. Prætereaq;
et viris et fœminis, quibus mēstrua non proue-
niunt, interdū ex brachio sanguis mittendus est.

Si anus vel os vuluæ procidit, qua cura-
tione vtendum sit.

AT si anus ipse, vel os vuluæ procidit (*n. m.*
id quoq; interdū fit) considerari debet pu-
rum'ne id sit, quod prouolutis est, an humore mu-
eso circundatū. Si puris est, in aqua desidere ho-
mo debet, aut salsa, aut cum verbenis, vel mali-
corio incocta. Si humidus, vino austero subluen-
dum est, illimendumq; fece vini combusta. Vbi
utrolibet modo curatum est, intus reponendum
est, imponendaq; plantago contrita, vel folia sa-
licis in aceto cocta, tum linteolum, et supèr lana
æque deliganda, cruribus inter se deuinctis.

De vlcere fungo simili in ano.

FVLGO quoq; simile vlcus in eadē sede nasci
solet. Id si hyems est, egelida: si aliud tem-
* *squamæ pus, frigida aqua fouendum est: deinde * spuma*
aeris inspergenda, supraq; ceratum ex myrtleo fa-
ctum, cui paulum squame fuliginis, calcis sit ad-
ieclū. Si id hac ratione non tollitur, vel medica-
mentis

mentis uehemētioribus, vel ferro adurendum est.

De digitorum ulceribus. CAP. XIX.

Digitorum autem vetera ulcera commodissime curantur, aut lycio, aut myrrha cocta, cum utrilibet vini adiectione est. In ipsisdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit, πῆπυιοι Græci appellant. Oportet alumen melinū rotundū in aqua liqueare, donec mellis crassitudinem habeat: tum quantus eius aridi fuit, tantundem mellis infundere et radiculam miscere, donec similis croco colore fiat, eoque illinere. Quidam ad eundem usum decoquere simul maluum solent: cum paria pōderā aluminis aridi et mellis miscuerint. Si hac ratione ea non exciderunt, excidenda sunt: deinde digitū foveā aqua ex verbenis, imponendumque super medicamentū ita factū: Chalcitū, malicorū, squama etris excipiuntur fico pingui leniter cocto ex melle. Aut chartae combustae, auripigmenti, sulphuris ignem non experti par modus cerato miscentur ex myrteo facto. Aut eruginis rase p. I. * squamæ p. II. *. mellis cyatho coguntur, aut pares portiones miscentur, saxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quicquid horū impositum est, tegendum linteolo aqua madefacto est, tertio die digitus resoluendus est. Si quid aridi est, iterum excidendum, similisque adhibenda curatio est. Si non vincitur, purgandus scalpello, tenuibusque ferramentis adurendus est, et sicut reliqua vesta curandus est. At ubi scabri unguis sunt, circumaperiri debet,

quà corpus contingunt, tunc super eos ex hac compositione eque imponi sandaracæ, sulphuris, singulorum p.i i.*. nitri, auripigmenti, singulorum* alijs, lorum* p.i i.*. resinæ liquidæ p.v i i i.*. Terti. p. i i i. tioq; id die resoluendum est. Sub quo medicamento vitiosi vngues cadunt, & in eorum locum meliores renascuntur.

LIBER VII.

De Chirurgica, & qui in ea claruerint, & qualis esse Chirurgus debeat, & quid in hoc libro describatur.



ERTIA M esse medicinæ partem, quæ manu curet, & vulgo notum, & à me propositum est. Ea non quidem medicamenta atq; victus rationem omittit, sed manu tamen plurimum prestat, estq; eius effectus inter omnes medicinæ partes euidentissimus. Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademq; saepè salutaria, saepè vana sint, potest dubitari secunda valetudo medicinæ, an corporis beneficio contigerit. In his quoque, in quibus medicamentis maxime nitimur, quamvis profectus euidentior est, tamen sanitatem & per hec frustra quæri, & sine his reddi saepè manifestum est. Sicut in oculis quoque deprehendi potest, qui à medicis dimicati, sine his interdù sanescunt. At in ea parte, quæ manu curat, euidentis est, omnē profectum, ut aliquid ab alijs adiunetur, hinc tamen plurimam

mum trahere. Hac autem pars cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate, quam à prioribus exculta est. Deinde posteaquam diducta ab alijs habere professores suos cœpit, in Aegypto quoq; increvit, Philoxeno maxime autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissime comprehendit. Gorgias quoque & Sostratus, & Hieron, & Apollonij duo, & Ammonius Alexandrinus, multiq; alijs celebres urbi singuli quedam repererunt. Ac Romæ quoq; non mediocres professores, maximeq; nuper Tryphon pater, & Euelpistus, & ut ex scriptis eius intelligi potest, horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei discipline adiecerunt. Esse autem chirurgus debet adolescentis propior, manu strenua, stabili, nec unquam intremescere, eaq; non minus sinistra, quam dextra promptus, acie oculorum acri, claraq; animo intrepidus, immisericors, sic ut sanguini velit eum, quem accipit, non ut clamore eius motus, vel magis quam res desiderat, properet, uel minus quam necesse est, fecet: sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex uagitibus alterius affectus oriatur. Potest autem requiri, quid hinc parti proprie vendicandum sit, quia vulnerum quoq; ulcerumq; multorum curationes, quas alibi executus sum, chirurgi sibi vendicant. Ego eundem quidem hominē posse omnia ista præstare concipio. Atq; rbi se diuiserunt, eum laudo, qui

B 4 quampl

quamplurimum percipit. Ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit, & in quibus vulneribus ulceribus' ue plus perfici manu, quam medicamento credo: tum quicquid ad ossa pertinet, quae deinceps exequi adgrediar, dilatisq; in aliud volumen ossibus, in hoc cetera explicabo: pr. epositisq; his, que in qualibet parte corporis fiunt, ad ea, que proprias sedes habent, transibo.

De Luxatis.

C A P. I.

LVxata igitur, in quacunq; parte corporis sunt, quam primū sic curari debent, ut quā dolor est, eā scalpello cutis crebro incidatur, detergaturq; eodem aduerso profluens sanguis. Quod si paulo tardius subuenitur, iamq; etiam rubor est, qua rubet corpus, si tumor quoq; accessit, quacunq; is est, id optimū auxilium est. Tum superdanda reprimientia sunt: maximeq; lana succida ex aceto & oleo. Quod si leuior is casus est, possunt etiam sine scalpello imposita eadem mederi. Et si nihil aliud est, cinis quoque maxime ex farmentis. Si is non est, quilibet alias ex aceto, vel etiam ex aqua coactus.

De his quae per se intumescunt, quomodo excidenda, & curanda sint.

C A P. II.

VErum hoc quidem promptū est. In his autem negotiis maius est, quae per se vitio intus orto intumescunt, & ad suppurationē speclant. Ea omnia genera abscessuum esse alias proposui, medicamenta q; eis idonea executus sum.

Nunc

Nunc supereft, vt dicam in ijsdem que manu fieri debeant. Ergo priusquam indurecant, cutem incidere, & cucurbitulam accommodare oportet, que quicquid illuc male corruptaque materie coit, extrahat, idque iterum tertioque recte fit, donec omne indicium inflammationis excidat. Neque tamen fas non est, nihil cucurbitula agere. Interdum enim, sed raro quicquid abscedit, vel ameno suo includitur, id antiqui tunicam nominabat. Tunica. Mege, quia tunica omnis neruosa est, dicit non nasci sub eo vitio neruum, quo caro consumeretur, sed subiecto iam vetustiore pure callum circumdari. Quod ad curationis rationem nullo loco pertinet, quia quicquid dixi, si tunica est, idem si callus est, fieri debet. Neque vlla res prohibet, etiam si callus est, tamen quia cingit, tunican nominari. Tum pure quoque maturore haec interdum esse consuevit. Ideoque quod sub ea est, extrahi per cucurbitulam non potest. Sed facile id intelligitur, ubi nihil admota illa mutauit. Ergo siue id incidit, siue iam durities est, in hac auxiliu nihil est. Et ut alias scripsi, vel auertenda concurrens est materia, vel digerenda, vel ad maturitatem perducenda est. Si priora contigerunt, nihil praeter ea necessarium est. Si pus maturuit in aliis quidem & in inguinibus, raro secundum est. Item ubicunque mediocris abscessus est. Item quoties in summa cute, vel etiam carne vitium est, nisi festinare curantis imbecillitas cogit. Satisque est cataplasma efficere,

ut per se pus aperiatur. Nam fere sine cicatrice
potest esse is locus, qui expertus ferrum non est.
Si autem altius malum est, considerari debet, ner-
vus ne is locus sit, an non sit. Nam si sine ner-
vus est, carente ferramento aperiri debet. Cuius
h.ec gratia est, quod exigna plaga diutius ad pus
euocandum patet, paruaq; postea cicatrix fit.

* ignis a- At si nervi iuxta sunt, * in his periculum est, ne
liens est vel disstendantur hi, vel membrum debilitent.

Necessaria vero opera scalpelli est. Sed cetera
etiam subruda aperiri possunt. Inter nervos ve-
ro ultima expectanda maturitas est, qua cutem
extenuet, eiq; pus iungat, quo propius reperia-
alia tur. Itemq; * aliam rectam plagam desiderant
in carne, quia fere vehementer cutem extenuat,
tota ea super pus excidenda est. Semper autem
ubi scalpellus admonetur, id agendum est, ut et
quamminimae, et quamparcissimae plaga sint:
cum eo tamen ut necessitati succurramus et in
modo et in numero. Nam maiores sinus, latius
interdum etiam duabus aut pluribus lineis inci-
dendi sunt. Dandaq; opera, ut imus sinus exi-
tum habeat, ne quis humor intus subsidat, qui
proxima et adhuc sana rodendo sinuet. Est etiam
in rerum natura, ut cutis latius excidenda sit.
Nam ubi post longos morbos totus corporis ha-
bitus vitiatus est, lateq; se sinus diffundit, et in
eo pars cutis pallet, scire licet eam iam emortuam
esse, et inutilem futuram. Ideoq; excidere com-
modius est, maxime si circa articulos maiores
id

*id euenit, cubantemq; ægrū fluens aliis exer- tæxhaurit
cuit, neq; per alimenta quicquam corpori acce-
dit. Sed excidi ita debet, ut plaga ad similitudi-
nem myrtei folij fiat, quo facilius sanescat. Idq;
perpetuum est. Vbiq; medicus ex quacunque
caussa cutem excidit, pure effuso in alis vel m-
guinibus linamento opus non est. Spongia ex ui-
no imponenda est. In ceteris partibus, si æquè ea
linamenta superuacua sunt, purgationis caussa
paulum mellis infundendum, dein glutinaria su-
pèr danda. Si illa necessaria sunt, super ea quoq;
similiter dari spongia eodem modo ex vino ex-
pressa debet. Quando autem linamentis opus sit,
quando non sit, alias dielum est. Cetera eadem,
incisa suppuratione, facienda sunt, quæ ubi per
medicamenta rupta est, facienda esse proposui.*

De bonis malisue signis exulceratorum.

C A P. III.

*P*rotinus autem quantum curatio efficiat,
quantumq; aut sperari aut timeri debeat,
ex quibusdam signis intelligi potest, fereq; ijs-
dem que in vulneribus exposita sunt. Nam bo-
na signa sunt, somnum capere, facile spirare, siti
non confici, cibum non fastidire, si febricula fuit,
ea vacare. Itemq; habere pus album, leue, non
fædi odoris. Malasunt, vigilia, spiritus graui-
tas, sitis, cibi fastidium, febris, pus nigrum, aut
feculentum, & fædi odoris. Item procedente cu-
ratione eruptio sanguinis: aut si antequam sinus
carne impleatur, ora carnosæ sunt. Illa quoque
ipsa

ipsa carne hebet nec firma, deficere tamen animam, vel ipsa curatione vel postea, pessimum omnium est. Quinetia morbus ipse sive subito solutus est, dein suppuratio exorta est, sive effuso pure permanet, non iniuste terret. Estque inter causas timoris, si sensus in vulnera rodentium non est. Sed ut haec ipsa fortuna huc illucque disceruit, sic medici partium est, eniti ad reperiendam sanitatem. Ergo quoties vclus resiliuerit, eluere id: si reprimendus humor videbitur, vino ex aqua plus uatili misto, vel aqua in qua lenticula cocta sit, debebit. Si purgandum erit, mulso: rursusque impone eadem. Vbi iam repressus videbitur humor, vclusque purum erit, produci carnem conueniet, et foueri vulnera pari portione vini ac mellis, superque imponi spongia ex vino et rosa tintata. Per quae cum caro producatur, plus tamen (ut alias quoque dixi) victus ratio eo confert, id est solutis iam febribus et cibi cupiditate redditis, balneum rarum, quotidiana, sed lenis gestatio, cibi potionisque corpori reficiebo. Aptaque omnia quae per medicamenta suppuratione quoque rupta sequuntur, sed quia magno malo vix sine ferro mederi licet, in hunc locum reseruata sunt.

De Fistulis.

C A P. I I I I.

Adversus Fistulas quoque, si altius penetrat, ut ad ultimas demitti collyrium non possit, si tortuose sunt, si multiplices, maius in manu quam in medicamentis praefidum est, minusque; opera est, si sub cute transuersae feruntur, quam si recte

recte intus tendunt. Igitur si sub cute transuersa
 fistula est, demitti specillum debet, supraq; id ea
 incidi: si flexus reperiuntur, hi quoq; simul spe-
 cillo & ferro persequendi sunt. Idemq; facien-
 dum, si plures se quasi ramuli ostendunt. Vbi ad
 fines fistulae ventum est, excidendum ex toto cal-
 lus est, superq; fibule dandae, & medicamentum
 quo glutinatur. At si recta subter tedit, vbi, quod
 maxime ferat, specillo exploratum est, excidi is
 sinus debet, dein fibula oris cutis injicienda est,
 & aequa glutinantia medicamenta superdanda
 sunt. Aut si corruptius vlcus, quod interdu^o ossē
 vtiato fit, vbi id quoq; curatum est, prius mouen-
 tia. Solent autem inter costas fistulae subter exi-
 re, quod vbi incidit, eo loco costa ab utraq; parte
 decidenda & eximenda est, ne quid intus cor-
 ruptū relinquatur: solent vbi costas transierunt,
 septum id, quod transuersum à superioribus vi-
 sceribus intestina discernit, violare. Quod intel-
 ligi & ex loco, & ex magnitudine doloris po-
 test, & quia nonnunquam spiritus eo, cum hu-
 more quasi bullate prorumpit, maximeq; si hunc
 ore ille continuuit. In eo medicamini locus nullus
 est. In ceteris vero que circa costas sanabilia
 sunt, pinguis medicamenta inimica sunt, ceteris
 que ad vulnera accommodantur, vti licet. Opti-
 me tamen secca linamenta, vel si purgadum ali-
 quid videtur, in melle tincta imponuntur. Ventri
 nallum os subest, sed ibi perniciose admodum fistu-
 le sunt, adeo ut sostratus insensibiles esse cre-
 dider

diderit. Id non ex toto ita se habere vsus ostendit.
 Et quidem (quod maxime mirum videri potest)
 tutior fistula est contra iecur, & lienem, & ven-
 triculum, quam contra intestina: non quo pernicio-
 sior res ibi sit, sed quo alteri periculo locis faciat.
 Cuius experimento moti quidam autores parum
 modum rei cognoverunt. Nam venter sepe etiam
 telo perforatur, prolapsaque; intestina conduntur,
 & oras vulneris suturae comprehendunt, quod
 queri admodum fiat mox indicabo. Itaque etiam ubi
 tenuis fistula abdomen perrumpit, excidere eam
 licet, suturaque; oras coniungere. Si vero ea fistula
 intus patuit, excisa necesse est Latius foramen
 relinquat, quod nisi magna vi ritiq; ab interiore
 parte sui non potest, qua quasi membrana que-
 dam finit abdomen, quam segregaverunt Graeci vo-
 cant. Ergo ubi aliquis ingredi ac moueri cœpit,
 rumpitur illa sutura, atque intestina solvuntur.
 Quo fit, ut pereundum homini sit. Sed non omni-
 modo res ea desperationem habet. Ideoque; tenuio-
 ribus fistulis adhibenda curatio est.

De ani fistulis.

Propriæ etiamnum animaduersione deside-
 rat ea, quæ in ano sunt. In hac demissio spe-
 cillo, ad ultimum eius caput incidi cutis debet,
 dein nouo foramine specilluum educi linum sequente,
 quod in aliam eius partem ob idipsum perforatum
 coniectum sit. Ibi linum prehendum, vincien-
 dumque; cum altero capite est, ut laxè cutem, que
 super fistulæ est, teneat. Idque; linum esse debet cru-
 dum,

dum, & duplex triplex' ne, sic tortum ut vnitatis
facta sit. Interim autem licet negotia agere, am-
bulare, lauari, cibū capere perinde atq; sanissi-
mo. Tantummodo id linum bis die saluo nodo du-
cendū est, sic ut subeat fistula pars quæ superior
fuerit. Neq; committendū est, ut id linum putre-
scat. Sed tertio quoq; die nodus resoluendus est,
& ad caput alterum recens linum alligandum,
eductoq; vetere, id in fistula cum simili nodo re-
linquendū. Sic enim id paulatim cutem, quæ su-
prā fistulam est incidit, simulq; & id sanescit,
quod à lino relictum est, & id quod ab eo mor-
detur, inciditur. Hæc ratio curationis longa, sed
sine dolore est. Qui festinat, astringere cutem li-
no debet, quo celerius fecet, noctuq; penicillo te-
nuia quedam intus demittere, ut cutis hoc ipso
extenuetur, quo extenditur. Sed hæc dolorem mo-
uent. Adiicitur celeritati sic, ut tormento quoq;, si en-
si & linum & id quod ex penicilla est, aliquo
medicamento illinitur, ex his quibus callum exe-
di posui. Poterit tamen fieri ut ad scalpelli cura-
tionem etiam illò loci veniendum sit, si intus fi-
stula fert, si multiplex est. Igitur in hæc genera
demiſſo specillo duabus lineis incidenda cutis est,
ut media inter eas habenula tenuis admodum
eūciatur, ne protinus ora coēant, sitq; locus ali-
quis linamentis, quæ quām paucissima super-
injicienda sunt, omniaq; eodem modo facienda,
qui in abcessibus positus est. Si vero ab uno
ore plures sinus erint, recte fistula scalpello erit
incid

*incidenda, ab eo cæteræ quæ iam patebunt lino
excipiendæ: si intus aliqua procedet, quò ferrum
tuto peruenire non poterit, collyrium demitten-
dum erit. Cibis autem in omnibus eiusmodi ca-
sibus, siue manus siue medicamentis agetur, dari
debet humidus, potio liberalis, diuq; aqua: ubi
iam caro increscit, tum demum et balneis raris
vtendum erit, et cibis corpus implentibus.*

De Telis è corpore extrahendis.

Tela quoque quæ illata corporibus intus
haeserunt, magno negotio sèpe cùciuntur.
Suntq; quædā difficultates ex generibus eorum,
quædam ex his sedibus, in quis illa penetrarunt.
Omne autem telum extrahitur, aut ab ea parte
qua venit, aut ab ea in quam tetendit. Illic viam
qua redeat, ipsum sibi fecit. Hic à scalpello acci-
pit. Nam contra mucronem caro inciditur. Sed si
non alte telū insedit, et in summa est, aut certe
magnas venas et loca neruosa non transiit, ni-
bil melius est, quamquam qua venit, id euellere. Si ve-
rò plus est per quod telo reuertendū, quamquod
perrumpendū est: iamq; venas neruosq; id trāfit,
eaq; commodius est aperire quod supereft, * itaq; ex-
trahere. Nam et propius petitur et tutius euel-
litur, et in maiore membro si medium mucro
transiit, facilius sanescit quod perium est, quia
vtrinq; medicamento fouetur. Sed si retro telum
recipiendū est, amplianda scalpello plaga est, quo
facilius id sequatur, quoq; minor oriatur inflam-
matio: que maior sit, si ab illo ipso telo dum re-
dit,

dit, corpus laniatur. Itē si ex alia parte vulnus
aperitur, laxius esse debet, quām ut telo postea
transeunte amplietur. Summa autem utraque
parte ita habenda cura est, ne neruus, ne vena
maiōr, ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid
detectum est, excipiendum hanc retuso est, ab-
ducendumq; scalpello. Vbi autem satius incisum
est, telum eximendū est, tum quoq; eodem modo
et eadē cura habita, ne sub eo quod eximetur,
aliquid eorum ledatur, que tuenda esse propo-
sui. Hęc communia sunt. Propria quedā in singu-
lis telorum generibus subiecta sunt, que proti-
nus subiecta. Nihil tam facile in corpore quām
sagitta conditur, eademq; altissime insidit. Hęc
autem eueniunt, et quia magna vi fertur illa,
et quia ipsa in angusto est. Sæpius itaq; ab al-
tera parte, quām ex qua venit recipienda est,
præcipueq; quia fere spiculus cingitur, que ma-
gis laniant, si retro, quām si contrā trahuntur.
Sed inde aperta via, caro diduci debet ferramen-
to ad similitudinem facto Græc literæ ♀. Dein-
de ubi apparuit, si mucro, si arundo inlæret, pro-
pellenda est, donec ab altera parte adprehendi
et extrahi possit. Si iam illa deedit, solumq;
intus ferrum est, muero vel digitis adprehendi,
vel forifice, atque ita educi debet. Neque alia ra-
tio extrahi debet, ubi ab ea parte qua venit,
euelli magis placuit. Nam ampliato vulnere, aut
arundo, si inest, euellenda est: aut si ea non est,
ferrum ipsum. Quod si spicula apparuerunt, eaq;

C brevia

breuia & tenuia sunt, forfice ibi communi debent, vacuumq; ab his telum educi: si ea maiora valentioraq; sunt, fisis scriptorij calamis contegenda, ac ne quid lacerent, sic euellenda sunt. Et in sagittis quidem haec obseruatio est. Latum vero telum si conditum est, ab altera parte educi non expedit, ne ingenti vulneri ipsi quoque ingens vulnus adiçiamus. Euellendum est ergo genere quodam ferramenti, quod Diocles Graeci graphiscum vocant, quoniam autorem Dioclem habet, quem inter priscos maximosq; medicos frisse iam posui. Lamina vel ferrea vel anea etiam ab altero capite duos vtrinq; deorsum conuersos vncos habet, ab altero duplicata lateribus leuiterq; extrema in eam partem inclinata, quae sinuata est, insuper ibi etiam parte inclinata, que perforata est. Haec iuxta telum transuersa demittitur. Deinde ubi ad imum mucronem ventum est, paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat. Cum in cauo mucro est, illico duo digiti subiecti partis alterius vncus, simul & ferramentum id extrahunt & telum. Tertium genus telorum est, quod interdu euelli debet, plumbea glans, aut lapis, aut simile aliquid, quod perrupta cute, integrum intus insegit. In omnibus his latius vulnus aperiendum, idq; quod inest, ea qua venit, forfice extraheendum est. Accedit vero aliquid difficultatis sub omni ictu, si telum vel osse inhaesit, vel in articulo se inter duo ossa demersit, in osse vsq; eo mouendum

mouendum est, donec is locus laxetur, qui mucronem momordit, et tum vel manu vel forfice telum extrahendum est, quae ratio in dentibus quoque eviciendis est. Et vix unquam ita telum non sequitur. Sed si morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit. Ultimum est, ubi non euellitur, terebra iuxta forare, ab eo quoque foramine ad specie litterae et contra telum os excidere, sic ut linea quae deducuntur ad telum spectent, eo facto id necesse est labet, et facile auferatur. Inter duo vero ossa si per ipsum articulatum perrupere, circa vulnus duo membra fascijs habenis' ne deliganda, et per has in diversas partes diducenda sunt, ut nervos distendat. Quibus extensis laxius inter ossa spatium est, ut sine difficultate telum recipiatur. Illud videndum est, sicut in alijs locis posui, ne quis nervus, aut vena, aut arteria a telo laceratur, dum id extrahitur, eadem scilicet ratione quae supra posita est. At si venenato quoque telo quis ictus est, ipsis omnibus, si fieri potest, etiam festmantius actis adiscienda curatio est, quae vel epoto veneno, vel a serpente ictis adhibetur. Vulneris autem ipsius extraictio telo medicina non alia est, quam quae esset, si corpore ictu nihil inhaesset. De qua satis alio loco dictum est.

De Gangliis, & Meliceride, & Atheromate, &
Steatomate capitis tuberculis. C A P. VI.

HAEC venire in qualibet parte corporis possunt. Reliqua certas sedes habent, de quibus dicam, orsus a capite. In hoc multa va-

C 2 riaq;

riaq; tubercula oriuntur, yarelliae, melinogiæ,
 & ælegiæ uæta nominant, alijsq; etiamnum ro-
 cabulis quedam alijs discernunt, quibus ego re-
 tñmætæ quoque adiçiam. Quæ quamvis & in
 seruice et in aliis & in lateribus oriri solent, per
 se tamē non posui, cum omnia ista medioeres dif-
 ferentias habeant, ac neq; periculo terreant, neq;
 diuerso genere curentur. Omnia autem ista &
 ex paruulo incipiunt, & diu paulatimq; incre-
 scunt, & tunica sua includuntur. Quædam ex his
 dura ac renitentia, quedam mollia cedentiaq;
 sunt: quedam spatio nudantur, quedam tecta ca-
 pillo suo permanent, fereq; sine dolore sunt. Quid
 intus habeant, ut coniectura præsagiri potest, sic
 ex toto cognosci, nisi cum eiecta sunt, non potest.
 Maxime tamen in his que renituntur, aut lapil-
 lis quedam similia, aut cōcreti confertiq; pili re-
 periuntur. In his vero que cedunt, aut melli si-
 mile aliquid, aut tenui pulticula, aut quasi rasæ
 cartilagini, aut carnihebeti, & cruentæ, qui-
 bus aliqui colores esse consuerunt, fereq; gran-
 glia renituntur. Atheromati subest, quasi tenuis
 pulticula. Meliceridi liquidior humor, ideoq;
 pressum circumfluit. Steatomati pingue quid-
 dam, idq; latissime patere consuevit, resolutq;
 totam cutem superpositam, sic, ut ea labet, cum
 in ceteris sit astriclior. Omnia derasa ante, si ca-
 pillis conteguntur, per medium oportet incidere:
 sed steatomatis tunica quoq; secada est, ut effun-
 datur quicquid intus coit: quia nō facile à cute,
 subiecta

subiecta carne, ea separetur, in ceteris ipsa tunica inuiolata seruanda est. Protinus autem alba intenta se ostendit. Tum scalpelli manubrio diducenda à cute & à carne est, eijsiendaq; cum eo quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiore parte tunica musculus infrestrit, ne iste datur, superior pars illius decidenda, alia ibidem relinquenda est. Vbi tota exempta est, committenda orae, fibulaq; his iniicienda, & super medicamentum glutinans dandum est. Vbi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum est, puerentia adhibenda sunt.

De oculorum vitiis quæ scalpello & manu curantur.

C A P . V I I .

Sed ut hec neq; generevitq; neq; ratione curationis inter se multum distat. Sic in oculis, quæ manum postulant, & ipsa diuersa sunt, & aliter aliterq; curantur. Igitur in superioribus palpebris vesicæ nasci solent pingues grauesq;, quæ vix attollere oculos sinunt, leuesq; pituitæ cursus, sed assiduos in oculis mouent. Fere vero in pueris nascuntur. Oportet compresso digitis duobus oculo, atq; ita cute intenta, scalpello transuersam linea incidere, suspensileiter manu, ne vestita ipsa vulneretur, & ut locus ei patefas. Etius est, ipsa prorumpat, tum digitis eam apprehendere oportet, & euellere. Facile autem sequitur. Dein superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur, pacifissimisq; diebus cicatricula inducitur. Mole-

c 3 stius

stius est, ubi incisa vesica est. Effundit enim humor, neq; postea, quia tenuis admodum est, potest colligi. Si forte id incidit, eorum aliquid imponendum est, que puri mouendo sunt.

De Crite tuberculo palpebrarum.

IN eadem palpebra super pilorum locum, tuberculum parvulum nascitur, quod à similitudine ordei, à Græcis ὄψιν nominatur. Tunica quiddam quod difficulter maturescit, comprehendens est. Id vel calido pane, vel cera subinde calentia foueri oportet, sic ne nimius sit calor sit, sed facile ea parte sustineatur. Hac enim ratione sepe discutitur, interdum concoquitur. Si pus se ostendit, scalpello diuidi debet, et quicquid intus humoris est exprimi. Eodem deinde vapore postea quoq; foueri, et superinungi, donec ad sanitatem perueniat.

De Chalazio palpebrarum.

Alia quoq; quedam in palpebris huic non dissimilia nascuntur, sed neq; utiq; figurae eiusdem, et mobilia simul atque digito huc vel illuc impelluntur. Ideoq; ea καλαζία vocant. Hæc incidi debent, si sub cute sunt, ab exteriore parte: si sub cartilagine, ab interiore. Dein scalpelli manubriolo diducēda ab integris partibus sunt. Ac si intus plaga est, mungendum primo lenibus, deinde acrioribus. Si extra, superdandum emplastrum, quo id glutinetur.

*De vngue oculorum, quod πλευρά
Græcis vocatur.*

Vnguis

VNguis verò, quod pterygion Graci vo-
 cant, est membranula neruosa oriens ab
 angulo, que nonnunquā ad pupillam quoq; per-
 uenit, eiq; officit. Sæpius à nariū, interdū etiam
 à temporum parte nascitur. Hunc recentem non
 difficile est discutere medicamentis, quibus cica-
 trices in oculis extenuantur. Si inueterauit, iāq;
 ei crassitudo quoq; accessit, excidi debet. Post
 abstinentiam verò vnius diei, vel aduersus in-
 sedili contra medicum is homo collocandus est,
 vel sic auersus, vt in gremium eius caput resu-
 pinus effundat. Quidam si in sinistro oculo vi-
 tium est, aduersum: si in dextro resupinum col-
 locari volunt. Alteram autem palpebram à mi-
 nistro diduci oportet, alteram à medico. Sed ab
 hoc, si ille aduersus est, inferiorem: si supinus, su-
 periorem. Tum idem medicus hamulum acutum
 paulum mucrone intus recurvato subiçere ex-
 tremo vngui debet, eumq; infigere, atq; eā quoq;
 palpebrā tradere alteri, ipse hamulo appreheſo
 leuare vnguem, eūq; acu traicere linum trahen-
 te. Deinde acum ponere, līni duo capita appre-
 hendere, & per ea erecto vngue, si qua parte
 oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, do-
 nec ad angulum veniat. Deinde, inuicem modo
 remittere, modo attrahere, vt sic & initiū eius,
 & finis anguli reperiatur. Duplex enim peri-
 culum est, ne vel ex vngue aliquid relinquatur,
 quod exulceratum vix ullam recipiat curatio-
 nem, vel ex angulo quoq; caruncula absinda-

c 4 tur,

tur, que si vehementius vnguis ducitur, sequitur.
 Ideoq; decipit: ac si abscissa est, patescit foramen,
~~*punctum~~ per quod postea semper humor descēdit, *punctum
 Græci vocant. Verus ergo anguli finis utiq; no-
 scendus est, qui ubi satis constitut, non nimis ad-
 dueto vngue scalpellus adlibendus est, deinde
 excidenda ea membranula, ne quid ex angulo
 ledatur. Eo deinde ex melle linamentum super-
 dandum est, supraq; linteolum et aut spongia,
 aut lana succida, proximisq; diebus diducendus
 quotidie oculus est, ne cicatrice inter se palpe-
 bræ glutinentur. Siquidem id quoq; tertium pe-
 riculum accedit, eodemq; modo linamētum im-
 ponendum, ac nouissime inungendum collyrio,
 quo ulcera ad cicatricem perducuntur. Sed ea cu-
~~*verna~~ ratio vere esse debet, aut certe ante hysmem.
 De qua re ad plura loca pertinente semel dixisse
 satis erit. Nam duo genera curationum sunt.
 Alia in quibus eligere tēpus non licet, sed uten-
 dum est eo, quod incidit, sicut in vulneribus, et
 in fistulis. Alia in quibus nullus dies urget, et
 expectare tutissimū et facile est, sicut enenit in
 ijs, que et tarde increscunt, et dolore non cru-
 ciant, in his ver expectādū est. Aut si quid magis
 pressit, melior tamē autūmus vel astas, quam
 hysmem est. Atq; is ipse mediūs, iā fractis astati-
 bus, nōdū ortis frigoribus. Quo magis aut neces-
 saria pars erit, que tractabitur, hoc quoq; ma-
 iori periculo subiecta est, et sēpe quo maior pla-
 ga facienda, eo magis haec tēporis ratio seruabit.

De

De Encanthide, tuberculo.

Ex curatione vero vnguis, ut dixi, vitia nascuntur, quae ipsa alijs quoq; de causis oriuntur solent. Interdū enim sit in angulo, parum vngue exciso, vel aliter tuberculū, quod palpebras parum diduci patitur, ἐγναύβις Graece nominatur. Excidi hamulo & circuncidi debet, hic quoq; diligenter temperata manu, ne quid ex ipso abscedat. Tum exiguum linamentum respergendum est, vel cadmia, vel atramento futorio, inq; eum angulum diductis palpebris inserendū, supraq; eodem modo deligandum, proximisq; diebus similiter nutriendum, tantum ut primis qua egelida, vel etiam frigida foueatur.

De Aencyloblepharo oculorum vitio.

Interdū inter se palpebrae coalescunt, aperririq; non potest oculus. Cui malo solet etiam illud accedere, ut palpebrae cum albo oculi coherent: scilicet cum in utroq; fuit ulcus negligenter curatum. Sanescendo enim quod diduci potuit & debuit, glutinabit, ἀγνωστά φαρεψ sub utroq; vitio Graeci vocant. Palpebre tātum inter se coherentes, non difficulter diducuntur, sed interdū frustra, nam rursus glutinantur. Experiri tamen oportet, quia bene res sāpius cedit. Igitur aduersum specillum inserendum, dividendaq; eo palpebrae sunt, deinde exigua penicilla interponēda, donec exulceratio eius loci finiatur. Aut ubi albo ipsius oculi palpebra inhaesit, Heraclides Tarentinus autor est, aduerso scal-

c s pelle

pello subsecare magna cum moderatione, ut neq; ex oculo, neq; ex palpebra quicquā absindatur: ac si necesse est, ex palpebra potius. Post hæc inungatur oculus medicamentis, quibus aspritudo curatur, quotidieq; palpebra vertatur, non solū ut ulceri medicamentis inducatur, sed etiam ne rursus inhæreat, ipsiq; etiam precipiatur, ut saepe eam duobus digitis attollat. Ego sic restitutum esse neminē memini. Meges se quoq; multa tentasse, neq; vñquam profuisse, quia semper iterum oculo palpebra inhæserit, memoriae prodit.

De Aegilopa, fistula oculorum.

ETiamnum in angulo, qui naribus propior est, ex aliquo vitio quasi parua fistula aperitur, per quam pituita adsidue distillat, αὐγίνωνα Græci vocat, idq; assidue male habet oculum, nonnunquam etiam exeso osse usq; ad nares penetrat, idq; interdum naturam carcinomatis habet. Vbi intēta vene eꝝ recurvata sunt, color pallidus, cutis dura est, eꝝ leui tactu irritatur, inflammationēq; in eas partes, quae cōiuncta sunt, euocat. Ex his eos qui quasi carcinoma habent, curare periculosum est. Nā mortem quoq; ea res maturat. Ea verò quibus ad nares tendit, superuacuū: neq; enim sanescunt. At quibus id in anno, ne gulo est, potest adhiberi curatio, cum eam non ignotum sit esse difficultem, quantoq; angulo proprius id foramen est, tanto difficilior est, quoniam perangustum est in quo versari manus possit. Recenti tamē re mederi facilius est. Sed hamulo summ

summum eius foraminis excipiēdum, deinde totum id cauum, sicut in fistulis dixi, vsq; ad os excidendum, oculoq; et ceteris iunctis partibus bene obteclis, os ferramento adurendum est vehementius. Quod si iam carie vexatum est, quo crassior his squama accedit, quidam adurentia imponunt, ut stramentum futorium, vel chalcitidem, vel aeruginem rasam. Quod et tardius et non idem facit. Osse adusto curatio sequitur eadem, que in ceteris vstis.

De Pili palpebrarum oculum irritantibus.

Pili verò qui in palpebris sunt, duabus de causis oculum irritare consuerunt. Nā modo palpebræ superioris summa cutis relaxatur, et procidit: quo fit, vt eius pili ad ipsum oculum conuertantur, quia non sūmul cartilago quoq; se remisit. Modo sub ordine naturali pilorum aliis ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculum tendit. Curationes verò hæ sunt. Si pili nati sunt, qui non debuerint, temuis acus ferrea ad similitudinem hastæ lata, in igne coniicienda est. Deinde candens sublata palpebra sic, vt eius pernicioſi pili in conspectu curantis veniant, sub ipsis pilorum radicibus ab angulo immittenda est, vt ea tertiam partē palpebræ transfiuat. Deinde iterū tertioq; vsq; ad alterum angulum. Quo fit, vt omnes pilorū radices adustæ emoriantur. Tum superimponendum medicamentū est, quod inflammationem prohibeat, atq; ubi crustæ exciderunt, ad cicatricem perducendum. Facilime

antennæ

autem id genus sanescit: quidā aiunt acu transfixū iuxta pilos in exteriorē partem palpebræ oportere, eāq; transmitti duplīcē capillū muliebrem ducentem: atq; ubi acus transfixū, in ipsius capilli finum, quā duplicatur, pilo esse iniiciendum, & per eum in superiorē palpebræ partem attrahendum, ibiq; corpori adglutinandū & imponendū medicamentū, quo foramen quoq; glutinetur: sic enim fore, ut is pilus in exteriorē partem postea spectet. Id primū fieri non potest, nisi in pilo longiore, cum fere breues eo loco nascantur. Deinde si plures pili sunt, necesse est longū tormentum, cum toties acus transfixū, magnam inflammatiōnem moneat. Nouissime cum humor aliquis ibi subsit, oculo & ante per pilos, & tum per palpebræ foramina affecto, vix fieri potest, ut glutinē, quo vinclitus est pilus, non resoluatur. Eoq; fit, ut is eo unde vi abductus est, redeat. Ea verò curatio, quæ palpebra laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubij. Siquidem oportet contectio oculo mediā palpebræ cutem, siue ea superior, siue inferior est, apprehendere digitis, ac levare, tum considerare quantudo detractio futurum sit, ut naturaliter se habeat. Siquidem hic quoq; duo pericula circumstant: si nimium fuerit excisum, ne contegi oculus non possit: si parum, ne nihil actum sit, & frustra seclusus aliquis sit. Quā deinde incidentum videbitur per duas linea, atramento notandum est, sic ut de interiore que pilos continet, & propiore ei linea aliquid relinq

reliquatur, quod apprehendere acus postea pos-
sit. His constitutis scalpellus adlibendus est, &
si superior palpebra est, antè: si inferior, postea
propius ipsis pilis incidendum, initiumq; facien-
dum in finistro oculo, ab eo angulo qui temporis:
in dextro, ab eo qui naribus propior est, idq;
quod inter duas lineas est, excidendum. Deinde
ora vulneris inter se simplici sutura committenda,
operiendusq; oculus est: & si parum palpebra
descendet, laxanda vtiq;: si nimium, aut astrin-
genda, aut etiam rufus tenuis habenula ab ulce-
riore ora excidenda. Vbi secta est, aliae suturae
adijcienda, que supra tres esse non debent. Pre-
ter hec in superiore palpebra sub pilis ipsis inci-
dentalinea est, vt ab inferiore parte diducti
pili sursum spiccent. Idq; si leuis inclinatio est,
etiam solum satis tuetur. Inferior palpebra eo
non eget. His facilis, spoggia ex aqua frigida ex-
pressa super diliganda est. Postero die glutinans
emplastrum myciendum. Quarto sutura tollen-
da est, & collyrio quod inflammationes repri-
mit, superimungendum.

De Lagophthalmo oculorum.

Non nunquam autem nimium sub hac cura-
tione excisa cute evenerit, vt oculus non
conteratur. Idq; interdum etiam alia de caussa fit,
λαγωφθαλμον Græci appellant. In quo si nimius
palpebre decit, nulla id restituere curatio po-
test. Si exiguum, mederi licet, paulum infra su-
percilium cutis incidenda est lunata figura, cor-
ribus

nibus eius deorsum spectantibus. Altitudo esse plaga & usq; ad cartilagine debet, ipsa illa nihil lœsa. Nam si ea incisa est, palpebra cōcidit, neq; attollit postea potest. Cite igitur tantum diducta sit, ut paulum in ima oculi ora descendat, hiant scilicet super plaga, in quā linamentū coniūcendum est, quod & cōiungi diductam citē prohibeat, et in medio carunculam citet: quæ ubi eum locum impleuit, postea recte oculus operitur.

De Ectropio.

VT superioris autem palpebræ vitium est, quod parum descendit, ideoq; oculum non contegit, sic inferioris, quod parū sursum attollitur, sed pendet & hiat, neq; potest cum superiore committi. Atq; id quoq; evenit interdum ex simili vitio curationis, interdum etiam senectute, ἐντροπίᾳ Graci vocant. Si ex mala curatione est, eadem ratio medicina est, que suprà posita est, plaga tantum cornua ad maxillas, non ad oculum conuertenda sunt. Si ex senectute est, tenui ferramento id totum extrinsecus adurendum est, deinde melle inungendum, & quarto die vapore aquæ calidæ fouēdum inungendumq; medicamentis ad cicatricem perducentibus.

De Staphylomate oculi.

HAEC fere circa oculum in angulis palpebrisq; incidere cōsueverunt. In ipso autem oculo nonnunquam summa attollitur tunica, siue ruptis intus membranis aliquibus, siue laxatis, & similis figura acino fit. Vnde id ταχφύλωμα Graci

Graci vocat. Curatio duplex est. Altera ad ipsas radices per medium transuere acu duo lina ducente. Deinde alterius lini duo capita ex superiori parte, alterius ex interiore astringere inter se, quae paulatim secando id excidunt. Altera in summa parte eius ad lenticulae magnitudinem excidere, deinde spodium aut cadmiam inficcare. Vt rolibet autem factio, album ouì lana excipiendum & imponendum, posteaq; vapore aquæ calidæ fouendus oculus, & lenibus medicamentis vngendus est.

De Clavis oculorum.

Clavi autem vocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figure similitudine est. Hos ad imam radicem perforare acu commodissimum est, infraq; eam excidere, deinde lenibus medicamentis inungere.

De natura oculorum, & eorum suffusione.

SVffusionis iam alias feci mentione, quia cum reces incidit, medicamentis quoq; saepe discutitur. Sed ubi vetustior facta est, manus curationem desiderat, quæ inter subtilissimas haberi potest. De qua antequa dico, paucis ipsis oculis natura indicanda est. Cuius cognitio, cu ad plura loca pertineat, tum vel precipue ad hunc pertinet. Is igitur summus habet duas tunicas, ex quibus superior à Gracis negotiis vocatur. Ea qua parte alba est, satis crassa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est media parte, qua pupilla est, modico foramine concava,

LIBROS

circa

DEL DR.

L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

circa tenuis, vltioribus partibus ipsa quoque
 χρυσόes plenior, que ράχειδις à Græcis nominatur. Hæ
 due tunicae cum interiora oculi cingant, rursus
 sub his coēunt, extenuatæq; et in unum coactæ,
 per foramen, quod inter ossa est, ad membranam
 cerebri perueniunt, eiq; inhærescunt. Sub his au-
 tem qua parte pupilla est, locus vacuus est. De-
 inde infrā rursus tenuissima tunica quā Her-
 philus ράχειδιη nominavit. Ea media subsi-
 dit, eoq; cauo cōtinet quiddā, quod à vitri simi-
 litudine υαλογοies Græci vocant. Id neq; liqui-
 dum, neq; aridū est, sed quasi cōcretus humor, ex
 eius colore pupille color vel niger est, vel cæ-
 sius, cū summa tunica tota alba sit. Id aut super-
 ueniens ab interiore partē membranula includit,
 sub his gutta humoris est, qui albo similis, à qua
 videndi facultas proficiscitur, χρυσάνθος à
 Græcis nominatur. Igitur vel ex morbo vel ex
 iectu cōcrescit humor sub duabus tunicis, quā lo-
 cum vacuum esse proposui: isq; paulatim indu-
 rescens interiori potētiae se opponit. Vtijq; eius
 plures species sunt, quadam sanabiles, quedam
 que curationem non admittunt. Nam si exigua
 suffusio est, si immobilis, colorē verò habet ma-
 rine aquæ, vel ferri nitentis, et à latere sensum
 aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si ma-
 gna est, si nigra pars oculi amissa naturali figu-
 ra in aliā vertit, si suffusioni color cœruleus est,
 aut auro similis, si labat, et haec atq; illac mo-
 netur, vix unquam succurritur. Fere verò peior
 est,

est, quo ex graviore morbo, maioribus ue capitis doloribus, vel iectu vehementiore orta est. Neq; idonea curatio, si senilis et. as est, que sine novo vitio tamen aciem hebetem habet. At ne puerilis quidem, sed inter haec media et. as. Oculus quoque curationi neq; exiguis, neque concavus satis opportunus est, atq; ipsius suffusionis quedam maturitas est. Expectandum igitur est donec iam non fluere, sed durities quedam concreuisse videatur. Ante curationem autem modico cibo vti, bibere aquam triduo debet, pridie ab omnibus abstinere. Post haec in aduerso sedili collocandus est loco lucido, lumine aduerso, sic ut contra medicus paulo altius sedeat. A posteriore autem parte caput eius, qui curabitur, minister contineat, & immobile id praestet. Nam levui motu eripi acies in perpetuum potest. Quin etiam ipse oculus qui curabitur, immobilior faciendus est, super alterum lana imposita & diligata. Curari vero sinister oculus de extra manu, dexter sinistra debet. Tum acus admouenda est, aut acuta, aut forte non nimium tenuis, eaq; demittenda. Sed recta est per summam duas tunicas medio loco inter nigrum oculum et angulum temporis propiore regione medie suffusionis, sic ne qua venaledatur. Neq; tamen timide demittenda est, quia inani loco excipitur. Ad quem cum ventus est, ne mediocriter quidem peritus falli potest, quia prementi nihil renititur. Vbi eo ventum est, inclinanda acus ad ipsam suffusionem est. Leniterq;

ibi uerti & paulatim eam deducere infra regionem pupillæ debet: ubi deinde eam transit, vel hemeretius imprimi ut inferiori parti insidat. Si haec sit, curatio expleta est. Si subinde redit, eadē acutus magis cōcidēda, et in plures partes dissipāda est, quae singulæ & facilius cōduntur, et minus late officiunt. Post hæc educta acus recta est, impoñendumq; est lana molli exceptū ovi album, & supra, quod inflammationē coērceat, atq; ita deuinciendū. Post hæc opus est quiete, abstinentia, lenium medicamentorū inunctionibus, cibo, qui postero die satis mature datur, primū liquido ne maxillæ laborent, deinde inflammatione finita, tali, qualis in vulneribus propositus est. Quibus ut aqua quoq; diutius bibatur, necessariò accedit.

De Pituita oculorum.

DE pituita quoque tenuis cursu, qui oculos infestat, quatenus medicamentis agendum est, iam explicui. Nunc ad ea veniam, quæ curationem ex manu postulant. Animaduertimus autem quibusdam nunquam succescere oculos, sed semper humore tenui madere, quæ res aspritudinem continuat, ex leuibus momentis inflammaciones & lippitudines excitat, totam deniq; vitam hominis infestat. Idq; in quibusdam nulla ope adiuuari potest, in quibusdam sanabile est. Quod primum discrimen est, nosse oportet, ut alteri succurratur, alteri manus non impiciatur. Ac primum superuacua curatio est in his qui ab infantibus id vitium habent, quia necessario man-
surantur

surum est usq; mortis diem. Deinde non necessario etiam in his, quibus non multa, sed acris puita est. Si quidē manu nihil adiuuantur, medicamentis, & vielus ratione, quae crassiorē pituitam reddit, ad sanitatē perueniunt. Lata etiam capita vix medicinæ patent. Tum interest vene pituitam emittant, quæ inter caluariam & cutē sunt, an quæ inter membranā cerebri, & caluariam. Superiores ferè per tēpora oculos rigant, inferiores per eas membranas, quæ ab oculis ad cerebrum tendunt. Potest autem adhiberi remedium his, quæ supra os fluunt, non potest his, quæ sub osse. Ac ne his quidem succurritur, quibus pituita utrinq; descendit, quia leuata altera parte, nihilominus altera infestat. Quid sit autem, hac ratione cognoscitur. Raso capite ea medicamenta, quibus in lippitudine pituita suspenditur, à supercilij usq; ad verticem illini debent. Si sicci oculi esse cœperunt, appareat per eas venas, que sub cutē sunt, irrigari. Si nihilominus madent, manifestum est sub osse descendere. Si est humor, sed leuior, duplex vitium est. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur, quos superiores vene exerceant, ideoq; pluribus etiam opitulari licet. Idq; non in Gracia tantummodo, sed in alijs quoque gentibus celebre est, adeo ut nulla medicinæ pars magis per nationes quoque exposita sit. Reperti in Gracia sunt, qui nouem lineis cutem capitis incident, duabus in occipitio reclis, una super eas transuersa, deinceps duabus

D 2 bius

bus super aures, vna inter eas item transuersa,
 tribus inter verticem & frontem rectis. Reperti
 sunt, qui à capite recte eas lineas ad tempora
 diduceret, cognitusq; ex motu maxillarū muscu-
 lorū initij, leuiter super eos cutem inciderent,
 inductisq; per retusos hamos oris insereret lina-
 menta, ut neq; inter se cutis antiqui fines cōmit-
 terentur, & in medio caro increaseret, quæ ve-
 nis ex quibus humor ad oculos transfiret, astrin-
 geret. Quidam etiam atramento duas lineas du-
 xerunt à media aure ad medium alteram aurem,
 deinde à naribus ad verticem. Tum ubi lineæ
 committebantur, scalpello inciderint, & post san-
 guine fusō, os ibidem adusserunt. Nihilominus
 autem & in temporibus, & inter frontem atq;
 caluariam eminentibus venis idem candens fer-
 rum admouerunt. Frequens curatio est, venis in
 temporibus adurere, que sere quidem in eiusmo
 malo tument, sed tamen ut inflentur magisq;
 se ostendant, ceruix antè modice diliganda est:
 tenuibusq; ferramentis, & retusis uenæ aduren-
 dæ, donec in oculis pituitæ cursus conquiescat. Id
 enim signum est quasi excæcatorū itinerum, per
 quæ humor ferebatur. Valentior tamen medicina
 est, ubi tenues conditæq; venæ, ideoq; legi non
 possunt. Eodem modo ceruice diligata, retentoq;
 ab ipso spiritu, quo magis vene prodeant, atram-
 ento notare eas contra tempora & inter cer-
 uicem, ac frontem, deinde ceruice resoluta, quæ
 votæ sunt, venas incidere, & sanguinem mittere.
Vbi

*Vbi satis fluxit, tenuibus ferramentis adurere.
 Contra tempora quidem, timide, ne subiecti mu-
 sculi, qui maxillas tenent, sentiant: inter fron-
 tem verò & verticem, vehementer, ut sic squa-
 ma ab osse recedat. Efficacior tamen etiamnum
 est Afrorum curatio, qui verticem usque ad os
 adurunt, sic ut squamam remittat. Sed nihil me-
 lius est, quam quod in Gallia quoq; Comata fit,
 ubi venas in temporibus & in superiore capi-
 tis parte legunt. Adustra quomodo curanda sint,
 iam explicui. Nunc illud adjicio, neq; ut crux &
 decidunt, neq; ut ulcus impleatur adustis venis
 esse properandum, ne uel sanguis erumpat, uel ci-
 to pus supprimatur, cum per hoc sic escere eis
 partes opus sit, per illud exhauciri opus non sit.
 Si quando tamē sanguis eruperit, infricanda me-
 dicamenta esse, quae sic sanguinem supprimant,
 ne adurant. Quemadmodum autem vene deli-
 genda sint, quidq; lectis his faciendum sit, cum
 venero ad crurum varices, dicam.*

De aurium morbis, qui manu & scalpello
 curantur. C A P. VIII.

*V*erum ut oculi multiplicē curationē, etiam
 manus exigunt: sic in auribus admodum
 paucā sunt, quae in hac medicinæ parte traçen-
 tur. Solet tamen euenire vel à prima natali die
 protinus, vel postea facta exulceratione per ci-
 catricem aure repleta, ut foramen in ea nullum
 sit, ideoq; audiendi usu careat. Quod ubi inci-
 dit, specillo tentandum est, alte' ne id repletum,

an in summo tantum glutinatum sit. Nam si altè est, prementi non cedit: si in summo, specillum protinus recipit. Illud attingi non oportet, ne sine effectus spe distentio oriatur nerorum, & ex ea mortis periculum sit. Hoc facile curatur. Nam quā cauum esse debet, vel medicamentum aliquod imponendum est ex adurentibus, vel candente ferro aperiendum, vel etiam scalpello incidendum. Cumq; id patefactum, & iam vlcus purum est, iniicienda eō pinna est, illita medicamento cicatricē inducente: circaq; idem medicamentum dandum, ut cutis circa pinnam sanescat: quo fit ut ea remota, postea facultas audiendi sit. At ubi aures, in viro puta, perforatae sunt, & offendunt, trahere id cauum celeriter candente acu satis, ut leniter eius ora exulcerentur, aut etiam adurente medicamento idem exulcerare, postea deinde imponere id quod purget, tum quod eum locum repleteat, & sic cicatricem inducat. Quod si magnum id foramen est (sicut solet esse in his, qui maiora pondera auribus gesserunt) incidere quod superest ad extre-
mum oportet: suprà deinde oras scalpello exulcerare, & postea suere, ac medicamentum, quo id glutinetur, imponere. Tertium est, si quid ibi curti est, sarcire: quae res cum in labris quoq; & naribus fieri possit, eandem etiam rationem habeat, simul explicanda est.

Curta in auribus, labrisq; ac naribus, quomodo
sarciri, & curari possint. CAP. IX.
Curta

Curta igitur in his tribus, ac si qua parua
 parias sint, curari possunt. Si qua maiora
 sunt, at non recipiunt curationē, aut ita per hanc
 ipsam deformantur, ut minus indecora antē fuer-
 int. Atq; in aure quidem & naribus deformi-
 tas sola timeri potest. In labris verò si nimium
 contracta sint, usus quoq; necessarij iactura fit,
 quia minus facile & cibus assumitur, & sermo
 explicatur. Neq; enim creatur ibi corpus, sed ex
 vicino adducitur: quod in leui mutatione, &
 nihil eripere, & fallere oculum potest: in magna
 non potest. Neq; senile autem corpus, neq; quod
 mali habitus est, neq; in quo difficulter ulcera
 sanescunt, huic medicina idoneum est, quia nus-
 quam celerius cancer occupat, aut difficilius tol-
 litur. Ratio curationis eiusmodi est. Id quod cu-
 ratū est, in quadratum redigere, ab interioribus
 eius angulis lineas transversas incidere, que ci-
 teriorem partem ab ulteriore ex toto diducant:
 deinde ea que sic^e reposuimus, in unū adducere. *resolu-
 Si non satis iunguntur, ultra lineas, quis antē mis-
 fecimus alias duas lunatas, & ad plagam con-
 uersas immittere, quibus summa tanta in cutis di-
 ducatur. Sic enim fit, ut facilius quod adducitur,
 sequi possit: quod non vi cogendum est, sed ita
 adducendum, ut ex facili subsequatur, & *di- *demissum
 non multum recedat. Interdum autē ab
 altera parte cutis haud omnino adducta, defor-
 mem quem reliquit locum, reddit. Huiusmodi lo-
 ci altera pars incidenda, altera intacta habenda

D 4 est.

est. Ergo neque ex imis auribus, neque ex medio naso imis venarum partibus, neque ex angulis labrorum quicquam attrahere tentabimus. Vtrinque autem petemus, si quid summis auribus, si quid imis, si quid aut medio naso, aut medius naribus, aut medius labris deerit. Quae tamen interdu etiam duobus locis curata esse consuerunt. Sed eadem ratio curandi est, si cartilago in eo quod incisum est eminet, exciderat est. Neq; enim aut glutinatur, aut acu tutò trahitur. Neque longe tamen excidi debet, ne inter duas oras liberae cutis, vtrinque coitus puris fieri possit. Tum iunctæ oræ inter se suende sunt, vtrinque cute appre hensa, & quæ priores lineæ sunt, ea quoque suturæ injiciendæ sunt. Siccis locis, ut in naribus, illata spuma argenti satis proficit. In ulteriores vero lunatasq; plaga limentum dandum est, ut caro increscens vulnus impleat, summaq; cura quod ita futum est, tuendum esse, apparere ex eo potest, quod de cancro supra posui. Ergo etiam tertio quoque die fowendum erit uapore aquæ calide, rursusq; idem medicamentum injiciendum, fereq; septimo die glutinatum est. Tum suturæ eximi, & ulcus ad sanitatem perduci debent.

De Polypi curatione per ferrum. C A P. X.

Poly pum uero, qui in naribus nascitur, præcipue ferro curari iam alias posui. Ergo etiam hunc ferramento acuto in modum spathæ facto resoluere ab osse oportet: adhibita diligenter

dia, ne infrà cartilago ledatur, in qua difficilis curatio est. Vbi abscissus est, vno ferramento extrahiendus est. Tum implicitum linamentum, vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoq; nares leniter implenda. Sanguinem suppresso, linamento vulnus purgandum est. Vbi purum est, eò pinna eodem modo, quo in aure suprà positum est, medicamento illata, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat.

De Ozæna.

C A P. X L.

ID autem vitium, quod ḥσαιρε à Græcis vocatur, si medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos Chirurgos non reperi. Credo, quia res raro ad sanitatem satis proficit, cum aliquod in ipsa curatione tormentū habeat. Apud quosdam tamen positiū est vel sutilem fistulam, vel enudem scriptorium calamii in narem esse coniūciendum, donec sursum ad os perueniat: tum per id tenue ferramentū candens dandum esse ad ipsum os, deinde adustum locū purgandum esse ærugine & melle. Vbi purus est, lycio ad sanitatem perducendū. Vel narem incidentam esse ab ima parte ad os, ut & conspicili locus possit, & facilius candens ferramentū admoueri. Tum sui narem debere, & adustū quidē ulcus eadē ratione curari. Suturam verò illini uel spuma argēti, vel alio glutinante.

De oris vitijs, quæ manu & ferro curantur.

C A P. X I I.

D S De

De Dentibus.

IN ore quoq; quedam manu curantur. *Vbi in primis dentes nonnunquam mouentur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivariis arescentium uitium. Oportet in vitrolibet candens ferramentum gingivis admoveare, ut leuiter attingat, non ut incidat. Adustra gingivæ melle illinendæ, & mulso eluende sunt. Ut pura vlera esse cœperunt, arida medicamenta infricanda sunt ex his que reprimunt. Si verò dens dolores mouet, eximiq; eum, quia medicamenta nihil adiunant, placuit, circumradi debet, ut gingiva ab eo resoluatur. Tum is concutiendus est. Eaq; facienda, donec bene moueat. Nam dens hærēs cum summo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. Idq; etiam maiore periculo in superioribus dentibus fit, quia potest tempora oculos'ue concutere. Tum si fieri potest manu, si minus, forfice, dens excipiendus est. Ac si excessus est, antè id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta verò forfex ducēda est, ne inflexis radibus os earum, cui dens inhæret, parte aliqua frangatur. Neq; ideo nullum eius rei periculum est, vtique in dentibus brevibus, qui ferè longiores radices habent. Sæpe enim forfex cum dentem comprehendere non poscit, aut frustra comprehendat, os gingivæ preliedit & frangit. Protinus autem vbi plus sanguinis profuit, scire licet,*

licet, aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa, quae recessit, & volvella protrahenda est. Si non sequitur, incidi gingiva debet, donec labans ossis testa recipiatur. Quod si fractum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut ihibere non possit. Sed imponendum calidum ex farina & fico cataplasma est, donec ibi pus moueat. Tum incidi gingiva debet. Pus quoq; multum profluens, ossis fracti nota est. Itaq; etiam tum id extrahiri conuenit. Nonnumquam etiam eo leso, fistula sit, quae eradi debet. Dens autem scaber, qua parte niger est, radens est, illinendusq; rosa flore contrito, cui gallae quarta pars, & altera myrrhae sit adiecta. Continendumq; ore crebro vinum meracū. Atq; in eo casu velandum caput, ambulatione multa, frictione capit is, cibo non acri vtendum est. At si ex ielū vel alio casu aliqui labant dentes, auro cum his qui bene haerent vinciendi sunt. Continendaq; ore reprimientia, ut vinum in quo malorum decoelum, aut in quo galla candens coniecta sit. Si quando etiam in pueris alter dens nascitur quam prior excidat, is qui cadere debuit, circum purgandus & euellendus est, is qui natus est in locum prioris quotidie digito adurgendus, donec ad iustum magnitudinem perueniat. Quotiescunq; dente exempto radix relitta est, protinus ea quoq; ad id facta forfice, quā rhi Zan Graci vocant, eximēda est. Tonsillas autem, quae post infiamationes induruerint, acutioris autem

autem à Græcis appellantur, cum sub leui tunica
sint, oportet digito circūradere & euellere: si ne
sic quidem resolumur, hamulo excipere, & scal
pello excidere, tum vlcus aceto eluere, et illinere
vulnus medicamento, quo sanguis supprimatur.

De Vua.

Vasī cum inflamatione descendit, dolori q;
est & subrubicundi coloris, præcidi sine
periculo non potest. Solet enim multum sanguinē
effundere. Itaq; melius est his vti, que alias pro
posita sunt. Si verò inflammatio quidē nulla est,
nihilominus autem ea ultra iustum modū à pi
tuita deducta est, & est tenuis, acuta, alba, præ
cidi debet. Itemq; si ima, liuida, & crassa, sum
ma, tenuis est. Neq; quicquā cōmodius est, quam
volsella prehendere, sub eaq; quod volumus ex
cidere. Neq; enim ullum periculum est, ne plus
minus'ue præcidatur, cum liceat tantum infra
volsellam relinquare, quantum inutile esse ma
nifestum est, idq; præcidere quo longior vua est,
quam esse naturaliter debet. Post curationē ea
dē facienda sunt, que in tonsillis proxime posuit.

De Lingua.

Lingua verò quibusdā cum subiecta parte à
primo natali die immota est, qui ob id ne lo
qui quidē possunt. Horum extrema lingua vol
sellā prehendenda est, sub eaq; mēbrana inciden
da, magna cura habita, ne venæ que iuxta sunt,
violentur, & profusione sanguinis noceat. Reli
qua curatio vulneris, in prioribus posita est. Et
pleriq;

pleriq; quidem ubi confanuerunt, loquuntur. Ego autem cognoui, qui succisa lingua cum abunde super dentes eam premeret, non tamen loquendi facultatem consecutus est. Adeo in medicina etiam ubi perpetuum est, quod fieri debet, non tamen perpetuum est, id quod sequi conuenit.

De Abscessu sub lingua.

SVb lingua quoq; interdum aliquid abscedit, quod ferè consistit in tunica, doloresq; magnos mouet: quod si exiguum est, incidi semel sat est: si maius, summa cutis usque ad tunicam excidenda est, deinde utrinque oræ hamulis excipiendæ, & tunica vndique circundata liberanda est: magna diligentia per omnem curationem habita, ne qua maior vena incidatur.

De Labris.

Labra autem s̄apē finduntur, eaq; res habet cum dolore etiam hanc molestiā, quod sermo prohibetur, qui subinde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has, si in summo sunt, medicamentis curare cōmodius est, que ad ulcera oris sunt. Si verò altius descendunt, necessarium est tenui ferramento aduovere, quod spathæ simile quasi transcurrere, non imprimi debet. Postea facienda eadem sunt, quæ in auribus adūstis exposita sunt.

De Cervicis vitiis, & curatione. CAP. XIII.

AT in cervice inter cutem et asperam arteriam tumor increscit, βρογχονῆας Greci vocant, qua modo caro hebes, modo humor aliquis

quis melli aquae similis includitur, interdam
 etiam minutis ossibus pili immisisti. Ex quibus
 quicquid est, quod tunica continetur, potest adu-
 rentibus medicamentis curari, quibus summa cu-
 rexedi-
 tur tis cum superieclta tunica * exeritur. Quo facta,
 siue humor est, profluit: siue quid densius, digitis
 educitur, tum ulcus sub linamentu sanescit. Sed
 scalpelli curatio brevior est. Medio tumore una
 linea inciditur usq; ad tunicā. Deinde vitiosus
 sinus ab integro corpore digito separatur, totusq;
 cum velamento suo eximitur. Tum aceto cui vel
 salē vel nitrū aliquis adiecit, eluitur, oraeq; una
 futura iunguntur, ceteraque eadē que in alijs futu-
 ris superinjiciuntur. Leniter deinde, ne fauces
 urgeat, deligatur: si quando autem tunica eximi-
 non potuerit, intus inspergenda aduretia, lina-
 mentisq; id curandi est, ceteris pus mouentibus.

De Umbilici vitiis. C A P. X I I I .

SVNT ETIĀ CIRCA UMBILICUM PLURA VITIA, DE QUI-
 BUS PROPTER RARITATEM INTER AUTORES PARVUM CON-
 STAT. VERISIMILE EST AUTEM ID A QUOQUE PRÆTERMIS-
 SUM, QUOD IPSE NON COGNOWERAT, A NULLO ID QUOD
 NON VIDERAAT, SIC ET CÖMUNE OMNIBUS EST, UMBILI-
 CUM INDECORE PROMINERE. CAUSE REQUIRUNTUR. ME-
 GES TRES H. AS POSUIT. MODO INTESTINUM EO IRRUMI-
 PERE, MODO OMENTUM, MODO HUMOREM. SOSTRATUS
 NIHIL DE OMENTO DIXIT. DUOBUS IFSDEM ADIECIT,
 CARNEM IBI INTERDUM INCRESCERE, EAMQUE MODO IN-
 TEGRAM ESSE, MODO CARECIMONIATI SIMILEM. GORGIAS
 IPSE QUOQUE OMENTI MENTIONEM OMISIT. SED EADEM
 TRIA

tria causatus, spiritum quoq; interdum eò dixit
 irrumperem. Hieron omnibus his quatuor positis,
 & omenti mentionem habuit, & eius quod si-
 mul & omentum & intestinum habuerit. Quid
 autem horum sit, his indicijs cognoscitur. Vbi in-
 testinum prolapsum est, tumor neq; durus, neq;
 mollis est, omni frigore commixtus: non solum
 sub omni calore, sed etiam retento spiritu crescit.
 Sonat interdum, atq; vbi resupinatus est aliquis
 delapso intestino ipse desidit. Vbi vero omentum
 est, cætera similia sunt, tumor mollior ab *ima ^{*vna}
 parte, latus extenuatum in ventrem est, si quis
 apprehendit, elabitur. Vbi vtrunq; est, indicia
 quoq; mista sunt, & inter vtrunq; mollities. At
 caro durior est, semperq; etiam resupinato corpo-
 re tumet, prementiq; non cedit, prioribus facile
 cedentibus. Si vitiosa est, easdem notæ habet,
 quas in carcinomate exposui. Humor autem si
 premitur, circunfluit. At spiritus pressus cedit,
 sed protinus reddit, resupinato quoq; corpore tu-
 morem in eadem figura tenet. Ex his id quod ex
 spiritu vitium est, medicinam non admittit. Ca-
 ro quoque carcinomati similis cum periculo tra-
 Etatur. Itaq; omittenda est. Sana excidi debet,
 idq; vulnus linamentis curari. Humorem quidam
 vel inciso summo tumore effundunt, & vulnus
 iisdem linamentis curant. In reliquis varijs sen-
 tentijs sunt. Ac resupinandum quidem corpus effo-
 res ipsa testatur, ut in uterum siue intestinum,
 siue omentum est, delabatur. Sinus vero umbi-
 licis

licet tum vacuus à quibusdā duabus regulis exce-
 ptus est, vellementerq; earum capitibus deliga-
 * id vitium tis, ibi emoritur. A' quibusdam* ad imum acu-
 traieclatur, duo lina ducente, deinde utriusq; li-
 ni duobus capitibus diuersae partes astringuntur.
 Quod in vna quoq; oculi fit. Nam sic id quod su-
 pra vinculum est, moritur. Adiecerunt quidā,
 vt antequam vincirent, summum una linea in-
 cideret, exciderentq; quo facilius digito, demis-
 so, quod illuc irrupisset, depellerent, tum deinde
 uinxerunt. Sed abunde est, iubere spiritū cōtine-
 re, vt tumor quātus maximus esse potest, se ostendat,
 tum imam basim eius atramento notare, re-
 supinatoq; homine digitis tumorem eum preme-
 re, vt si quid delapsum non est, manu cogatur.
 Posthac vmbilicū attrahere, et quā nota atra-
 menti est, lino vellementer astringere. Deinde
 partem superiorē aut medicamentis, aut ferro
 adurere donec emoriatur, atque vt cetera vsta
 vlcus nutritre. Idq; non solum vbi intestinū vel
 omentū uel utrūq; est, sed etiam vbi humor est,
 optime proficit. Sed antē quedam visenda sunt,
 ne quod ex vinculo periculum sit. Nam curatio-
 ni neq; infans, neq; aut robustus anni, aut senex
 aptus est, sed à septimo ferè anno ad quartum-
 decimum. Deinde ei corpus idoneū est id, quod
 integrum est. At quod mali habitus est, quodq;
 papulas, impetigines, similiaq; habet, idoneum
 non est. Leuibus quoq; tumoribus facile subue-
 nitur. At in eorum, qui nimis magni sunt, cura-
 tione

tione periculum est. Tempus autem anni est au-
tumnale, et hybernum ritandum est. Ver idoneiss
maxime est. Ac prima astas non aliena est.
Prater haec abstinere pridie debet. neq; id satis
est. Sed aliis quoq; ei ducenda est, quo facilius
omnia que excesserunt, intra alium confundant.

Quomodo aqua hydropticis emittatur.

C A P. X V.

Aquam his qui hydropticci sunt emitte oportere alias dixi. Nunc quemadmodum id fiat, dicendum. Quidam autem sub umbilico fere quatuor interpositis digitis à sinistra parte. Quidam ipso umbilico perforato, facere consuerunt. Quidam cute primum adusta, deinde interiore abdomen inciso, quia quod per ignem diuisum est, minus celeriter coit. Ferramentū autem demittitur, magna cura habita, ne qua vena incidatur. Id tale esse debet, ut ferè tertiae digiti partem latitudo mueronis impleteat. Demittendumq; ita est, ut membranā quoq; transeat, qua caro ab interiore parte finitur, eò tum plumbea aut anea fistula injicienda est, vel recurvatis in exteriorē partem labris, vel in media circū surgente* quo* quadam nodō, ne tota intus delabi possit, huius ea mora pars que intrā, paulò longior esse debet, quam que extrā, ut ultra ulteriorem membranā procedat. Per hanc effundendus humor est. Atque ubi maior pars eius evocata est, cludenda demissō linteolo fistula est, & in vulnere, si id usum non est, relinquenda. Deinde per insequentes dies

II

circa

circa singulas heminas emittendū, donec nullum aque vestigium appareat. Quidā tamen etiā non r̄sta eute protinus fistulā recipiūt, & super vulnus spongia expressam deligāt. Deinde, postero die rursus fistulā demittunt, quod recens vulnus paulū diductū patitur, ut si quid humoris superst̄ est, emittatur. Idq; bis ita fecisse contenti sunt.

De intestinorum vulneratorum cura-
tionibus.

C A P . X V I .

Nonnumquā autem venter iclu aliquo perforatur, sequiturq; vt intestina euoluantur. Quod ubi incidit, protinus considerandū est, an integra eas sint, deinde an his color suis mate- neat. Si tenuius intestinum perforatū est, nihil profici posse iam retuli. Latius intestinū sui po- test, non quod certa fiducia sit, sed quod dubia spes certa desperatione sit potior. Interdū enim glutinatur. Tum si virilibet intestinum luisidum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoq; necessario accedit, vt sensu careat, medicina o- mnis inanis est. Si verò adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est. Mo- mento enim alienātur externo & insueto spiritu circundata Resupinandus autem homo est coxis erectioribus. Et si angustius vulnus est, quam vt intestina commode refundantur, incidentum est donec satis pateat. Ac si iam sicciora intestina sunt, perlunga aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adiectum. Tum minister oras vulneris leniter diducere manibus suis, veletiam duobus hanis

hamis membrane interiori inieclis debet, medius priora semper intestina que posteriora prolapsa sunt, condere, sic ut orbium singulorum locum seruet. Repositis omnibus, leniter homo contiendus est. Quo fit, ut per se singula intestina in suas sedes diducatur, & inibi concidant. His conditis omentum quoq; considerandum est, ex quo si quid iam nigri & emortui est, forfice excidi debet. Si quid integrum est, leuiter super intestina diduci: sutura autem neq; summae cutis, neque interioris membrane per se satis proficit, sed utriusq;. Et quidem duobus liniis vincienda est spissior, quam alibi: quia rumpi & facilius motu ventris potest, & non aequè magnis inflammationibus pars ea exposita est. Igitur in duabus acubus fila traiienda, eaq; duabus manibus tenenda, et prius interiori membrane sutura injicienda est, sic ut sinistra manus in dextiore ora, dextra in sinistriore à principio vulneris orsa, ab interiori parte in exteriorem acum immittat. Quo fit, ut ab intestinis ea pars semper acum longè sit, que retusa est. Semel utraque parte traeclta permutande acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, que fuit in sinistra, ea veniat in sinistram, quam dextra continuit. Iterumq; eodem modo per oras immittendae sunt. Atq; ita tertio & quarto, deincepsq; permutatis inter manus acubus includenda plaga. Posthac eadem fila, eademq; acus ad cutem transferenda. Similiq; ratione ei quoq; parti utraque futura

22 injic

injcienda, semper ab interiore parte acubus vénientibus, semper inter manus traeclis. Dein glutinatia injcienda. Quibus aut spongiam, aut succidā lanam ex acetō impressam accedere debere manifestius est, quātūt semper dicendū fit. Impositis his leuiter diligari venter debet.

De Interiore parte abdominis rupta, & qua ratione curanda sit.

C A P. X V I L

Infernum tamen vel ex icthū aliquo, vel reten-
to diutius spiritu, vel sub grani fascē interior
abdominis membrana superiore cute integra,
rumpitur. Quod fæminis quoque ex vtero sape
euenire consuevit, fitq; præcipue circa ilia, sequi-
tur autem cum superior caro mollis sit, vt non
satis intestina contineat, hisq; intenta cutis in-
decorè intumescat. Atq; id quoq; aliter ab alijs
curatur. Quidam enim per aciem duobus linis ad
imam basim immis̄is, sic utrinque deuinciant,
quemadmodum & in umbilico, & in vua po-
situm est, vt quicquid super vinculum est, emor-
riatur: quidam medium tumorem excidunt, ad si-
militudinem myrtacei folij, quod semper eodem
modo seruandū esse iam posui, & tum oras sutu-
ra iungunt. Commodissimum est autem resupi-
nato corpore, experiri manu, qua parte is tumor
maxime cedat, quia necesse est ea parte rupta
membrana sit, quaq; integra est, ea magis obni-
tatur, tum qua rupta videbitur, immittenda
duæ li- scalpello duæ tunice sunt, vt exciso medio inte-
rior membrana utrinque recentem plagam ha-
beat,

beat, quia quod *vetus* est, *sutura* non coit, *loco patefacto*. Si qua parte membrana non nouam plazam, sed veterem habet, tenuis excidenda ha-
bena est, quæ tantum ora eius exulceret. Cætera,
quæ ad *suture* reliquam curationem pertinent,
suprà comprehensa sunt.

De Varicibus ventris.

Preter hæc euenit, ut in quorundam ventri-
bus varices sint, quarum quia nulla alia cu-
ratio est, quam quæ in cruribus esse consuevit, tum
eam partem explanaturus, hanc quoq; eò differo.

De Testiculorum natura, & morbis eorum.

C A P. XVIII.

Venio autem ad ea, quæ in naturalibus par-
tibus circa testiculos oriri solent, quæ quo
facilius explicē, prius ipsius loci natura paucis
proponenda est. Igitur testiculi simile quiddam
medullis habent. Nam sanguinē non emittunt, &
omni sensu carent. Dolent autem inictibus & in-
flammationibus tunicae, quibus hi continentur.
Depedēt vero ab inguinalib. persingulos nervos,
quos nomenstūgæs Græci nominat, cum quorum
utroq; binæ descendunt & venæ & arteriæ. Hæ
autem tunica conteguntur tenui, nervosa, sine
sanguine, alba, quæ ἐγυροειδὺς à Græcis nomi- *ἐλαφρὸν
natur: super eam valentior tunica est, quæ in-
teriori vehementer ima parte inhæret, Darton
Græci vocat. Ita deinde membranule venas
& arterias, eosq; nervos comprehendunt. Atq;
inter duas quoque tunicas superioribus parti-

E 3 bus

bus leues, paruuliq; sunt. Hactenus propria v-
triq; testiculo & velamenta & auxilia sunt.
Comus deinde utriq;, omnibusq; interioribus
sunt, qui iam cōspicitur à nobis, στοχεὸν Gra-
cetum, scrotum nostri vocant, isq; ab ima parte me-
dijs tunicis leuiter immexus est, à superiore tan-
tum circundatus est. Sub hoc igitur plura vitia
esse consuerunt. Que modo ruptus tunica, qui usab
inguinibus incipere proposui, modo his integris
fiunt. Siquidem interdum vel ex morbo primum
inflammatur, deinde postea pendere abrumpit-
tur, vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tuni-
ca, que diducere ab inferioribus partibus in-
ferna debuit, tū pondere eò deuoluitur, aut omen-
tum, aut etiam intestinum. Atq; ibi reperta via,
paulatim ab inguinibus in inferiores quoq; par-
tes* demissum, subinde neruosas tunicas, & ob
id eius rei patientes diducit, ἡτρόουλην &
ἐπιπλούλην Greci vocant, apud nos indecorū,
sed commune his Herniae nomen est. Deinde, si
descendit omentum, nunquam in scroto tumor
tollitur, sine inedia fuit, sine corpus hoc illuc're
conuersum, aut aliquo modo collocatum. Itemq;,
si retentus est spiritus, nō magnopere increscit,
tactu vero unequalis est, & mollis, & lubricus.
*Humor At si intestinum quoq; descendit, *tumor is sine
his inflammatione modo minuitur, modo increscit.
Estq; ferè sine dolore, & cum conquiescit ali-
quis, aut iacet, interdū ex toto desidit, interdum
sic diuiditur, vt in scroto exiguae reliquie ma-
neant.

neant. At si clamore & satietate, & si sub aliquo pondere *is homo nixus est*, crescit, frigore omni contrahitur, calore diffunditur. Estq; tum scrotum & rotundum, & tactu leue, idq; quod subest, lubricum est: si pressum est, ad inguen revertitur, dimissumq; iterum cum quodam quasi murmure deuoluitur. Et id quidē in leuioribus malis euenit. Nonnunquam autem stercore accepto vastius tumet, retroq; compelli non potest: adfert tum dolorem & scroto, & inguinibus, et abdomini: nonnunquam stomachus quoq; affectus, primum ruffam bilem per os reddit, dein de viridem, quibusdam etiam nigrā. Integrī vero membranis interdum eam partem humor distingit. Atq; eius quoq; species duæ sunt. Nam vel inter tunicas *is increscit*, vel in membranis, quae ibi circa venas et arterias sunt, ubi haec grauatae occaluerunt. Ac ne ei quidem humor, qui inter tunicas *est*, una sedes *est*. Nam modo inter summam & medium, modo inter medium & imam consistit. Graeci communī nomine quicquid *est*, *vðgeonánu* appellant: nostri ut scilicet nullis discriminib⁹ satis cognitis, hoc quoq; sub eodem nomine, quo priora habent. Signa autem quedam communia sunt, quedam propria. Communia, quibus humor deprehenditur. Propria, quibus locis humor subesse dicimus: si tumor *est*, nunquam ex toto se remutens, sed interdum leuior, aut propter famen, aut propter febriculam, maximeq; in pueris, isq; moris *est*, si

non nimius humor subest. At si is vehementer
increuit, renititur sic, ut uter repletus, et arte
astricatus. Venae quoque in scroto inflantur, et si
digito pressimus, cedit humor, circunfluensque id
quod non premitur, attollit, et tanquam in vi-
tro cornu vere per scrotum apparet, isque (quantum
in ipso est) sine dolore est. Sedes autem eius sic
deprehenditur: Si inter summam medianaque tuni-
cam est, cum digitis duobus pressimus, paula-
tim humor inter eos reuertitur subit, scrotum ipsum
albidius est. Si ducitur, aut nihil, aut parvulus
intenditur, testiculus ea parte neque visu, neque ta-
ctu sentitur. At si sub media tunica est, intetum
scrotum magis se attollit, adeo, ut superior coles
sub tumore eo delitescat. Praeter haec aequa integris tunicis ramex innascitur niger onusque Gre-
ci appellant, cum venae intumescent. Haec quoque
intorta conglomerataeque ad superiorem partem,
vel ipsum scrotum implent, vel medium tuni-
cam, vel imam. Interdum etiam sub ima tunica
circa ipsum testiculum neruumque eius increscunt.
Ex his etiam que in ipso scroto sunt, oculis patent:
haec vero quae mediae imae ve tunicae insident, ut
magis conditae, non etiam quidem cernuntur, sed
tamen etiam visu subiectae sunt, praeterquam
quod et tumoris aliquid est, pro venarum ma-
gnitudine et modo: et id prementi magis re-
nititur, ac per ipsos venarum toros inaequale est:
et qua parte id est, testiculus magis iusto de-
pendet. Cum vero etiam super ipsum testiculum
neruumque

neruumq; eius, id malum increuit, aliquato longius testiculus ipse descendit, minorq; altero fit, utpote alimento amissio. Raro, sed aliquando caro quoque inter tunica. is increscit, σαρκωνήλην
Græci vocant. Interdum etiam ex inflammatio-
ne tumet ipse testiculus, ac febres quoq; adfert,
et nisi celeriter ea inflammatio conquieuit, do-
lor ad inguina atq; illa peruenit, partesq; haec in-
tumescunt: neruus ex quo testiculus dependet,
plenior fit, simulq; indurescit: super hac inguen
quoq; non minquam varices implet, βεβαιο-
νήλην appellant.

De testiculorum curationibus communibus, &
primò de incisione & curatione inguinis,
vel scroti.

C A P. XIX.

His cognitis, de curatione dicendum est, in
qua quædam communia omnium sunt, quæ-
dam propria singulorum. Prius de communibus
dicam. Loquar autem nunc de his, que scalpel-
lum desiderant. Nam quæ vel sanari nō possint,
vel aliter nutririri debeant, dicendum erit, simul
ad species singulas venero. Inciditur autem in-
terdum inguen, interdum scrotum. In viraq; cu-
ratione, homo ante tridum bibere aquam, pri-
die abstinere etiam à cibo deberet, ipso autem die
collocari supinus: deinde si inguen incidendum
est, idq; iam pube contegitur, antè radendum
est, et tum extento scroto, ut cutis inguinis in-
tentata sit, id incidendum sub tmo ventre, qua cum
abdomine tunicae inferiores committuntur. Ape-
riendum

B S riendum

viendum autem audacter est, donec summa tunica, que ipsius scroti est, incidatur, perueniateturq; ad eam, qua media est plaga facta. Foramen deorsum versus subest. In id demittendus est sinistre manus digitus index, ut diductis interuenientibus membranulis simul laxet. Minister autem sinistra manu comprehenso scroto, sursum versus eum debet extendere, & quam maximè ab inguinibus abducere: primum cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas, que super medianam tunicam sunt, si digito deducere non potest, scalpello absindat. Deinde sine eo, ut is delapsus ipsi plague iungatur, digitoq; inde promatur, & super ventrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde si qua vitiosa sunt, circuncidenda sunt. In quibus cum multe vene discurrant, tenuiores quidem præcidi protinus possunt: maiores vero antè longiore lino diligandæ sunt, ne periculo sanguinem fundat. Si media tunica vexata erit, aut sub ea malum increuerit, excidenda erit, sic, ut alte ad ipsum inguen præcidatur. Infra tamen non tota demenda est. Nam quod ad basim testiculi vehementer cum ima tunica connexum est, excidi sine summo periculo non potest. Itaq; ibi relinquendum est. Idem in ima quoq; tunica, si lesa est, faciendum est. Sed non à summa inguinis plaga, verum infra paulum ea abscedenda, ne lesa abdominis membra inflammationes moueat. Neq; tamen nimium ex ea sursum relinquendum est,

ne post

ne postea simetur, et sedem eidem malo pre-
stet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagam,
cum venis et arterijs, et neruo suo leuiter de-
mittendus est, videlicumq; ne sanguis in scrotum
descendat, ne re concretus aliquo loco maneat.
Quae ita fient, si venis vinciendo medicus pro-
spexerit: lina quibus capita earum continebun-
tur, extra plagam dependere debebunt, que pure
orto sine ullo dolore excident. Ipsi autem plaga-
e injicienda due fibulae sunt, et insuper medica-
mentum quo glutinentur. Solet interdum ab al-
tera ora necessarium esse aliquid excidi, ut ci-
catrix maior et latior fiat. Quod ubi incidit,
linamenta super non fulcienda, sed leuiter tantu-
m ponenda sunt, supraq; ea que inflammationem
repellant, id est, ex aceto vellana succida vel
spongia. Cetera eadem que ubi pus moueri de-
bet, adhibenda sunt. At cum infra incidi oportet,
resupinato homine subiicienda sub scroto si-
nistra manus est, deinde id vehementer appre-
hendendum, et incidendum. Si parvulum est quod
nocet, modice, ut tertia pars integra ad sustinendu-
m testiculum infra relinquatur. Si maius est,
etiam amplius, ut paulum tantummodo ad ini-
ciendi testiculus insidere possit, integrum maneat.
Sed primo reclus scalpellus, quamleuisima ma-
nu teneri debet, donec scrotum ipsum diducat.
Tum iuclinandus nucro est, ut transuersa mem-
brana fecet, que inter summan mediamq; tuni-
cam sint. At si vitium in proximo est, medianam
tunicam

tunicam attingi non oportet. Si sub illa quoque eonditur, etiam illa incidenda est, sic ut tertia quoq; si illa vitium tegit. Vbicūq; repertum malū est, ministru ab inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet, medicum digito, manubriolo, vel scalpello diductam inferiorem partem tunicae extra collocare: deinde eam ferramento, quod ad similitudinem curuum vocant, incidere, sic ut in eandē intrare duo digitus, index & medius possint. His deinde coniectis, excipienda reliqua pars tunicae, & inter digitos scalpellus immittendus est, eximedumq; aut effundendum quicquid est noxium. Quancūq; autem tunicam quis violauit, illam quoq; debet excidere, ac medium quidem (ut suprà dixi) quam altissime ab inguine, imam autem paulo infra. Ceterum antequam excidantur, haec quoq; vinciri lino summe debent, & eius lini capita extra plagam relinquenda sunt, sicut in alijs quoq; venis, que id requisierint. Eo facto testiculus intus reponendus est, ora eq; scroti suturis inter se committen-
de, neq; paucis, ne parum glutinentur, et longior fiat curatio, neq; multis, ne inflammationem augent. Atq; hic quoq; videndum est, ne quid in scroto sanguinis maneat. Tum imponenda glutinantia sunt. Si quando autem in scrotum sanguis defluxit, aliquid're concretum ex eo decidit, incidi subter id debet, purgatoq; eo spongia acri aceto madens circundari. Deligatur autem vulnus omne, quod ex his causis factum est. Si dolor

dolor nullus est, quinq; primis diebus non est resoluendum, sed bis die tantum aceto irroranda lana vel spōgia. Si dolor est, tertia die resoluendum, & ubi fibulae sunt, hæ incidunt, ubi linamentum, id mutandum est: rosaq; & vino manifestaciendum id, quod imponitur. Si inflammatio increvit, adijciendum prioribus cataplasma ex lenticula et melle, vel ex malicorio, quod in austero vino coctum sit, vel ex his mistis. Si sub his inflammatio non conqueritur, post diem quintum multa calida aqua vulnus fouendum, donec serotum ipsum & extenuetur, & rugosius fiat. Tum imponendum cataplisma ex triticea farina, cui resina pinea adiecta sit. Quæ ipsa si robustus curatur, ex aceto: si tener, ex melle coquenda sunt. Neq; dubium est, quodcūq; initium fuit, si magna inflammatio est, quin ea, quæ pus mouent, imponenda sint. Quod si pus in ipso serotum est, paulum id incidi debet, ut exitus detur. Linamentumq; catenæ imponendum est, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter nervos priore cataplasmate, dein cerato utendum est. Hæc proprie ad eiusmodi vulnera pertinent. Cetera & in curatione, & in uictus similia his esse debent, quæ in alio quoq; vulnerum genere præcepimus.

De Intestini curatione.

C A P. XX.

His propositis ad singulas species venientium est, ac si cui paruulo puerò intestinum descendens ante scalpellum experienda iunctura est,

est. Fascia eius rei causa fit, cui in loco pila as-
suta est ex panniculis facta, que ad repellendum
intestinum ipsi illi subiicitur, deinde reliqua fa-
sciae pars arcte circundatur, sub quo sepe & in-
tus compellitur intestinum, & inter se tunicae
glutinantur. Rursus si et is processit, multumq;
intestini descendisse ex tumore magno patet, ad-
iungunturq; dolor & vomitus, quae ex stercore,
& ex cruditate eò delapso ferè accident, scal-
pellum ad liberi sine pernicie non posse manife-
stum est. Leuandum tantummodo malum, &
per alias curationes extrahiendum est. Sanguis
mitti ex brachio debet, deinde, si vires patium-
tur, imperanda tridui abstinentia est: si minus,
certe pro vi corporis quam longissime. Eodē verò
tempore super habendum cataplasma ex lini se-
mine, quod ante aliquis ex mulso decoxerit. Post
hac & farina hordeacea cum resina injicienda,
& is demittendus in solium aquæ calidæ, cui o-
leum quoq; adiectum sit, dandumq; aliquid cibi
lenis calidi. Quidam etiam aluum ducunt. Id dis-
cere aliquid in scrotum potest, educere ex eo no
potest. Per ea verò, quæ suprà scripta sunt, leua-
to malo, si quando alias dolor reuerterit, eadem
erunt fructuosa. Sime dolore quoq; si multa inte-
stina prolapsa sunt, secari superuacuum est, non
quod excludat scroto non possunt, nisi tamen id
inflammatio prohibuit, sed quod repulsa inguini-
bus immorenur, ibi q; tumorem excitent, atque
ita fiat mali non finis, sed mutatio. At in eo quæ
scalpello

scalpello curari oportebit, simulatq; ad medium tunicam vulnus in inguine factum peruererit, duobus hamulis ea iuxta ipsas oras apprehendi debebit, dum eductis omnibus membranulis medicus eam liberat. Neq; enim cum periculo lreditur, que excidenda est, cum intestinum esse nisi sub ea non possit. Vbi deducta autem erit, ab inguine vsq; ad testiculum incidi debebit, sic, ne ipse ledoratur, tum excidi. Ferè tamen hanc curationem puerilis aetatis, & modicum malum recipit. Si vir robustus est, maiusq; id vitium est, extrahi testiculus non debet, sed in sua sede permanere. Id hoc modo fit. Inguen eadem ratione vsq; ad medium tunicam scalpello aperitur, eaq; tunica eodem modo duobus hamis excipitur, sic ut à ministro testiculus extensus contineatur, ne per vulnus exeat: tū ea tunica deorsum versus scalpello inciditur, sub eaq; index digitus sinistram manus ad imum testiculum demittitur, eumq; ad plagam cōpellit. Deinde dextre manus duo digiti pollex atq; index, venam & arteriam & neruum, tunicamq; eorum à superiore tunica diducunt. Quod si aliquæ membranulae prohibent, scalpello resoluuntur, donec ante oculos tota iam tunica sit. Excisis que excidenda sunt, repositoq; testiculo, ab ora quoq; eius vulneris, quod in inguine est: demenda habemila paulò latior est, quo maior plaga sit, & plus creare carnis possit.

De

AT si omentum descendit, eodē quidem modo, quo suprà scriptum est, aperiendum inguen, diducendaeq; tunicae sunt. Cōsiderandum autē est, maior'ne is modus, an exiguis sit. Nam quod parvulum est, super inguen in alium vel digito vel auerso specillo repellendum est. Si plus est, sūnere oportet dependere, quantum ex utero prolapsum est, idq; adurentibus medicamentis illinere, donec emoriatur & excedat. Quidam hic quoq; duo līna acu trājciunt, binisq; singulorū capitib⁹ diuersas partes astringunt. Sub quo aequē, sed tardius emoriatur. Adūcitur tamen hic quoq; celeritati, si omentum super vīnum illinitur medicamentis que sic exedunt,

ΘΗΒΑΙ. ne erodant, θηβαῖ Græci vocant. Fuerunt etiā qui omentum forſice præciderent, quod in parvulo non est necessarium. Si maius est, potest profusionem sanguinis facere. Si quidem omentum quoq; venis quibusdam etiam maioribus illigatum est. Neq; verò si discusso ventre id prolapsum forſice præciditur, cum & emortuum sit, ex aliter tutius auelli nō possit, inde luc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari, si relictum omentum est, futura debet. Si id amplius fuit, & extrā emortuum est, excisis oris, sicut suprà propositum est. Si verò humor intus est, incidendum est, in pueris quidem inguen, nisi in his quoq; liquoris eius maior modus prohibetur; in viris vero & ybicunq; multus humor subest.

subest, scrotum. Deinde si inguen incisum est, eo protractis tunicis humor effundi debet. Si scrotum, et sub hoc protinus vitium est, nihil aliud quam humor est effundendus, abscondendaeque; membranae sunt, si que eum continuerunt: deinde eluentum id ex aqua, que vel salem adiecit, vel nitrum habeat: si sub media, imame tunica, totae haec extra scrotum collocande, excidendeque; sunt.

De Ramicis curatione.

C A P . XXII.

Ramex autem, si super ipsum scrotum est, adurendus est tenibus et acutis ferramentis, que ipsis uenis infigantur, cum eo ne amplius quam hanc vrant, maximeque; ubi inter se implicatae glomerantur, eo ferrum id admouendum est, tum super farina ex aqua frigida subacta injicienda est, utendumque; eo vinculo, quod idoneum esse ani curationibus posui. Tertio die lenticula cum melle imponenda est, post eiusdem crustis ulcera melle purganda, rosa implenda, ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus uero super medium tunica uene tument, incidendum inguen est, atque tunica promouenda, ab eaque; vene digito vel manubriolo scalpelli separandae. Qua parte uero inhærebunt, et ab superiori et ab inferiore parte lino vincienda, tum sub ipsis vinculis praecidenda, reponendusque; testiculus est. At ubi supratertiam tunicam ramex infedit, medium excidi necesse est. Deinde, si due tres uene tument, et ita pars aliqua obsidetur, ut maiore vitio vacet, idem facien-

F dum

dum quod suprà scriptum est, ut ab inguine & à testiculo deligatæ venæ præcidantur, isq; condatur. Sin totum id ramex obsederit, per plagan demittendus digitus index erit, subiugendusq; venis, sic ut paulatim protractat eque adducendo, donec is testiculus par alteri fiat. Tum fibulae oris sic vinciendæ, ut simul eas quoq; venas comprehendant. Id hoc modo fit: Acus ab exteriore parte oram vulneris perforat. Tum non per ipsam venam, sed per membranam eius immittitur, per eamq; in alteram oram compellitur. Venæ vulnerari non debent, ne sanguinem fundant. Membrana semper inter has venas est, ac neque periculum affert, & filo comprehensas illas abunde tenet. Itaque etiam satis est, duas fibulas esse: tum venæ quaecumq; protractæ sunt in ipsum inguen, aduerso specillo comprehendi debent: soluendi fibulas tempus inflammatione finita & purgato vulnere est, *ut una simul & oras & venas cicatrix deuinciat. Vbi verò inter imam tunicam & ipsum testiculum nervumq; eius ramex ortus est, una curatio est, que totum testiculum abscedit. Nam neq; ad generationem quicquam is confert, & omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum, media tunica promenda, atque excidenda est, idem in ima faciendum, nervusq; ex quo testiculus dependet, præcidendus. Post id venæ & arteriæ ad inguen lino deligandæ, & infra uinculum abscedendas

dendæ sunt.

De Carne quæ inter tunicas testiculorum concreuit, & de neruo indorato. C A P. XXIIIL

Caro quoq; si quando inter tunicas concreuit, nihil dubij est, quin eximenda sit, sed id ipso scroto inciso fieri comodius est. At si nervus induruit, curari res neq; manu neq; medicamento potest. Vrgent enim febres ardentes, & aut virides aut nigri vomitus: præter hæc ingens sitis, & linguae aspritudo, fereq; à die tertio spumæ bilis alio cum rosione redditur. Atq; neq; assumi facile cibus, neq; cōtineri potest, neq; multo post extreme partes frigescunt, tremor oritur, manus sine ratione extenduntur, deinde in fronte frigidus sudor, eumq; mors sequitur.

De Ramice inguinis. C A P. XXIIIL

Vbi verò in ipso inguine ramex est, si tumor modicus est, semel incidi: si maior duabus lineis debet, ut medium excidatur: deinde non extra clo testiculo, sicut intestinis quoq; prolapsis interdum fieri docui, colligende vene viniciendæq; ubi tunicis inhærebunt, & sub his nodis præcidende sunt. Neq; quicquam noni curationis vulneris eius requirit.

Ad tegendam glandem colis, si nuda est.

C A P. XXV.

Ab his ad ea transendum est, quæ in cole ipso fiunt, in quo si glans nuda est, vultq; aliquis eam decoris caussa tegere, fieri potest, sed

y 2 exped

expeditius in puerò quam in viro. In eo cui id naturale est, quam in eo, qui quarundam gentium more circcisus est. In eo cui glans parua iuxtaq; eam cutis, spatiösior uero ipse coles est, quam in quo contraria his sunt. Curatio autem eorum, quibus id naturale est, eiusmodi est: Cutis circa glandem apprehenditur et extenditur, donec illam ipsam condat, ibiq; deligatur. Deinde iuxta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur, magnaq; cura cauetur ne vel urinæ iter, vel venæ, que ibi sunt, incidentur. Eo facto cutis ad vinculum inclinatur, nudaturq; circa pubem velut circulus, eoq; linamēta dantur, ut caro increscat et id impleat, satisq; velamentis super latitudo plaga præstat. Sed donec cicatrix sit, vinculum esse id debet, in medio tantum relieto ex quo urinæ itinere. At in eo qui circuncisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. Non ita dolet, quia summo soluto, deduci deorsum usque ad pubem manu potest. Neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem. Tum multa frigida aqua fouetur, emplastrumq; circa datur, quod valentem inflammationem reprimat, proximisq; diebus ut propè à fame uictus est, ne forte eam partem satietas excitet. Vbi iam sine inflammatione est, deligari debet à pube usq; circulum. Super glandem autem aduerso emplastro imposito induci. Sic enim sit, ut inferior pars glutinetur, superior ita sa- nescat,

nescat, ne inhæreat.

Quomodo glans penis coniecta aperiri possit.

Contrà si glans ita coniecta est, ut nudari non possit, quod vitium Græci φύμωσις appellant, aperienda est. *Quod hoc modo fit: Subter à summa ora cutis inciditur recta linea usq; ad frenum, atque ita superius tergus relaxatum cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiem tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est, sic ut vertex eius ad frenum basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, aliaq; medicamenta que ad sanitatem perducant. Necessarium autem est donec cicatrix sit conquiescere. Nam ambulatio atterendo ulcus sordidum reddit.*

Infibulandi ratio.

Infibulare quoq; adolescentulos interdum uocis, interdum valetudinis caussa quidam consuerunt. *Eiusq; hæc ratio est. Cutis quæ super glandem est extenditur, notaturq; utrinq; à lateribus atramento quæ perforatur, deinde remittitur. Si super glandem notæ reuertuntur, nimis apprehensum est, & ultrà notari debet. Si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulae est. Tum quæ notæ sunt, cutis acu filum ducente transficiuntur, eiusq; fili capita inter se deligantur, quotidieq; id mouetur, donec circa foramina cicatriculae fiant. Vbi hæc confirmatae, exempto filo fibula additur, quæ quo melior, eo leuior est. Sed*

F 3 hoc

hoc quidem sapienter inter superuacua, quam inter necessaria est.

De vrinæ reddendæ difficultate, & de Calculo,
rationibusq; eorum. CAP. XXVI.

Res vero interdū cogit emoliri manu vrinam, cum illa non redditur, aut quia sene-
tute iter eius collapsum est, aut quia calculus,
vel concretum aliquid ex sanguine intus se op-
posuit. At mediocris quoque inflamatio sāpe
eam redi naturaliter prohibet. Idq; non in vi-
ris tantummodo, sed in fæminis quoque interdum
necessarium est. Ergo aeneæ fistulæ sunt, quæ ut
omni corpori ampliori minoriq; sufficiat, ad ma-
res tres, ad fæminas due medico habende sunt.
Ex virilibus maxima decem & quinq; est digi-
torum : media, duodecim : minima, nouem. Ex
muliebris, maior nouē : minor, sex. Incurvus
vero esse eas paulum, sed magis viriles oportet,
leuesq; admodum : ac neq; nimis plenas, neq; ni-
mis tenues. Homo tum resupinus, eo modo quo in
curatione ani figuratur, super subsellium aut le-
chum collocandus est. Medicus autem à dextro
latere finis tra quidem manu colem masculi con-
tinere, dextra vero fistulam demittere in iter
vrinæ debet. Atq; ubi ad ceruicem vesicæ ven-
tum est, simul cum cole fistulam inclinatam in
ipsam vesicam compellere, eamq; vrina redditæ
recipere. Fæmina breuis vrinæ similiter &
rectius iter habet, quod mammule simile inter
imas oras super naturale positū, non minus sape
auxil

auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exigit. Nonnumquam etiam prolapsus in ipsam fistulam calculus, qui subinde ea extenuatur, non longe ab exitu inhærescit. Eum si fieri potest, oportet vellere, vel oriculario specillo, vel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quamplurimum attrahēda, & condita glande lino vincienda est, deinde à latere recta plaga coles incidendus, & calculus eximendus est, tum cutis remittenda. Sic enim fit, ut incisum colem integrā pars cutis contegat, & urina naturaliter profluat.

Quæ curatio calculosis adhibeatur.

CVM vesicæ rērō calculiq; facta mentio sit, locus ipse exigere videtur, ut subijcam, quæ curatio calculosis, cum aliter succurri non potest, adhibeatur. Ad quam festinare, cum præcepit sit, nullo modo conuenit: ac neq; omni tempore, neq; in omni etate, neque in omni vitio id experiendū est, sed solo vere, in eo corpore, quod iam nouem annos, nondum quatuordecim excessit, & si tantum mali subest, ut neq; medicamentis vinci possit, neq; etiam trahi posse videatur, quo minus interposito aliquo spatio interimiat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat, sed quo sepius utiq; in hoc fallat, in quo plura & genera & tēpora periculi sunt. Quæ simul cum ipsa curatione proponam. Igitur ubi ultima experiri statu*re* est, antè aliquot diebus viētu corpus preparandum est, ut modi-

cos, ut salubres cibos, ut minime glutinosos assu-
 mat, ut aquam bibat. Ambulandi verò inter
 hæc exercitatiōne vñatur, quo magis calculus ad
 vesicæ ceruicem descendat. Quod an inciderit,
 digitis quoque, sicut in curatione docebo, demis-
 sis cognoscitur. Vbi eius rei fides est, pridie is
 puer in ieiunio continendus est, & tum loco ca-
 lido curatio adhibenda, quæ hoc modo ordinatur:
 Homo præualens & peritus in sedili alto consi-
 dit, supinumq; eum & aduersum super genua
 sua coxis eius collocatis comprehendit, reducitisq;
 eius cruribus, ipsum quoque iubet manibus ad
 suos poplites datis eos quam maxime possit at-
 trahere, simulq; ipse sic eos continent. Quod si ro-
 bustius corpus eius est qui curatur, duobus se-
 dilibus iunctis duo valentes insidunt, quo & se-
 dilia & interiora crura inter se deligantur, ne
 diduci possint. Tum is super duorum genua eo-
 dem modo collocatur, atque alter prout consedit
 sinistrum crus eius, alter dextrum, simulq; ipse
 poplites suos attrahit. Siue autem unus, siue duo
 continent, super humeros ciui suis pectoribus in-
 cumbunt. Ex quibus euenit, ut inter ilia sinus
 super pubem sine vllis rugis sit extensus, & in
 angustum compulsa vesica, facilius calculus ca-
 pi possit. Præter hæc etiamnum à lateribus duo
 valentes obiciuntur, qui circumstantes leuare
 vel unum vel duos, qui puerum continent, non
 sinunt. Medicus deinde diligenter vnguibus
 circumcisit, atque sinistra manu duos eius digi-
 tos,

tos, indicem et medium, leniter prius unum, deinde alterum in anum eius demittit, dextraq; digitos super imum abdomen leniter imponit, ne si utrinq; digiti circa calculum vehementer concurrerint, vesicam ledant. Neq; verò festinanter in hac re, vt in plerisq;, agendum est, sed ita, vt quam maxime id tutò fiat. Nam lesa vesica nerorum distinctiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa ceruicem queritur calculus. Ibi repertus minore negotio expellitur. Et ideo dixi, ne curandum quidem, nisi cum hoc indicij suis cognitum est. Si verò aut ibi non fuit, aut recessit retro, digiti ad ultimam vesicam dantur, paulatimq; dextra quoque manus eius ultra translatas subsequitur. Atque ubi repertus est calculus, qui necesse est in manus incidat, eo curiosius deducitur, quo minor leviorq; est, ne effugiat, id est, ne saepius agitanda vesica sit. Ergo ultra calculum dextra semper manus eius opponitur, sinistre digiti deorsum eum compellunt, donec ad ceruicem peruenitur. In quam si oblongus est, sic compellendus est, vt pronus exeat: si planus, sic, vt transuersus sit: si quadratus, vt duobus angulis fedeat: si altera parte plenior, sic vt prius ea, qua tenuior sit, evadat. In rotundo nihil interesse ex ipsa figura patet, nisi si levior altera parte est, vt ea antecedebat. Cum iam eò venit, vt incidi super vesicæ ceruicē iuxta anum cutis plaga lunata usq; ad ceruicem vesicæ debeat, cornibus ad coxas

F 5 Specian

spectantibus paulum, deinde ea parte quia stri-
 ctior ima plaga est, etiamnum sub cute altera
 transuersa plaga facienda est, qua cernix ape-
 riatur, donec urine iter pateat, sic ut plaga pau-
 * meatum lo maior, quam calculus sit. Nam qui * metu si-
 * xopiædæ stulae, quam illo loco* ἐφίβερος Græci vocant, pa-
 vel ἔγνωτrum patefaciunt, cum maiore eodem periculo re-
 sas
 uoluuntur, quia calculus iter, cum vi promittitur,
 facit, nisi accipit. Idq; etiam perniciosius est, si
 figura quoque calculi vel aspritudo aliquid eò
 contulit. Ex quo & sanguinis profusio, & dis-
 tentio neruorum fieri potest. Quæ si quis euasit,
 multo tamē patentiorem fistulam habiturus est,
 rupta ceruice, quam habuisset incisa. Cum vero
 patefacta est, in conspectum calculus venit, in
 cuius corpore nullum discriminem est. Ipse si exi-
 guus est, digitis ab altera parte propelli, ab alte-
 ra protrahi potest. Si maior, injiciendus à supe-
 riore ei parte runcus est, eius rei caussa factus.
 Is est ad extreum tenuis, in semicirculi speciem
 retuse latitudinis, ab exteriori parte levius qua
 corpori iungitur, ab interiori asper, quia calcu-
 lum attingit. Isq; longior potius esse debet. Nam
 brevis extrahendi vim habet. Vbi impletus est,
 in utrumque latus inclinandus est, ut appareat
 calculus, & teneatur, quia si apprehensus est,
 ille simul inclinatur. Ideoq; eo minimo opus est,
 ne cum adduci runcus cœperit, calculus intus
 effugiat, hic in oram vulneris incidat, eamq;
 conuulneret. In qua re quod periculum ejicit, iam
 supra

supra proposui. Vbi satis teneri calculum patet,
 eodem penè momento triplex motus adhibendus
 est, in utrumque latus, deinde extra, sic tamen,
 ut leniter id fiat, paulumq; primo calculus at-
 trahatur: quo factō, attollendus vincus extre-
 mus est, ut intus magis maneat, faciliusq; illum
 producat. Quod si aliquando à superiore parte
 calculus parum commode comprehendatur, à la-
 tere erit apprehendendus. Hac est simplicissi-
 ma curatio. Sed varietas rerum quasdam etium-
 num animaduersiones desiderat. Sunt enim qui-
 dam non asperi tantummodo, sed spinosi quoque
 calculi, qui per se quidem delapsi in ceruicem, si-
 ne ullo periculo eximuntur. In vesica vero non
 tuto vel hi conquiruntur, vel attrahuntur, quo-
 niam ubi illam conuulnerarunt, ex distensione
 neruorum mortem maturant: multoq; magis, si
 spina aliqua vesice inharet, eamq; cum ducere-
 tur, duplicavit. Colligitur autem eo, quod diffici-
 lius urina redditur, in ceruice calculus esse: eo
 quod cruenta destillat, illum esse spinosum, ma-
 ximeq; id sub digitis quoque expericendum est,
 neq; adhibenda manus, nisi id constitit. Ac tum
 quoq; leniter intus digitii obiciendi, ne uiolenter
 promouendo conuulnerent, tum incidendum. Multi
 hic quoq; scalpello usi sunt. Meges (quoniam is
 infirmior est, potestq; in aliqua prominentia in-
 cidere, incisoq; super illam corpore, quā cauem
 subest, non secare, sed relinquere, quod iterū in-
 cidi necesse sit) ferramentum fecit rectum, in sum-

ma

ma parte labrosum, in ima semicirculatum acutumq;. Id receptum inter duos digitos indicem ac medium super pollice imposito sic deprimebat, ut simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, incideret. Quo cum sequebatur, ut semel quantum satis esset, aperiret. Quocunque autem modo ceruix ea parte facta est, leniter extrahit, quod asperum est, debet, nulla propter festinationem vi admota.

*Signa calculorum, vel arenosorum,
vel molium.*

AT calculus arenosus, et antè manifestus est, quoniam et vrina que redditur, arenosa est: et in ipsa curatione, quoniā inter subiectos digitos neq; aequē leniter renititur, et insuper dilatatur. Item mollis calculus, et ex pluribus minutisq; sed inter se parum astriculis compositus indicatur, in se attrahens quasdam quasi squamulas. Hos omnes leniter permutatis subinde digitorum vicibus sic oportet abducere, ne vesicam laedant, ne'ue intus aliquae dissipate reliquiae maneat, quae postmodum curationi difficultatem faciat. *Quicquid autem ex his in conspectum venit, vel digitis, vel uno eximendum est. At si plures calculi sunt, singuli protrahi debent, sic tamen, ut si quis exiguis supererit, potius relinquatur. Siquidem in vesica diffcultur inuenitur, inuentusq; celeriter effugit. Ita longa inquisitione vesica laeditur, excitatq; inflammations*

tiones mortiferas, adeo ut quidam sc̄eti, cum diu fruſtraq; per digitos reſica eſſet agitata, deceſſerint. Quibus accedit etiā quād exiguus calculus, ad plagam vrina poſtea promouente, excidit. Si quando autem is maior, non videtur, niſi rupta ceruice extrahiri posſe, ſindendus eſt. Cu- ius repertor Ammonius, ob id Lithotomos co- gnominatus eſt. Id hoc modo fit. Vnus inſci- tur calculo, ſic ut facile eum concuſſum quoque teneat, ne is retro reuoluatur. Tur ferramentum adhibetur craſitudinis modicæ, prima parte te- nui, ſed retuſa, quod admotū calculum ex alte- ra parte iectum ſindit: magna cura habita, ne aut ad ipsam reſicam per ferramentum perueniat, aut calculi fractura ne quid incidat.

De Calculis foeminarum.

Hae vero curationes in foeminiſis quoq; fi- miles ſunt, de quibus tamen parum pro- prietatem dicenda ſunt. Siquidem in hiſ vbi paruulus calculus eſt, ſcalpellus ſuperuacuus eſt, quia is vrinam in ceruicem non compellit, que & breuior, quam in maribus, et laxior eſt. Ergo & per ſe ſepe excidit, & ſi in primo quod eſt anguſtius inhaeret, eodem tamen vno ſine villa noxa educitur. At in maioribus calcu- lis neceſſaria eadem curatio eſt. Sed virginis ſubjici digiti tanquam masculo: mulieri per na- turalia eius debet. Tum virginis quidem ſub ima- ſinisteriore ora. Mulieri vero inter vrinæ iter & os pubis incidentiū eſt, ſic ut viroq; loco pla- ga

ga transuersa sit: neq; terreri conuenit, si plus ex muliebri corpore sanguinis profluit.

Quæ curatio calculo euulso habenda sit.

CAlculo euulso, si valens corpus est, neque magnopere vexatum, sinere oportet sanguinem fluere, quo minor inflammatio oriatur. Atq; ingredi quoq; eum paulum non alienus est, vt excidat, si quid intus concreti sanguinis man sit. Quod si per se non destitit, rursus ne vis omnis intereat, supprimi debet. Idq; protinus in imbecillioribus ab ipsa curatione faciendum est. Siquidem vt disertione neruorum periclitatur aliquis, dum vesica eius agitatur: sic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tantus sanguinis profluat vt occidat. Quod ne incidat, desidereris debet in acre acetum, cui aliquantum salis sit adiectum. Sub quo & sanguis fere conquiescit, & astringitur vesica, ideoq; minus inflammatur. Quod si parum proficit, agglutinanda cucurbitula est & inguinibus & coxis, & super pubem. Vbi iam satis velenocatus est sanguis, vel prohibitus, resupinus collocandus est, sic vt caput humile sit, coxae paulum excitentur: ac super ulcus imponendum est duplex aut triplex linteolum, aceto madens. Deinde interpositis duabus horis in solium is aqua calidae resupinus demittendus est, sic, vt à genibus ad umbilicum aqua teneat, cetera vestimentis circumdata sint, manibus tantummodo pedibusq; nudatis, vt & nimis digeratur, & ibi diutius maneat.

maneat. Ex quo sudor multus oriri solet, qui spongia subinde facile detergendus est, finisq; eius fomenti est, donec infirmando offendat. Tum multo is oleo perungēdus, inducendusq; * hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem & coxas & inguina, & plagam ipsam contecta eodem ante se linteolo protegat, isq; subinde oleo tepido madefaciendus est, ut neq; frigus ad vesicam admittat, & ueruos leniter molliat. Qui-dam cataplasmatis calefacientibus vtuntur. Ea pax, Hesym plus pondere nocent, que vesicam vrgendo vulnus irritat, quam calore proficiunt. Ergo ne vim culum quidem ullam necessarium est. Proximo die, si spiritus difficilius redditur, si vrima non excedit, si locus circa pubem mature intumuit, scire licet in vesica sanguinem concretum remansisse. Igitur demissis eodem modo digitis leniter pertraclanda vesica est, & discutienda si qua coierunt. Quo fit, ut per vulnus postea procedant. Non alienum etiam est, oriculario clystere acetum nitro mistum per plagam in vesicā compellere. Nam sic quoq; discutuntur, si qua cruenta coierunt. Eaq; facere etiam primo die conuenit. Si timemus, ne quid intus sit, maximeq; ubi ambulando id elicere imbecillitas prohibuit, cetera eadem facienda sunt: ut demittatur in solum, ut eodem modo pauculus, eadem lana superinjiciatur. Sed neque sape, neque tandem in aqua calida puer habendus, quam adolescens est: infirmus, quam valens: leui, quam gruuiore

* Hapsus id
latinis di-
ci videtur,
Græcis
πλανυς,
quod sui-
das expo-
nit επιπτεο-

χιus
θηп. signifi-
cat autem
vel saccu-
lu, crume-
na, vel hu-
iusmodi alii
quid, aut
rectoriū,
aut vela-
men, aut
cingulum,
sacculi, aut
crumenae
modo fa-
ctum.

uiore inflammatione adfectus : is cuius corpus
 digeritur, quam is cuius astrictum est. Inter haec
 verò si somnus est, et equalis spiritus, et ma-
 dens lingua, et sitis modica, et venter imus,
 sed et mediocris est cum febre modica dolor, sci-
 re licet recte procedere curationem. Atq; in his
 inflammatio fere quinto vel septimo die finitur.
 Qua leuata, solium superuacuum est. Supini tan-
 tummodo vulnus aqua calida fouendum est, ut
 si quid urine rodet, abluitur. Imponenda autem
 medicamenta sunt pus mouentia, et si purgan-
 dum ulcus videbitur melle linendum. Id si rodet,
 rosa temperabitur. Huic curationi aptissimum
 videtur Enneapharmacum emplastrum. Nam
 et seum habet ad pus mouendum, et mel ad
 ulcus repurgandum : medulla etiam maximeq;
 vitulina, quod in id ne fistula relinquatur, prae-
 cipue proficit. Linamenta vero tum super ul-
 cus non sunt necessaria, super medicamentum ad
 id continentum, recte imponuntur. At ubi ul-
 cus purgatum est, puro linamento ad cicatricem
 perducendum est. Quibus temporibus tamen, si
 felix curatio non fuit, varia circa pericula orium
 tur. Quae praesagire protinus licet, si continua vi-
 gilia est, si spiritus difficultas, si lingua arida
 est, si sitis vehemens, si venter imus tumet, si vul-
 *transf- nus hiat, si transiliens urina id non rodit, si
 fluens similiter ante tertium diem quedam liuida ex-
 cidunt, si is aut nihil, aut tarde respondet, si ve-
 hementes dolores sunt, si post diem quintu[m] ma-
 gna

gnæ febres vrgent, & fastidium cibi permanet, sicubare in ventrem iocundius est. Nihil tamen prius est distensione nervorum, & ante nonum diem vomitu bilis. Sed cum inflammationis sit metus, succurri abstinentia, modicis & tempestiuis cibis, inter haec fomentis, de quibus supra scripsimus, oportet.

De cancro qui excisa vesica nascitur, & qua curatione uti deceat. C A P. XXVII.

Proximus cancri metus est: is cognoscitur, si & per vulnus, & per ipsum colem fluit sanies mali odoris, cumq; eo quedam à concreto sanguine non abhorrentia, tenuesq; carunculæ lanulis similes: præter hæc si ore vulneris ari-dæ sunt, si dolent inguina, si febris non defuit, eaq; in noctem augetur, si inordinati horrores accedunt. Considerandum autem est, in quam partem cancer istendat. Si ad colem, indurescit is locus, & rubet, & tactu dolorem excitat, testiculiq; intumescunt. Si in ipsam vesicam, ani dolor sequitur, coxae durescunt, non facile crura extendi possunt. At si in alterutrum latus, oculis id expositum est, paresq; utrinque easdem notas, sed minores habet. Primum autem ad rem pertinet, corpus recte iacere, vt superior pars semper eadem sit, in quam vitium fertur: ita si ad colem it, supinus is collocari debet: si ad vesicam, in ventrem: si in latus, in id quod integrus est. Deinde ubi vatum fuerit ad curatio-

G nem,

nem, honio in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum sit, aut cypressus aut myrtus, idemque humor clystere intus adiicietur. Tum super ponetur lenticula cum malicorio mixta, que utraq; ex vino decocta sint: vel rubus aut olea folia, eodem modo decocta, aliaque medicamenta, que ad cohibendos purgandosque cancri proposuimus, ex quibus, si qua erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur. Vbi stare cœperit cancer, mulso vulnus eluetur. Vitabiturque eo tempore ceratum, quod ad recipiendum id malum corpus emollit, potius plumbum elotum cum vino immungetur, superque idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perueniri ad sanitatem potest, cum eo tamen quod non ignoremus, orto Cancro sepe affici stomachum, cui cum vesica quoddam consortium est, exque eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque si quis retentus est, concoquatur, neque corpus alatur: ideoque ne vulnus quidem aut purgari, aut ali possit, que necessario mortem mutuant: sed ut his succurri nullo modo potest, sic a primo tamen diu tenenda ratio curationis est. In qua quedam obseruatio ad cibum quoque potionemque pertinens necessaria est. Nam cibus inter principia non nisi humidus dari debet. Vbi vulnus purgatum est, ex media materia olera et falsamenta semper aliena sunt. Potione opus est non modica. Nam si parum bibitur, acceditur vulnus, et vigilia urget, et vis corporis minuitur. Si plus aequo assumentur, subinde vesica impletur.

impletur, eoq; irritatur. Non nisi aquā autem bibendam esse manifestius est, quam ut subinde dicendum sit. Solet vero sub eiusmodi victu venire, ut alius non reddatur. Hæc aqua ducenda est, in qua vel fænum græcum vel malum decoctum sit. Idem humor rosa mistus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est, ubi id rodit urina, neque purgari patitur. Fere vero primo per vulnus exit hæc, deinde eo sanescere dividitur, & pars per colem descendere incipit, donec ex toto plaga claudatur, quod interdum tertio mense, interdum non ante sextum, non nunquam exacto quoq; anno fit. Neq; desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi ubi aut vehementer erupta ceruix est, aut ex cancro multe magna & caruncula, simulq; nervosa aliqua exciderunt. Sed ut vel nulla ibi fistula, vel exigua admodum relinquatur, summa cura prouidendum est.

Ergo cum iam ad cicatricem vulnus * tendit ex- * intendit tentis iacere feminibus, & cruribus oportet, nisi tamen molles, arenosi ue calculi fuerint. Sub his enim tardius vesica purgatur. Ideoq; diutius plagam patere necessarium est, & tum denum ubi iam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perduci: quod si antequam vesica purgata est, ore se glutinarunt, dolorq; & inflammatio redierunt, vulnus digitis vel aduerso specillo diudicandum est, ut torquentibus exitus detur, hisq; effusis tum diutius pura urina descendat. Tum denum que cicatricē inducant, imponenda sunt,

G 2 extend

extendiq; vt suprà docui, pedes quāmmaxime
vincit. Quod si fistula metus ex his causis, quas
proposui, subesse videbitur, quo facilius clauda-
tur ea, vel certè coangustetur, in anum quoque
danda plumbea fistula est: extensisq; cruribus,
femina taliq; inter se diligada sunt, donec qua-
lis futura est, cicatrix sit.

Si naturalia fœminarum concubitum non ad-
mittunt, quomodo curari conueniat.

C A P. XXVIII.

ET hoc quidem commune esse maribus et
fœminis potest. Proprie verò quedam ad
fœminas pertinent, vt in primis quod earū natu-
ralia nonnunquā inter se glutinatis oris, cōcubi-
tum non admittunt. Idq; interdū euenit protinus
in utero matris, interdum exulceratione in his
partibus facta, et per malam curationē his oris
sanescendo iunctis. Si ex utero est, membrana ori
vulue opposita est. Si ex ulcere, caro id reple-
uit. Oportet autem membranā duabus lineis in-
ter se transuersis incidere ad similitudinē literæ
X, magna cura habita, ne vrinæ iter violetur.
Deinde vndiq; eam membranam excidere: ac si
caro increvit, necessarium est rectalinea patefa-
cere. Tum ab ora vel volsella vel hamo apprehen-
sam, tanquam habenulā excidere: et intus im-
plicitum in longitudinē linamentum, & suzione
Gracci vocant, in aceto timelū demittere, supraq;
succidam lanam aceto madētem deligare. Tertio
die soluere ulcus, et sicut alia ulcera curare.
Cumq;

Cumq; iam ad sanitatē tendet, plumbeā fistulam medicamēto cicatricem inducente illinere, eamq;
intus dare. Supraq; idem medicamentum injice-
re, donec ad cicatricem plaga perueniat.

Qua curatione partus emortuus ex vtero ex-
cutiatur.

C A P. X X I X.

Vbi concipit autem aliqua, si iam propè ma-
turus partus intus emortuus est, neq; ex-
cidere per se potest, adhibēda curatio est, quæ nu-
merari inter difficultas potest. Nam et summā
prudentiam moderationemq; desiderat, & ma-
ximum periculum affert. Sed ante omnia vulva
natura mirabilis, cum in multis alijs, tum in hac
re quoq; facile cognoscitur. Oportet autem ante
omnia resupinā mulierem trāsuero leēlo sic col-
locare, vt feminibus eius ipsius ilia compriman-
tur. Quo fit, vt & imus venter in cōspectu me-
dici sit, & infans ad os vulue compellatur, quæ
emortuo partu id comprimit, ex interuallo verò
paulum dehiscere. Hac occasione ysus medicus,
vncte manus indicem digitum primum debet
inserere, atque ibi continere, donec iterum ad os
aperiatur, rursusq; alterum digitum demitte-
re debebit, & per easdem occasiones alios, do-
nec tota esse intus manus possit. Ad cuius rei
facultatem multum confert, & magnitudo vul-
ue, & vis nerorum eius, & corporis totius ha-
bitus, & mentis etiam robur, cum præsertim in-
tus nonnunquā etiam due manus dari debeant.

G 3 Pert

Pertinet etiam ad rem quam calidissimum esse
 *dum in- imum ventrem, & extrema corporis, neq; *cum
 flamma- inflammatione incepisse, sed recenti re protinus
 tione cœ- adhiberi medicinam. Nam si corpus iam intus-
 pisse, mult, neq; demitti manus, neq; educi infans, nisi
 ægerrime potest, sequiturq; sæpe cum vomitu
 & cum tremore mortifera neruorum distentio.
 Verū intus emortuo corpori manus iniecta, pro-
 tinus habitum eius sentit. Nam aut in caput aut
 in pedes conuersam est, aut in transuersum ia-
 cet, fere tamen sic ut vel manus eius vel pes in
 propinquo sit. Medici vero propositū est, ut eum
 *manus manu dirigat, vel in caput, vel etiam in pedes,
 si forte aliter compositus est: ac si nihil aliud est,
 manus vel pes apprehensus, corpus recilius red-
 dit: nam manus in caput, pes in pedes eum con-
 uertet. Tum si caput proximum est, demitti de-
 bet vincus vndiq; lenis, acuminis brevis, qui vel
 oculo, vel auri, vel ori, interdū etiam fronti re-
 cete iniecit, deinde attractus infantem educit,
 neq; tamen quolibet is tempore extrahi debet.
 Nam si compresso vulnæ ore id tentatum est,
 non emitte eo infans abrumptur, & vnci
 acumen in ipsius vulnæ delabitur, sequiturq;
 neruorum distentio, & ingens periculum mor-
 tis. Igitur compressa vulna, conquiescere: hiante,
 leniter trahere oportet, & per has occasiones
 paulatim eum educere. Trahere autem dextra
 manus vncum, sinistra intus posita infantem
 ipsum, simulq; dirigere eum debet. Solet etiam
 euenire,

euenire, ut is infans humore distendatur, exq; eo profluat fœdi odoris sanies. Si quid tale est, indice digito corpus illud forandum est, ut effuso humore extenuetur. Tum id leniter per ipsas manus recipiendum est, nam vincus iniectus facile hebeti corpúsculo eleuabitur. In quo quid periculi sit, suprà positū. Sed in pedes quoq; conuersus infans non difficulter extrahitur, quibus apprehensis per ipsas manus commode educitur. Si vero transuersus est, neq; dirigi potuit, vincus ale injiciendus, paulatimq; attrahendus est. Sub quo fere ceruix replicatur, retroq; caput ac reliquum corpus spectat. Remedio est, ceruix præcisa, ut separatim veraq; pars auferatur. Id vincit, qui priori similis in interiore tantum partem per totā aciem excavit. Tum id agendum est, ut antè caput, deinde reliqua pars auferatur, quia fere maiore parte extracta, caput in vacuam vulnus prolabitur: extractiq; sine summo periculo non potest, si tamen id incidit, super ventrem mulieris dupli panniculo inieclito, valens homo non imperitus à sinistro latere eius debet assistere, & super imum ventrem eius duis manus imponere, alteraq; alteram premere. Quo fit, ut illud caput ad os vulnæ compellatur. Idq; eadem ratioe que suprà posita est, vincit extractur. At si pes alter iuxta repertus est, alter retro cum corpore est, quicquid protractum est, paulatim absindendum est: & si clunes os vulnæ vrgere cœperunt, iterum retro

G 4 repellere

repellendæ sunt, conquisitus q; pes eius adducendus. Aliæq; etiamnum difficultates faciunt, ut qui solidus non exit, cōcīsus eximi debeat. Quoties autem infans protractus est, tradendus ministerio est. Is eum supinis manibus sustinere, medicus deinde sinistra manu leniter trahere umbilicum debet, ita ne abrumpat, dextraq; eum secundæ sequi vsq; ad eas, quas secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit, hisq; ultimis apprehensis venulas membranulasq; omnes eadem ratione manu diducere à vulva, totumq; illud extrahere, & si quid intus præterea concreti sanguinis remanet. Tum compressis in unum feminibus, illa in cōclavi collocanda est, modicum calorem sine vlo perflatū habente. Super imum ventrem eius imponenda lana succida in aceto & rosa tincta. Reliqua curatio talis esse debet, qualis in inflammationibus, & in his vulneribus, quæ in neruosis locis sunt, adhibeatur.

De Ani vitijs, & eorum curatione.

C A P. XXX.

A Ni quoque vitia ubi medicamentis non vincuntur, manus auxilium desiderant. Ergo, si qua scissa in eo vetustate induruerunt, iamiq; callum habent, commodissimum est duce-re aliud, tum spongiam calidam admonere, ut relaxentur illa, & foras prodeant. Ubi in conspectu sunt, scalpello singula excidere, & ulce-re remouerat renouare, deinde imponere linamentum molle, et super linteolum illitum melle, locumq; eum mollis

molli lana implere, et ita vincire altero die, deincepsq; ceteris lenibus medicamentis vti, quæ ad recentia eadē vitia necessaria esse aliâs proposui, et vtiq; per primos dies sorbitonibus eū sustinere, paulatim deinde cibis adiycere aliquid, generis tamen eius: quod eodem loco præceptum est. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, ubi primum id apparuit, incidendum est, ne anus ipse suppureret. Neq; tamen antè properandum est: nam si crudum incisum est, inflammationis multum accedit, et puris aliquanto amplius concitatur. His quoq; vulneribus, lenibus cibis, ipsdemq; medicamentis opus est.

De condylomatum curatione.

AT tubercula, que condylomata appellantur, ubi induruerunt, hac ratione curantur: Aluus ante omnia ducitur, tum volsella tuberculum apprehensum iuxta radices exciditur. Quod ubi factum est, eadem sequuntur, que supra post curationem adhibenda esse proposui. Tantummodo si quid increscit, squama aeris coercendum est. Ora etiam venarum fundentia sanguinem sic tolluntur: Vbi sanguini qui effluit, saines adiicitur, aluus acrius ducitur, quo magis oræ promoueantur. Eoq; fit, ut *omnia vela, *omnes quasi capitula conspicua sint. Tum si capitulum vene exiguum est, basimq; tenuem habet, astrinendum lino paulum suprà est quam ubi cum ano committitur. Imponenda spongia aqua calida est, donec id libeat. Deinde aut vngue, aut scal-

G S pelle

pello suprà nodum id exulcerandum est. Quod nisi factum est, magni dolores subsequuntur, interdum etiam urine difficultas. Si id maius est, & basis latior, hamulo uno aut altero excipiens dum est, paulumq; suprà basim incidendum, neq; relinquendum quicquam ex eo capitulo, neque quicquam ex anno demedium est. Quod consequitur is, qui neq; nimium, neq; parum hamos dicit. Quà incisum est, acus debet immitti, infraq; eam limo id capitulum alligari: si duo tria' ve sunt, imum quodq; primum curandum est. Si plura, nō omnia simul, ne tempore eodem vndiq; teneret cicatrices sint: si sanguis profluit, excipiendus est spongia, deinde linamentum impendum. Vngenda femina & inguina, et quicquid iuxta ulcus est, ceratumq; superdandum est. Farina hordeacea calida implendus is locus est: sic diligandus est. Postero die is desidere in aqua calida debet, eodemq; cataplasmate foueri. Ac bis die, & ante curationem, & post eam, cervices ac femina liquido cerato perungenda sunt, tepidoq; is loco continendus. Interpositis quinq; aut sex diebus, oriculario specillo linamenta educenda. Si capitula simul non exciderunt, digito promouenda. Tum lenibus medicamentis, usdemq;, que alibi posui, ulcera ad sanitatem perducenda. Finito ritio, quemadmodum agendum esset, iam alias superius exposui.

A De varicum curatione. C A P. XXXI.
B his ad crura proximus transitus est, in
quibus

quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem & earum venularum que in capite nocent, & eorum varicum qui in ventre sunt, curationem distuli: quoniam ubiq; eadem est. Igitur vena omnis, que noxia est, aut adusta tabescit, aut manu exciditur. Si recta est, si quamvis transuersa, tamen simplex, si modica est, melius aduritur. Si curva est, & velut in orbes quosdam implicatur, pluresq; inter se inuoluntur, utilius eximere est. Adurendi ratio hec est: Cutis superinciditur, tum patefacta vena tenui & retuso ferramento candente modice premitur, vitaturq; ne plague ipsius ore adurantur, quas reducere hamulis facile est. Id interpositis fere quaternis digitis per totum varicem fit, & tam superimponitur medicamentum, quo adusta sanantur. At exciditur hoc modo: Cuite eadē ratione super venam incisa, hamulo ore excipiuntur, scalpelloq; vndiq; à corpore vena dividitur, caueturq; ne inter hæc ipsa ledatur, eiq; retusus hamulus subiicitur, impositoq; eodem ferre spatio quod suprà positum est, in eadem vena idem fit, que quo tendat, facile hamulo extento cognoscitur. Vbi iam idem, quacunq; varices sunt, facilius est, vno loco adducta per hamulum vena præciditur, deinde quæ proximus hamus est, attrahitur & euellitur, ibi rursus absinditur. Ac sic vndiq; varicibus crure liberato, tum plagarum ore committuntur, & super emplastrum glutinans injicitur.

Curatio

Curatio digitorum cohærentium.

C A P . XXXII.

AT si digiti vel in utero protinus, vel propter communem exulcerationem postea cohæserunt, scalpello diducuntur, dein separatim uterq; non pingui emplasto circundatur. Atq; ita per se uterq; sanescit. Si verò fit ulcus in dīgito, posteaq; male inducta cicatrix curuum eum reddit, primum malagma tentandum est. Dein, si id nihil prodest (quod & in veteri cicatrice, & ubi nerui lesi sunt, euenire cōsuevit) videre oportet, nerui'ne id ritium, an cutis sit. Si nerui est, attingi non debet, neq; enim sanabile est: si cutis, tota cicatrix excidenda est, quae ferè callosa efficit ut extendi digitum non patiatur, tum rectus sic ad nouam cicatricem perducendus est.

De Gangræna curatione. C A P . XXXIII.

Gangræna inter vngues alasq; aut inguina nasci, & si quando medicamenta vincentur, membrū præcidi oportere, alio loco mili dictum est. Sed id quoq; cum periculo summo fit. Nam sæpe in ipso opere, vel profusione sanguinis, vel animæ defectione moriuntur. Verum hic quoq; nihil interest an satis tutum præsidium sit, quod vnicum est. Igitur inter sanam vitiatamq; partem incide da scalpello caro usq; ad os est: sic ut neq; contra ipsum articulū id fiat: & potius ex sana parte aliquid excidatur, quam ex ægra relinquatur. Vbi ad os ventum est, reducenda ab eo sa

eo sana caro, & circa os subsecanda est, vt ea quoq; parte aliquid os nudetur: dein id serrula præcidendum est, quām proxime sane carni etiam inhærenti: actum frons ossis quam serrula exasperauit, leuanda est, supraq; inducenda cutis, que sub eiusmodi curatiōe laxa esse debet, vt quām maxime vndiq; os contegat. Quō cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendū, & super id spongia ex aceto deliganda. Cetera postea sic facienda, ut in vulneribus, in quibus pus moueri debet, præceptum est.

LIBER VIII.

De positu & figura totius humani corporis.

C A P. I.

SUPER EST ea pars que ad ossa pertinet, quæ quo facilius accipi possit, prius positus, figur asq; eorum indicabo. Igitur caluaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, vtrinq; lenis, & quā cerebri membranam contegit, & quā cute capillū gignente contingit. Ea q; simplex ab occipitio & tēporibus, duplex vsg; in verticē à fronte est. Ossa q; eius ab exterioribus partibus dura, ab interioribus, quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Interq; ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est raro autem caluaria solida sine suturis est. Locis tamen aestuosis facilius inuenitur. Et id caput firmissimum, atq; à dolore tutissi-

tutissimum est: ex ceteris, quo suturæ pauciores sunt, eo capitis valetudo comodior est. Neq; enim certus earum numerus est, sicut ne locus quidem. Ferè tamen due super aures, tempora à superiore capitis parte discernunt. Tertia ad aures per verticem tendens occipitum à summo capite diducit. Quarta ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit, eaq; modo sub imo capillo definit, modo frontem ipsam secans inter supercilia finitur. Ex his ceteræ quidem suturæ in unguem committuntur. Hæ verò quæ super aures transuersæ sunt, totis oris paulatim extenuantur, atq; ita inferiora ossa superioribus leniter insidunt. Crassissimum verò in capite os post aurem est, quia capillus, ut verisimile est, ob id ipsum nō dignit. Sub his quoq; musculis, qui tempora connectunt, os medium in exteriorem partem inclinatum possum est. At facies suturam habet maximam, quæ à tempore incipiens, per medios oculos naresq; transuersa peruenit ad alterum tempus. A qua breues duæ sub intertoribus angulis deorsum spectant. Et male quoq; in summa parte singulis transuersas suturas habent. A medijq; naribus aut superiorum dentium gingivis per medium palatum vna procedit, aliaq; transuersa idem palatum secat. Et suturæ quidem in plurimis hæ sunt. Foramina autem intra caput maxima oculorum sunt, deinde nari, tum quæ in auribus habemus. Ex his que oculorum sunt, recta simpliciaq; ad cerebrum tendunt. Narium duo

duo foramina osse medio discernuntur. Siquidem
haec primum à supercilij sanguinisq; oculorum osse
inchoantur ad tertiam fere partem: deinde in
cartilagine versæ quo propius ori descendunt, eo
magis caruncta quoq; molliuntur. Sed ea fora-
mina, que à summis ad imas nares simplicia
sunt, ibi rursus in bina itinera dividuntur. Aliaq;
ex his ad fauces peruvia spiritum & reddant et
accipiunt, alia ad cerebrum tendunt. In ultima
parte in multa & tenuia foramina dissipantur,
per quæ sensus odoris nobis datur. In aure quoq;
primo rectum & simplex iter procedendo fle-
xuosit, quod ipsum iuxta cerebrum in mul-
ta & tenuia foramina diducitur, per quæ facul-
tas audiendi est: iuxta ea duo parvuli quasi se-
nus sunt, superq; eos finit os, quod transuer-
sum à genit tendens ab inferioribus ossibus
sustinetur, iugale appellari potest, ab eadem si-
militudine, a qua id Græci syrinx appellant.
Maxilla vero est molle os, eaq; una est, cuius
eadem & media & etiam imæ pars mentum
est, à quo utrinq; procedit ad tempora, solaq; ea
mouetur. Nam male cum toto osse, quod supe-
riores detest* exigit, immobiles sunt. Verum ipsi-
us maxilla partes extremæ quasi bicornes sunt.
Alter processus intrà latior, vertice ipso tenuat-
tur, longiusq; procedens sub osse iugali subit &
super id temporum musculis illigatur. Alter bre-
uior & rotundior, & in eo sum qui iuxta fora-
mina auris est cardinis modo fit: ibi q; huc &
illuc

illuc se inclinās maxille facultatem motus prestat. Duriores ossē dētes sunt, quorum pars maxillæ, pars superiori ossi malarum h̄eret. Ex his
 *te uiri quaterni primi quia secant, *tūmīoī à Græcis
 uoi nominantur, in deinde quatuor caninis dentibus
 Canini. ex omni parte cinguntur. Ultra quos vtrinq; fe-
 Maxilla- re maxillares quaterni sunt, præterquam in his
 res. in quibus tres ultimi qui sero gigni solent, non
 increuerunt. Ex his priores singulis radicibus,
 maxillares utiq; binis, quidā etiam ternis qua-
 ternis' re nituntur. Fereq; longior radix breuio-
 rem dentem edit, rectiq; dentis recta etiam ra-
 dix, curvi flexa est: ex eadem radice in pueris
 nouis dens subit, qui multo s̄epius priorem ex-
 pellit, interdum tamen supra infra' ve cum se o-
 stendit. Caput autem spina excipit. Ea constat
 ex vertebris quatuor & viginti. Septem in cer-
 uice sunt, duodecim ad costas, relique quinque
 sunt proximæ costis. Haec teretes breuesq; ab u-
 troq; latere, processus duos exigunt: mediae per-
 foratae, quæ spinae medulla cerebro commissa de-
 scendit, circa quoq; per duos processus tenuibus
 casis peruiae, per quæ à membrana cerebri simi-
 les membranile deducuntur. Omnesq; vertebrae
 exceptis tribus summis à superiore parte in ipsis
 processibus pariū desidentes sinus habent, ab in-
 feriori alios deorsum versus processus exigunt.
 Summa igitur protinus caput sustinet, per duos
 sinus receptis exiguis eius processibus. Quo
 fit, ut caput sursum deorsum versus tuberibus
 exasper

exasperetur, secunda superiori parti inferiore. Quod ad circuitum pertinet, pars summa angustiore orbe finitur. Itaque superior summe circundata, in latera quoq; caput moueri sinit. Tertia eodem modo secundam excipit. Ex quo facilis ceruici mobilitas est. Ac ne sustinere quidem caput posset, nisi utrinq; recti valentesq; nerui collum continerent, quos ^{*καρπότας} Græci appellant. Siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus ultra prolabi superiora non patitur. Iamq; vertebra tertia tubercula que inferiori inserantur, excipit. Ceteræ processibus deorsum spectantibus, in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrinq; habent, superiores accipiunt, multisq; neruis & multa cartilagine continentur. Ac sic uno flexu modico in promptum dato ceteris negotijs homo & rectus insit, & alioqui ad necessaria opera curvatur. Infra ceruicem vero summa costa contra humeros sita est, inde undecim inferiores usque adimum pectus perueniunt, hæq; primis partibus rotunde & leniter quasi capitulatae, vertebrarum transuersis processibus ibi quoq; paulum insinuatis inherent. Inde patescunt, & in exteriorem partem recurvatae, paulatim in cartilaginem degenerant. Eaq; parte rursus in interiora leniter flexæ committuntur cum osse pectoris. Quod valens ac durum à scutibus incipit, ab utroque latere lunatum, & à precordijs iam ipsum quoque cartilagine mollitum terminatur: sub costis

^{*sic quidé}
hos nervos
Ludouicus
Cælius di-
cendos esse
contendit,
tamē Her-
mo. Barb.
Tenotasa p
pellandos
putauit.

*pōas verò prioribus quinque, quas Nōbāes Græci nominant, breues tenuioresq; atq; ipsæ quoq; paulatim in cartilaginem versæ, extremis abdominis partibus inhærescent, imaq; ex his maiore iam parte nihil nisi cartilago est. Rursum à cervice duo lata ossa utrinque ad scapulas tendunt, scopula nostræ scopula operta à montanæ Græci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimq; latefcentia ad spinam tendunt, & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Atq; ipsa quoque in imo cartilagineosa, posteriore parte velut innatant, quoniam nisi in summo nulli ossi inhærescent. Ibi verò validis musculis neruisq; consticta sunt. At à summa costa paulo interius quam vbi ea media est, os excrescit, ibi quidem tenue, procedens verò quo propius lato scapulari ossi fit, eo plenius latiusq; & paulatim in exteriora curvatur: quod proprius altera verticis parte modice intumescens, sustinet iugulum. Id autem ipsum recurvum ac neque inter durissima ossa numerandum, altero capite in eo quod posui, altero in exiguo sinu petoralis ossis insidit: paulumq; motu brachij mouetur, & cum lato osse scapularum infra caput eius, neruis & cartilagini connectitur. Hinc humerus incipit, extremis utrinque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, cartilaginosus: medium teres, durus, medullosus, leniter gibbus, & in priorem & posteriorem, interiorem, & exteriorem partem. Prior autem pars est, qua à pectori

pectore est, posterior quæ ab scapulis, interior
 quod ad omnes articulos pertinere in ulterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius, quam cætera ossa, de quibus adhuc dixi,
 * verticulatis scapularum ossibus paruo excessu *verticil-
 inseritur, ac maiore parte ex transitu nervis de- latie
 ligatur. At inferius duos processus habet, inter
 quos quod medianum est, magis etiam extremis partibus sinuatur. Quæ res sedem brachio præstat,
 quod constat ex ossibus duobus. Radius, quem Radius.
 υψηλæ Græci appellant, superior breuiorq; &
 primo tenuior, rotundo & leniter cauo capite
 exiguum humeri tuberculum recipit, atque ibi
 nervis & cartilagine continetur. Cubitus inferior longiorq; & primo plenior in summo capite, duobus quasi verticibus extantibus in simu
 humeri, quem inter duos processus eius esse pro-
 posui, se inserit. Primo vero duobus radijs bra-
 chij ossa iuncta paulatim dirimuntur, rursusq;
 ad manum coeunt, modo crastitudinis mutato.
 Siquidem ibi radius plenior, cubitus admodum
 tenuis est. Deinde radius in caput cartilaginosum
 consurgens, in verticem eius sinuatur. Cubitus Cubitus.
 rotundus in extremo, parte altera paudum pro-
 cedit. Ac ne sepius dicendum sit, illud ignorari
 non oportet, plurima ossa in cartilaginem *desi- *desinere
 dere, nullum articulum non sic finiri. neque enim
 aut moueri posset, nisi leui immitteretur, aut cum
 carne nervisq; coniungi, nisi ea media quedam

materia committeret. In manu vero prima palma pars ex multis minutisq; ossibus constat, quorum numerus incertus est. Sed oblonga omnia & triangula structura quadam inter se connexuntur, cum in unicum superior alterius angulus, alterius planicies sit, eoq; sit ex his unus os paulum in interiora concavi species. Verum ex manu duo exigui processus in sinus radij coniunctur. Tum ex altera parte recta quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent, à quibus ipsi digiti oriuntur, qui ex ossibus ternis constant, omniumq; eadem ratio est. Interius os inverticem sinuatur, recipitq; exterioris exiguum tuberculum, neruq; ea continent, à quibus ortae vngues indurescunt. Ideoq; non ossi, sed carni magis radicibus suis inhaerent. Ac superiores quidem partes sic ordinatae sunt. Imo vero spina in coxari ossē desidit, quod transuersum longeq; valentissimum, vulvam, vesicam, rectum intestinum tuetur, idq; ab exteriore parte gibbum, ad spinam resupinatum, à lateribus, id est, in ipsis coxis sinus rotundos habet: à quibus oritur os, quod pectinem vocant, idq; super intestina sub pube transuersum uentre firmat: rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in feminis, ne partum prohibeat. Inde femina oritur, quorum capita rotundiora etiam quam humerorum sunt, cum illa ex ceteris rotundissima sint. Infrā vero duos processus à priore & à posteriore parte habent. Dein dura, & medullosa

5

Et ab exteriore parte gibba: rursus ab inferioribus quoque capitibus intumescunt. Superiora in sinus coxae, sicut humeri in ea ossa, quae scapularum sunt, coniunctur, tum infrà introrsus leniter tendunt, quo æqualius superiora membra sustineant. Atque in eo inferiora quoque capita media sinuantur, quo facilius excipi à cruribus possint. Quæ commissura, osse parvo, molli, cartilaginoso tegitur, patellam vocant. Hæc su- Patella.
 per innatans, nec ulli ossi inhærens, sed carne & veruis deligata, pauloq; magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus iuncturam tueretur. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus uero brachio simile est: adeo ut habitus quoq; & decor alterius ex altero cognoscatur, quod ab ossibus incipiens, etiam in carne respondet. Verum alterum os ab exteriore parte suprà positum est, quod ipsum quoq; sura rectè nominatur. Id breuius, supraq; tenuius ad ipsos talos intumescit. Alterum à priore parte positum, cui Tibiae nomen est, longius et in superiore parte plenius, solum cum femoris inferiore capite committitur, sicut cum humero cubitus. Atque ea quoque ossa infra supraq; coniuncta media, ut in brachio deliniscunt. Excipitur autem crus infra ossa ex transuerso talorum, idq; ipsum super os calcis situm est, quod quadam parte sinuat, quadam excessus habet, & procedentia ex talo recipit, & in simum eius inseritur. Idq; sine medulla durum, magisq; in

posteriorem partem proieclum, teretem ibi figuram representat. Cetera ossa pedis ad eorum que in manu sunt, similitudinem instructa sunt. Plantæ palmis, digitæ digitis, vngues vnguisbus, respondent.

Ossa vitiata & corrupta quibus signis cognoscantur, & qua ratione carentur. C A P. II.

Onus autem os, ubi iniuria accessit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco mouetur. Id quod vitiatum est, primo fere pingue fit, deinde vel nigrum vel cariosum. Quæ super natu; grauibus ulceribus aut fistulis, hisq; vel longa retusitate, vel etiam cancro occupatis evenerunt. Oportet ante omnia os nudare ulcere exciso: & si latius eius vitium est, quam ulcus fuit, carnem subsecare, donec integrum os vndiq; pateat: tum id quod pingue est, semel iterum ue satis est admoto ferramento adurere, ut ex eo statu secedat: aut eradere donec iam aliquid cruxis ostendatur, quæ integroris nota est. Nam necesse est aridum sit, id quod vitiatum est. Idem in cartilagine quoq; lesa faciendum est. Siquidem ea quoq; scalpello radenda est, donec integrum id sit, quod relinquatur. Deinde si vel os, siue cartilago rasa est, nitro bene trito respergendum est. Neque alia facienda sunt ubi caries, nigrities ue in summo osse est. Siquidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum vel radendum est. Qui radix hæc, audacter imprimere ferramentum debet,

ij

agat aliquid, et maturius definit. Finis est,
 cum vel ad album os, vel ad solidum uentum est.
 Albo finiri ex nigritie vitium, soliditate qua-
 dam ex carie manifestum est. Accedere etiam
 crux aliquid integro, supra dictum est. Si quando
 autem altius descenderit, vitrumlibet dubium est.
 In carie quidem expedita cognitio est. Specillum
 tenue in foramen demittitur, quod magis minis-
 tis intrando, vel in summo cariem esse, vel altius
 descendisse testatur. Nigrities colliguntur quide potest
 etiam ex dolore et ex febre. Quae ubi mediocria
 sunt, illa alte descendisse non potest. Manifestior
 tamen adacta terebra fit. Nam finis vitij est, ubi
 scobis nigra esse desit. Igitur si caries alte descen-
 dit, per terebram urgenda crebris foraminibus est,
 que altitudine vitium sequent. Tum in ea fora-
 mina demittenda carentia ferramenta sunt, do-
 nec inde siccum os ex toto fiat. Simul enim post
 haec et resolutur ab inferiore osse, quodcumque
 vitiatum est, et is sinus carne replebitur: et
 humor aut nullus postea feretur, aut mediocris.
 Si autem nigrities est, aut si caries ad alteram
 quoque partem ossis transit, oportet excidi. Atque
 idem in carie quoque ad alteram partem ossis per-
 neutrante fieri potest. Sed quod totum vitiatum,
 totum eximendum est. Si inferior pars integra
 est, eatenus quod corruptum est, excidi debet.
 Item sine capitis, sine pectoris os, sine costa ca-
 riosa est, inutilis vitio est, et excidendi necessi-
 tatis est. Neque audiendi sunt, qui osse nudato,

diem tertium expectant, ut tunc excidant. Ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaq; quantum fieri potest, eodem momento ex cutis incidenda est, ex os detegendum, ex omnibus vitio liberandum est. Longeq; perniciosissimum est, quod in os pectoris est: quia uix etiam si recte cessit, curatio veram sanitatem reddit.

Quomodo os excidatur & de Modiolo, & Terebra, ferramentis ad id paratis. C A P. III.

Exciditur vero os duobus modis. Si paruum est, quod lesum est, modiolo, quem *Xenophon* Graeci vocant: Si spatiostum, terebris. Viriusque rationem proponam. Modiolus ferramentum concavum teres est, imis oris ferratum, per quod medium clavis ipse quoque interiore orbe cincelus demittitur. Terebrari autem duo genera sunt: Alterum simile ei, quo fabri utuntur. Alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit, atq; iterum ab alio principio paulo minus quam equaliter sursum procedit. Si vitium in angusto est, quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur. Et si caries subest, medius clavis in foramen demittitur. Si nigrities, angulo scalprisimus exiguis fit, qui clavum recipiat, ut eo insidente circumclusus modiolus delabi non possit. Deinde is habet quasi terebra couertitur. Estq; quidam premendi modus, ut ex foretur, ex circumtagatur, quia si leuiter imprimitur, parum proficit: Si grauter, non mouetur. Neque alienum est instillare paulum

paulum rosea, vel laetis, quo magis lubrico circumagatur. Quod ipsum tamen si obtusius est, *copiosius aciem ferramenti hebetat: at ubi iam iter modiolo pressum est, medius clavis educitur, & ille per se agitur. Deinde cum sanitas inferioris partis scobe cognita est, modiolus remouetur: at si latius vitium est, quam ut illo comprehendatur, terebra res agenda est. Ea foramen sit in ipso fine vitiosi ossis atque integri, deinde alterum non ita longe, tertiumque donec totus is locus qui excidendus est, his cauis cinctus sit, atque ibi quoque quatenus terebra agenda sit, scobis significat. Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter utrumque medium est, excidit: ac sic ambitus similis ei sit, qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Vtro modo vero id circumductum est, idem excisorius scalper in osse corrupto planus summanus quaque testam levit, donec integrum os relinquatur. Vix unquam nigrities integrum, caries per totum os pervenit, maximeque ubi vitiata calvaria est. Id quoque signi specillo significatur, qui depresso in id foramen, quod infra solidam sedem habet, & ob id renitens aliquid inuenit, & madens exit. Si perium inuenit, aliud descendens inter os & membranam nihil oppositum inuenit, educiturque siccus, non quo non subsit aliqua vitiosa sanies, sed quoniam ibi ut in latiore sede diffusa sit. Sine autem nigrities, quam terebra detexit sine caries, quam specillum ostendit, os

H 6 transit,

transit, modioli quidē usus fere superuacuus est,
 quia latius patet necesse est, quod iam alte pro-
 cessit. Terebra vero eū, quam secundo loco posuit,
 utendū, eaq; ne nimis incalescat, subinde in aquā
 frigidā demittēda est. Sed tam maiore cura agen-
 dū est, cum iam aut simplex os dimidiū perforatū
 est, aut in duplice, superius. Illud, spatiū ipsum;
 hoc, sanguis significat. Ergo tum lentius ducenda
 habena suspendendaq; magis sinistra manus est,
 & sepius attollēda, & foraminis altitudo con-
 sideranda: ut quandocumq; os perrumpitur, sen-
 tiamus: neq; periclitemur, ne mucrone cerebri
 membrana ledatur. Ex quo graues inflammatio-
 nes cum periculo mortis oriuntur. Factis forami-
 nibus eodem modo media sepe, sed multo circum-
 spectius excidenda sunt, ne forte angulus scalpri
 eandē membranam violet, donec fiat aditus, per
 quem membrane custos immittatur ulwryyo-
 φύλακες Græci vocant. Lamina anea est, firma;
 paulum resima ab exteriore parte leuis, que de-
 missa est, ut exterior pars eius cerebro propior
 sit, subinde ei subiicitur, quod scalpro discutiendū
 est: ac si excipit eius angulus, ultrā transire non
 patitur, eoq; & audaciū et tutius scalprū mal-
 leolo subinde medicus ferit, donec excisum vni-
 diq; os eadē lamina levetur, tolliq; sine ulla noxa
 cerebri potest. Vbi totū os eiocēm est, circumrat-
 denda levandaq; sunt ora, & si quis seobis mem-
 brane insedit, colligendum. Vbi superiori parte
 sublata, inferior relicta est, non ora tantum, sed

os quoq; totum lauandam est, ut sine noxa posse a
cutis increseat, que aspero osse innascens protinus
non sanitatem, sed nouos dolores mouet. Patefacto
cerebro, qua ratione agendum sit, dicam, cum ad
fracta ossa peruenero. Si basis aliqua seruata est,
super imponenda sunt medicamenta non pinguisia,
que recentibus vulneribus accommodantur, su-
praq; imponenda lana succida oleo atq; acetato ma-
dens. Vbi tempus processit, ab ipso ore caro in-
crescit, eaq; factū manu sinum complet. Si quod
etiam os adustum est, à parte sana recedit: sub-
itq; inter integrā atque emortuā partem ca-
runcula, que quod abscessit, expellat, eaq; fere
quia testa tenuis & angusta est, squama est, id
τενίς à Græcis nominatur. Potest etiam enenire,
ut ex ictu neq; fundatur os, neq; perfringatur, sed
summū tamē collidatur, exaspereturq;. Quod vbi
incidit, radi & lauari satis est. Hec quamvis
maxime sunt in capite, tamē cæteris quoq; ossi-
bus communia sunt, ut ubicunque idem incident,
eodem remedio sit tendum. Atq; cum ea fracta,
fissa, forata, collisa sunt, quasdam proprias in sim-
gulis generibus, quasdam communes in pluribus
curationes requirunt. De quibus protinus di-
cam, initio ab eadem caluaria accepto.

De caluariae curatione.

CAP. IIII.

Igitur vbi ea pertusa, protinus requirendum
est, num bilem is homo vomuerit, num oculi
eius obcœcati sint, num obmutuerit, num per na-
res aures ne sanguis ei effluxerit, num cœciderit,

mutato

num sine sensu quasi dormies iacuerit. Hec enim non nisi osse fracto eueniunt. Atque ubi incidunt scire licet necessariam, sed difficultem curatione esse. Si vero etiam torpor accessit, si mens non constat, si nervorum vel resolutio vel distentio secuta est, verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoq; in angusto magis spes est. At si nihil horum secutum est, potest etiam dubitari, an os fractum sit. Et primum considerandum est, lapide an ligno, an ferro, an alio telo percussum sit, & hoc ipso leni an aspero, mediocri an vastiore, vellementer an leviter. Quia quo mitior ictus fuit, eo facilius os erexitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est, quam certiore id nota explorare. Ergo quae plaga est, demitti specillum oportet, neq; nimis tenue, neq; acutum, ne cum in quosdam sinus naturales inciderit opinione, fracti ossis frustra faciat, neq; nimis plenum, ne parvula rimula fallant. Vbi specillum ad os venit, nihil nisi lene & lubricum occurrit, integrum id videri potest. Si quid asperi est, utiq; quae sutura non sunt, fractum os esse testatur. A suturis seceptum esse, Hippocrates memorie prodidit, more scilicet magnorum virorum, & fiducia magnorum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno inge-
nio, multaq; nihilominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris confessio, precipueq; in eo ministerio quod utilitatis causa post eris tradi-

tur,

tur, ne qui decipiatur eadem ratione, qua quis
 ante deceptus est. Sed haec quidem alioquin me-
 moria magni professoris, uti interponeremus,
 efficit. Potest autem sutura eo nomine fallere,
 que aequa aspera est, ut aliquis hanc esse, etiam
 si rima est, existimet eo loco, quo subesse hanc
 verisimile est. Ergo eo nomine decipi non opor-
 tet, sed os aperire tutissimum est. Nam neque
 utiq; certa sedes, ut supra posui, suturarum est,
 & potest idem, & naturaliter commissum, &
 ictu fissum esse, iuxta'ue aliquid fissum habere.
Quin aliquid etiam, ubi ictus fuerit vehemen-
 tior, quamvis specillo nihil inuenitur, tamen ape-
 rire commodius est. At si ne tum quidem rima
 manifesta est, inducendum super os atramentum
 scriptorium est, deinde scalpro id detrahendum.
 Nigritiem enim continet, si quid fissum est. Solet
 etiam euenire, ut altera parte fuerit ictus, & os
 altera fiderit. Itaq; si grauiter aliquis percussus
 est, si mala indicia subsecuta sunt, neq; ea parte
 qua cutis discussa est, rima reperitur, non incom-
 modum est parte altera considerare, nunquis lo-
 cus mollior sit, & tuncat, eumq; aperire. Si qui-
 dem ibi fissum os reperietur, nec tamen magno
 negocio cutis sanescit, etiam si frustra desecta
 est. Os fractum nisi succursum est, graubus in-
 flammationibus afficit, difficiliusq; postea tra-
 Etatur. Raro, sed aliquando tamen euenit, ut
 os quidem totum integrum maneat, intus vero
 ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta
 aliquid

aliquid sanguinis mittat, isq; ibi concretus ma-
 gnos dolores moueat, oculos quibus obcacet. Sed
 fere contra id dolor est, et eo loco cute incisa
 pallidum os reperitur. Ideoq; id quoque os exci-
 dendum est. Quacunq; autem de causa curatio
 h.ec necessaria est: si nondum satis cutis patefa-
 tta est, latius aperienda est, donec quicquid
 lesum est in conspectu sit. In quo ipso videndum
 est, ne quid ex ipsa membranula que sub cute
 caluariam cingit, super os relinquatur. Si quidem
 h.ec scalpro terebris ue lacerata, vehementes fe-
 bres cum inflammationibus excitat. Itaque eam
 commodius est ex toto ab osse diduci. Plagam, si
 ex vulnera est, talem necesse est habeamus, qua-
 lem acceperimus. Si manu facienda est, ea fere
 commodissima est, que duabus transuersis lincis
 literae x figurae accepit, ut deinde a singulis pro-
 cedentibus singulis cutis subsequatur. Inter que-
 * alijs, lin-
 guis: alijs,
 ligulis le-
 gum, si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tinela
 cohendens est, occupandusq; obiectis linamen-
 tis, et caput altius excitandum. Neque id vi-
 tium ullum metum, nisi inter musculos, qui tem-
 pora continent, adfert, sed ibi quoq; nihil tutius
 fit. In omni verbo fisco fractio ue osse protinus an-
 tiqiores medici ad ferramenta veniebant, qui-
 bus id excideret. Sed multo melius est, ante em-
 plastrum experiri, que caluariæ causa componun-
 nuntur. Eorumq; aliquid oportet ex aceto mol-
 litum, per se super fissum fractum' ue os impone-
 re, deinde super id aliquato latius quam vulnus
 est,

est, eodem medicamento illitum linteolum, ex
præterea succidam lanam aceto tintam. Tunc
vulnus deligare, et quotidie resoluere, simili-
terq; curare usq; ad diem quintū. A sexto die,
etiam vapore aquæ calide per spongiam fovere,
et etera ex eadem facere. Quod si carūcula incre-
scere cœperit, et febricula aut soluta erit, aut le-
nior, et cupiditas cibi reuerterit, satisq; somni
accedet, in eodem medicamento erit perseveran-
dum. Procedente deinde tempore, emolliendum
id emplastrum adiecto cerato ex rosa factō, quo
facilius carnem producat nam per se reprimen-
di vim habet. Hac ratione s̄epe rimæ callo quodam
implentur, estq; ea ossis velut cicatrix, et
latius fracta ossa, si qua inter se non cohærebāt,
eodem callo glutinantur, estq; aliquanto melius
velamentum cerebro, quam caro que exciso osse
increcit. Si vero sub prima curatione febris in-
tenditur, brevesq; somni et iudem per somnia
tumultuosi sunt, ulcus madet, neque alitur, et
in ceruicibus glandulae oriuntur, magni dolores
sunt, cibiq; super hæc fastidium increcit, tum
demum ad manum scalprumq; veniendum est.
Duo vero sub illis caluariae pericula sunt, ne
vel findatur, vel medium desidat: si fissum est,
possunt oræ esse compressæ, vel quia altera super
alteram excessit, vel etiam quia velmenter
rursus se commiserunt. Ex quo evenerit, ut humor
ad membranam quidem descendat, exitum vero
non habeat, ac sic eam irritet, et graues inflama-
tiones

tiones moueat. Vbi medium desedit, eandē cere-
bri membranā os vrget, interdum etiam ex fra-
ctura quibusdam velut aculeis pungentibus. His
ita succurrentum est, ut tamen quam minimum
ex osse dematur. Ergo si ora alteri insedit, satis
est id quod eminet, plano scalpro excidere, quo
sublato iam rima hiat quantum curationi satis
est. At si orae inter se comprimuntur, à latere
eius interposito digiti spatio terebra foramē fa-
ciendum est, ab eoq; scalper duabus lineis ad ri-
mam agendus ad similitudinem C literae, sic ut
vertex eius à foranine basis ad rimas sit. Quod
si rima longius patet, ab altero foramine rursus
similissimus fieri debebit, & ita nihil latens in
eo osse concavum est, abundeq; exitus datur in-
tus lalentibus. Ne si fractum quidē os desedit,
totum excidi necesse est. Sed siue totum perfra-
ctum est, & ab alio ex toto recessit, siue circum-
positae caluariæ inhæret exigua parte, ab eo quod
naturaliter se habet, scalpro dividendum est: de-
inde in eo quod desedit iuxtarimam quam fe-
cimus, foramina addenda sunt. Si in angusto no-
xa est, duo: si latius patet, tria: septaq; eorum
excidenda: & tum scalper utrinque ad rimam
agendus, sic ut luna tum sinum faciat, imaq; pars
eius intus ad fracturam, cornua ad os integrum
spectent. Deinde, si qua labent, & ex facilis re-
moueri possunt, forfice ad id facta colligenda
sunt, maximeq; ea que acuta membranam infe-
stant. Si id ex facilis fieri non potest subiicienda
Lamina

Lamina est, quam cūt odem eius membranae esse proposui, et super eam quicquid spinosum est, & intus eminet, excidendum est: eadē lamina quicquid deorsum infedit attollēdum. Hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta ossa tamē inhaerent, solidentur: qua parte abrupta sunt, sine ullo tormento sub medicamentū tēpore excidant, spatiūq; inter hæc satis illi magnū ad extraheendam sanie relinquatur, plusq; in osse propugnaculi cerebrum habeat, quām habiturum fuit eo exciso. His factis, ea membrana acri aceto respergenda est, ut siue aliquid sanguinis ex ea profluit, cohibeatur: siue intus concretus crux remanet, discutiatur. Tum idem medicamentū eodem modo, qui suprapositus est, mollitum, ipsi membranae imponendū est. Ceteraq; eodem modo facienda sunt, que ad linteolum illitum ex lanam succidan pertinent, collocandusq; in loco in tepido, & curandum quotidie vulnus, bis etiā esteante. Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundienda erit rosa tepida. Si r̄sq; eō tumebit, ut super ossa quoq; emineat, coērcebbit eam bene trita lenticula, vel folia vitiis contrita, & cum recenti vel butyro vel adipe anserino mista, cervixq; molliri debet, liquido cerato ex irimo facto. At si parū pura membrana videbitur, par modus eius emplastri & mellis miscendus erit, idq; supèr infundendū, eiusq; contiñendi cauſa vnu aut alterū linamentū injiciendum, & super linteolo cui emplastrū illitum sit,

contegendum. *Vbi plus pura membrana est, eadem ratione adiiciendū emplastro ceratis, ut carnem producat.* Quod ad abstinentiā verò & pri
 mos ulterioresq; cibos potionēs q; pertinet, eadē
 quae in vulneribus precepī, seruanda sunt: eo magis,
 quō periculosius hec pars afficitur. *Quinetiā*
 cum iam non solum sustineri, sed ali his quoque
 apparebūt, tamen erunt vitanda quacunq; man-
 danda sunt, item fumus, & quicquid excitat
 sternutamentū. Spem verò certam faciunt mem-
 brana* mobilis ac sui coloris, caro increscens ru-
 bicunda, facilis motus maxille atq; cervicis. Ista
 signa sunt, membrana immobilis, nigra, vel li-
 uida, vel aliter coloris corrupti, dementia, aeris
 vomitus, neruorū vel resolutio, vel distentio, ca-
 ro liuida, maxillarū rigor, atq; cervicis. Cateraq;
 que ad somnū, cibi desideriū, febrem, puris colo-
 rem attinent, eadem quae in ceteris vulneribus,
 vel salutaria vel mortifera sunt: vbi bene res
 cedit, incipit ab ipsa membrana: vel si os eo loco
 duplex est, inde quoque caro increscere, eaq; id
 quod inter ossa vacuum est, replet, nonnumquam
 etiam super calvariam excrescit. *Quod si incidit,*
 inspergenda squama aeris est, ut id reprimat, co-
 hibeatq; ea carni superdādo, quae ad cicatricem
 perducant. *Omnibusq; ea locis commode induci-*
tur, excepta frontis ea parte, que paulum super-
dū est, quod inter supercilia est. Ibi enim vix fie-
 ri potest, ut per onus etatem sit exulceratio,
 que linteolo medicamentum habente contegenda
 sit.

fit. Illa utiq; capite fracto seruanda sunt, vt donec iam valida cicatrix erit, soluenda vitentur, frequens balneum, maior vini modus.

De narium fractarum curatione. C A P. V.

IN naribus verè & os & cartilago frangi solet, & quidem modo aduersa, modo à latere si aduersa facta sunt, alterum' ue ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur: si à latere os fractum est, is locus causus est: si cartilago, in alteram partem nares declinatur. Quicquid in cartilaginem incidit, excitandū leniter est, aut subiecto specillo, aut duobus digitis utrinque compressis. Deinde in longitudinem implicata limamenta & molli pellicula cincta circunfutaq; , intus adiicienda sunt. Aut eodem modo compositū aliquid ex arido penicillo. Aut gravis pinna, gummi vel fabrili glutine illata, & molli pellicula circundata, que desidere cartilaginem non sinat. Sed si aduersa ea fracta est, equaliter utraq; naris implenda est. Si à latere, crassis effe debet ab ea parte in qua nasus iacet, ab altera tenuius, id quod inseritur. Extrinsecus autem circundanda habenda est mollis, media illata mistis inter se simila & thuriis fuligine, eaq; ultra aures ducenda, & fronti duobus capitibus agglutinanda est. Id enim corpori quasi gluten inherescit, & cum induruit, nares cōmodē continet. Sin quod intus inditum est ledit, sicut maxime fit, ubi interior cartilago perfracta est, excicata nares eadē tantummodo habent

continendæ sunt. Deinde, post quatuordecim dies id ipsum demendum est. Resoluitur autem aqua calida, eaq; tum is locus quotidie fouendus est. Si os fractum est, id quoque digitis in suam sedem reponendum est: atq; ubi aduersum id ictum est, utraque naris implenda est: ubi à latere, ea inquam os impulsum est, imponendumq; ceratum, & paulo vehementius deligandum est, quia callus eo loco non ad sanitatem tantummodo, sed etiam ad tumorē increscit. A tertio die fouendum id aqua calida est, tantoq; magis, quanto propius esse sanitati debet. Quod si plura erunt fragmenta, nihilominus extrinsecus singula in suis sedes digitis erunt compellenda, imponendaq; extrinsecus eadem habent, & super eam ceratum, neque ultra fascia adhibenda est. At si quod fragmentum vnde resolutum cum ceteris non glutinabitur, intelligetur quidem ex humore, qui multus ex vulnere fereatur, volsella vero extrahetur. Finitisq; inflammationibus, imponetur aliquod medicamentum ex ijs, que leniter reprimunt. Peius est, ubi aut ossi, aut cartilagini fractæ, cutis quoque vulneris accessit. Id admodum raro fit: si incidit illa quidem, nihilominus eadem ratione in suas sedes excitanda sunt. Cuti vero superimponendum emplastrum aliquod ex his, que recentibus vulneribus accommodata sunt, sed insuper nullo vinculo deligandum est.

De aurium fractarum curatione. C A P. VI.
In

IN aure quoq; interdum rumpitur cartilago: quod si incidit, ante quam pus oriatur, imponendum glutinans medicamentum est. Sepe enim suppurationem prohibet, & aurem confirmat. Illud & in hac, & in naribus ignorari non oportet: non quidem cartilaginem ipsam glutinari, circa tamen carnem increscere, solidariq; eum locum. Itaq; si cum cute cartilago rupta est, cutis utrimq; suture. Nunc autē de ea dico, quae cute integra frangitur. In ea vero si iam pus natum est, aperienda altera parte cutis, & ipsa cartilago contra lunata plaga excidenda est. Deinde utendum est medicamento leniter supprimente, quale lycium est aqua dilutū, donec sanguis fluere desinat. Tum imponendum linteolum cum emplastro: sic ut pingue ossne vitetur, & à parte posteriore luna mollis auri subjicienda est, quae quod est inter hanc & caput compleat. Tum ea leniter deliganda est, & à tertio die vapore, ut in naribus posui, souenda. Atq; in his quoq; generibus abstinentia primi temporis necessaria est, donec inflammatio finiatur.

De maxillæ fractæ curatione, déq; quibusdam ad omnia ossa pertinentibus. C. A. P. VII.

Ab his ad maxillā vēturus, indicāda quādam puto communiter ad omnia ossa pertinentia, ne sapius eadē dicenda sint. Omne igitur os modo rectum ut lignum in longitudinē finditur, modo frangitur transuersum, interdum obliquum: atq; id ipsum nonnunquam retusa habet ca-

pita, nonnumquam acuta. Quod genus pessimum
est, quia neq; facile committuntur, que nulli re-
tuso innituntur, & carnem vulnerat, interdum
neruum quoq; aut musculum. Quinetiam aliquan-
do plura fragmenta à fragmento sunt. Sed in
alijs quidem ossibus ex toto sepe fragmentum à
fragmento recedit. Maxilla vero semper aliqua
parte etiam vexata, ossa inter se coheret. Igitur
in primis digitis duobus utrinq; prementibus, et
ab ore, & ab cute omnino ossa in suam sedem
compellenda sunt. Deinde si transuersa maxilla
fracta est, sub quo casu ferè dens super proximū
dentem excedit, ubi ea in suam sedem collocata
est, duo proximi dentes: aut si hi labant, ulterio-
res inter se seta deligandi sunt. Id in alio genere
fracturæ superiuciuū est. Cætera eadem facienda
sunt. Nam linteolum duplex madens vino & oleo
superimiciendū, cum eadem simila, & eadē thi-
ris fuligine est. Deinde aut fascia, aut mollis ha-
bena media in longitudinem incisa, ut utrinq;
mentum cōpletatur, & inde capitae eius supra
caput adducta ibi deligantur. Illud quoq; ad or-
mina ossa pertinēs dictū erit, famam primum esse
necessariam: deinde à die tertio humidū cibum,
sublata inflammatione paulo pleniorē, eumq;
qui carnē alat: per omne tempus vīnum esse ali-
num. Deinde tertio die resolui debere: foueriq;
per spongiam vapore aquæ calide, eademq; que
primo fuerūt superdari. Idem die quinto fieri, et
donec inflammatio finiatur, que vel octavo die,
vel

vel septimo fere resolutur. Ea sublata rursus ossa esse traclanda, vt si quod fragmentum loco suo non est, reponatur. Neq; id esse soluendum, nisi due partes eius temporis, intra quod quæq; ossa conserunt, transferint. Fere verò intra quartumdecimum et vñ et vigesimum diem sanguescunt, maxilla, male, iugulum, pectus, latus, os scapularium, costæ, spina coxari, os tali, calx, manus, planta. Inter vigesimum et trigesimum diem crura, brachiaq;. Inter septimum et vigesimum et quadragesimum, humeri et femina. Sed in maxilla illud quoq; adiiciendum est, quod humidus cibus diu assumendus est. Atq; etiā cum tempus processit, in lagano, similibusq; alijs perseverandum, donec ex toto maxilla callus firmarit. Item utiq; primis diebus habendum silentium.

De Iuguli fracti curatione. CAP. VIII.

Iugulum verò si transuersum fractum est, non nunquam per se rursus recte coit, et nisi mouetur, sanari sine iunctura potest. Nonnunquam verò, maximeq; ubi motum est, elabitur, fereq; id quod à pectore sub id quod ab humero est, in posteriorem partem inclinatur. Cuius ea ratio est, quod per se non mouetur, sed cum humeri motu consentit. Itaq; eo subsidente, sub id humerus aggitatur. Raro verò admodum in priorem partem iugulum inclinatur, adeo ut magni professores nunquam se vidisse memorie mandarint. Sed locuples tamen eis rei autor Hippocrates est. Verum ut dissimilis veterq; casus est, sic quedam

dissimilia requirit. Vbi ad scapulas iugulum tendit, stimul extra manu plane propellendus in posteriore partem humerus est, & illud in priorem attrahendum. Vbi ad pectus conuersum est, ipsum quidem retro dandum, humerus autem in priorem partē adducendus est. Ac si is inferior est, r. o id quod à pectore est, deprimendū est, quia immobile est, sed humerus ipse attollēdus. Si casu superior est, id quod à pectore est, implēdum lana, et humerus ad pectus deligādus est. Si acuta fragmenta sunt, incidi cōtrā cutis debet: ex ossibus ea, quae carnem vulnerant, præcidenda sunt: tunc retusa ossa cōmittēda sunt. Si quod ab aliqua parte eminet, opponendum ei triplex linteolum est, in vino et oleo tinclum. Si plura fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemq; intus incerato, ne fascia diducatur, que iugulo composito circundanda est sēpius potius, quam valentius. Quod ipsum quoq; in omnibus ossibus fractis perpetuum est. Ad dextro verò iugulo, si id fractum est, ad alam sinistram, à sinistro ad dexteram. Rursusq; sub ala sua fasciarī debet. Post hæc si iugulum ad scapulas inclinatum est, brachium ad latum: si in partem priorem, ad cervicem deligandum est. Supinuq; homo collocandus, ceteraq; eadem facienda, que supra comprehensa sunt. Sunt verò plura ossa fere immobilia, vel dura, vel cartilaginosa, que vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel sinduntur, ut mallei, pectus, latus, os scapularum coste,,

costa, spina costarum, os tali, calx, manus, plan-
ta. Horum omnium eadem curatio est. Si supra
vulnus est, id suis medicamentis nutriendum est.
Quo sanescente rimas quoq; ossis, aut si quod
ferrumen est, callus implet. Si cutis integra est,
et os lœsum esse ex dolore colligimus, nihil a-
lind, quam quiescendum, imponendumq; cera-
tum est, et leniter deligandum, donec sanitatem
ossis dolor finiatur.

De costarū fractarum curatione. C A P. IX.

Proprie tamen quedam de costa dicenda
sunt, quia iuxta viscera est, gravioribusq;
periculis is locus expositus est. Hæc quoq; igitur
interdum sic funditur, ut ne summum quidem os,
sed interior pars eius, que rara est, lœdatur: in-
terdum sic, ut eam totam is casus perruperit. Si
tota fracta non est, nec sanguis expuitur, nec fe-
bricula sequitur, nec quicquam suppurat, nisi ad-
modum raro, nec dolor magnus est, tamen
is locus leniter indolescit, abunde est eadem que
suprà scripta sunt, facere, et à media fascia in-
cipere deligare, ne in alterutram partem hæc cu-
tem inclinet. Ab uno vero et vigesimo die, quo
vtiq; os esse debet glutinatum, id agendum. Ci-
bis uberioribus est vtendū, ut corpus quam pleni-
ssimum fiat, quo melius os vestiat, quod illo
loco tenerū adhuc iniuriæ sub tenus cute expon-
tum est. Per omne autem tempus curationis vi-
tandus clamor, sermo quoq; tumultus, ira, motus
vellementior corporis, fumus, puluis, et quic-
quid

quid vel tuſſim vel sternutamentum mouet, ne
 ſpiritum quidem magnopere continere expedit.
 At ſi tota coſta perfracta eſt, caſus aſterior eſt.
 Nam & graues inflammationes, & febris &
 ſuppuratio, & ſepe vita periculum ſequitur, &
 ſanguis ſpuitur. Ergo ſi vires patiuntur, ab eo
 brachio quod ſuper eam coſtam eſt, ſanguis mi-
 tendus eſt. Si noſ patiuntur, aliud tamen ſine ul-
 lo acri duceſda eſt, diutiusq; inedia pugnandum.
 Panis vero ante ſeptimum diem noſ aſſumendus,
 ſed vna ſorbitione viuendum, imponendumq; ei
 loco ceratum ex lino faciūm, cui coelata quoq; re-
 ſina adieclat, aut Polyarchi malagma, aut pa-
 naces ex vino & roſa & oleo, ſuperq; impo-
 nenda lana ſuccida molliu, & due fasciae à me-
 dijs orſe, minimeq; aſtrictae. Multo vero magis
 omnia vitanda, que ſuprà posui, adeo, ut ne ſpi-
 ritus quidem ſepiuſ mouendus ſit. Quòd ſi tuſſis
 infestabit, ad id potio ſumenda erit, vel ex tri-
 xagine, vel ex ruta, vel ex herba ſlœchade, vel
 ex cumino & pipere. Grauioribus vero dolori-
 bus urgentibus, cataplaſma imponi quoq; con-
 ueniet vel ex lolio, vel ex hordeo, cui pinguis fici-
 tertia pars ſit adieclata. Et id quidem interdiu ſu-
 periacebit. Noctu vero idem aut ceratum, aut
 malagma, aut panni, quia poterit cataplaſma
 * queq; decidere. Ergo quotidie quoq; resoluteſur, donec
 iam cerato aut malagmate poſſimus eſſe con-
 tenti, et decem quide diebus extenuabitur fame
 corpus, ab undecimo vero ali incipiet. Ideoq;
 etiam

etiam laxior quam primo fascia circunligabitur, sereq; ea curatio ad quadragesimum diem perueniet: que si modus erit suppurationis, plus malagma quam ceratum ad digerendū proficiet. Si suppuratione vicerit, neque per quae suprà scripta sunt discuti potuerit, omnis mora ritanda erit, ne os infra vitietur: sed qua parte maxime tumebit, demittendum erit candens ferramentum, donec ad pus perueniat, idq; effundēdū. Si nusquam caput se ostendit, ubi maxime pus subit, sic intelligimus: crea similia totum locum illuminis, et siccari patientur: quo loco maxime humor in ea perseveravit, ibi pus proximum erit, eaq; vri debebit. Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandū, demittendum erit linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod sumnum lino sit deuinclum, ut facile educatur. Reliqua eadem, que in ceteris adustis facienda sunt. Vix purum erit ulcus, ali corpus debebit, netabes perniciofa futura id malum subsequatur. Non nunquam etiam leuius ipso osse adflecto, et inter initia neglecto, non pus, sed humor quidam muccis similis, intus coit, mollescitq; contrà cutis, in qua simili vestione vtendum est.

De spinæ curatione.

IN spina quoq; est quod proprio notemus. Nam si id ex vertebra excidit, aliquo modo fractum est, locus quidem concavus fit, punctiones autem in eo sentiuntur, quia necesse est ea fragmenta spinosa esse. Quo fit, ut homo in interiorum

rem

rem partem subinde nitatur. Hec noscende rei causa sunt. Medicamentis vero iisdem opus est, que plurima parte huius capitis exposita sunt.

De humerorum, brachiorum, femorum, crurum, digitorum fractorum vel enulsum, communibus curationibus.

CAP. X.

Similes rursus ex magna parte easus curationesque sunt humeris & femoribus. Commnia etiam quedam humeris, brachij, femoribus, cruribus, digitis. Siquidem ea minime periculose media franguntur. Quo propior fractura capiti vel superiori vel inferiors est, eo peior est. Nam & maiores dolores adfert, & difficultius curatur. Ea maxime tolerabilis est simplex, transuersa: peior, ubi fragmēta, atque ubi obliqua: pessimum ubi eadē acuta. Nonnunquam autem fracta in his ossa in suis sedibus remanent: multo sepius excidunt, aliudque super aliud effertur. Idque ante omnia considerari debet, & sicut note certe. Si suis sedibus mota, resista, punctionisque sensum representant, tactu inaequalia sunt. Si vero non aduersa, sed obliqua inniguntur, quod fit ubi loco suo non sunt, membrum id altero latere breuius est, & musculi eius timent. Ergo si hoc depresso est, protinus id membrum oportet extendere. Nam nervi, musculique intenti per ossa contrahuntur, neque in suū locum veniunt, nisi illos per vim aliquis intendit. Rursus, si primis diebus id omisso est, inflamatio oritur. Sub qua & difficile & periculose vis nervis adhibetur. Nam discentio-

dislentio neruorum, vel cancer sequitur, vel cer-
 tum, ut duntissime alatur, prius. Itaq; si ante re- *mitissi-
 posita ossa non sunt, postea reponenda sunt. In- me
 tendere autem digitū vel aliud quoq; membrum,
 si adhuc tenerū est, etiam unus homo potest, cum
 alteram partē dextra, alteram sinistra prendit.
 Valentius membrum duobus eget, qui in diuersa
 contendant. Si firmiores nerui sunt, ut in viris
 robustis, maximeq; eorum feminibus & cruri-
 bus euenerit, habenis quoq; vel linteis fascijs u-
 trinque; capita articulorum diliganda, et per plu-
 res in diuersa ducenda sunt. Vbi paulo longius
 quam naturaliter esse debet, membrum vis fecit:
 tum demum ossa manibus in suam sedem com-
 pellenda sunt, indiciumq; ossis repositi est, dolor
 sublatuſ. Et membrum alteri parti aequatum in-
 uoluendum duplicebus triplicebus' re pannis, &
 in vino & oleo tintili, quos linteos esse commo-
 dius est. Ferè verò fascijs sex opus est. Prima
 breuissima adhibenda, que circa fracturam ter-
 voluta sursum versum feratur, & quasi in co-
 chlea serpat, satisq; est eam ter hoc quoq; modo
 circuire. Altera dimidio longiore, eaq; qua par-
 te os eminet, ab ea si totum aequalē est, vndelibet
 super fracturam debet incipere priori aduersa,
 deorsumq; tendere, atq; iterum de fractura re-
 versa in superiore ultra priorem fasciam desi-
 nere. Super hanc iniiciendum latiore linteo cera-
 tum est, quod eis contineat, ac si qua parte os
 eminet, triplex ea pannis obiciendus, eodem vi-

no C

no & oleo madens. Hec tertia fascia comprehendenda sunt, quartaq; sic ut semper in sequens priori aduersa sit, & tertia tantum in inferiore faciant parte, tres in superiore * simant, quia satius est sepius circuire, quam adstringi. Si quidem id quod adstrictum est, alienatur, & cancro opportum est: articulum autem quantumminime vincere opus est. Sed si iuxta hunc os fractum est, necesse est. Deligatum vero membrum in diem tertium continuandum est. Eaq; iunctura talis esse debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa visa sit, secundo laxior, tertio iam penè resoluta. Ergo tum rursum id membrum deligandum, adisciendaq; prioribus quinta fascia, iterumq; quinto resoluendum est, et sexto fascijs inuoluendum, sic ut tertia ex quinta infra, ceterae suprà finiantur. Quotiescunq; autem soluitur membrum, calida aqua fouendū est. Sed si iuxta articulus fractura est, diu instillandū vinum est, exigua parte olei adiecta, eadēq; omnia facien-
 * adeò da donec * ab eo inflammatio soluatur, vel leuius quoq; quam ex consuetudine id membrum fiat. Quod si septimus dies nō dedit, certè nonus exhibet. Tum facilime ossa tractantur. Rursum ergo si parum commissa sunt, cominiti debent. Si qua fragmenta eminent, in suis sedes reponēda sunt. Deinde eodē modo membrum deligādū, feruleq; super accommodādā sunt, quæ fuisse circumpositæq; ossa in sua sede contineant: & in quam partem fractura inclinet, ab ea latior, valentiorq; ferula imponit

imponenda est. Et s^q; omnes citra articulum esse
oportet resimas, ne huc ledant, nec vltra astrin-
gi, quam ut ossa continant: et cum spatio li-
xentur, tertio quoq; die pauli habenis suis coar-
tari: ac si nulla prurigo, nullus dolor est, sic ma-
nere donec due partes eius temporis quod os
quoq; conseruet compleuantur, postea leuius aqua
calida fouere, quia primo digeri materiam opus
est, tum euocari. Ergo cerato quoque liquido id
*leniter est vngendū, perfricandaq; summa cu- *pleniter
tis est, laxiusq; id deligandum est. Tertio quoq;
die soluendum sic, ut remota calida aqua, cetera
eadem fiant. Tantummodo singula fasciae quoties
resolute fuerint, subrahantur.

De fracti humeri curatione.

Hec communia sunt. Illa propria. Si quis-
dem humerus fractus, non sic, ut membris
aliud intenditur. Sed homo collocatur alto sedili,
medicus autem humiliore aduersus. Una fascia
brachium amplexa ex cervice ipsius qui l^esus
est, id sustineat. Altera ab altera parte super ca-
put data, ibi accipit nodū. Tertia iuncto imo hu-
mero deorsum demittitur, ibi quoq; capitibus
eius inter se iunctis. Deinde ab occipito ipsius,
minister sub ea fascia quam secundo loco posui,
correpto: si dexter humerus ducendus est, dex-
tro: si sinister, sinistro brachio, demissum inter
femina eius qui curatur baculum tenet: medicus
super eam fasciam de quartio loco dixi *pal- *planum
man in iunct dextrā si minister, sinistrā: si dexter
humerus

humerus sumatur, simulq; alteram fasciam mi-
nister attollit, alteram premit medicus: quo fit,
ut leniter humerus extendatur. Fascijs vero, si
medium autimum os fractum est, brevioribus
opus est: si summum, longioribus, ut ab eo sub
altera quoq; ad per pectus ex scapulas porri-
gantur. Protinus vero brachium cum deligatur,
sic inclinandum est id quod afficit, ut ante fa-
scias quoq; sic figurandū sit: ne postea suspensum
aliter, aliter cum deligabatur, humerū inclinet.
Brachioq; suspenso, ipse quoq; humerus ad latus
leniter deligandus est. Per que fit, ut minime
moueatur, ideoq; ossa sic se habet, ut aliquis com-
posuit. Cum ad serulas ventum est, extrinsecus
esse earum longissimae debent, à lacerto brevio-
res, sed sub ala brevissimae. Saepius eae resoluenda
sunt, ubi in vicinia cubiti humerus fractus est,
ne ibi nervi rigescant, et inutile brachium effi-
ciant. Quoties soluta sunt, fractura manu conti-
nenda, cubitus aqua calida fouendus, et molli-
cerato perfricandus, seruleq; vel omnino non
imponendae contra eminentia cubiti, vel aliquan-
to breuiores sunt.

De brachii fracti curatione.

AT si brachium fractum est, in primis con-
siderandum est, alterum os, an utrumque
commixtum sit, non quod alia in eiusmodi casu
curatio admouenda, sed primit, ut valentius ex-
tendatur, si utrumq; os fractum est; quia necesse
est minus nervos contrahi altero osse integro,
eosq;

eosq; intendente. Deinde, ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrū alteri auxilio est. Nam ubi alterum integrum est, plus opis in eo, quam in fascijs, ferulisq; est. Deligari autem brachiis debet paulum pollice ad peclus inclinato. Siquidem is maxime brachij naturalis habitus sit, idq; immolutum mitella commodissime excipitur, que latitudine ipsi brachia, per angustis capitibus collo injicitur, atque ita commode brachium ex cernice suspensum est. Idq; paulum supra cubiti alterius regionē pendere oportet. Quod si ex summo cubito id factum sit, glutinare id vinciendo alienum est. Fit enim brachium immobile, ac si nihil aliud quam dolori occursum est, idem qui fuit eius usus est.

De crurum femorūq; fractorum curatione.

IN crure aequè ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei femoriq; est, quod ubi deligatum est, in canalem coniiciendum est. Is canalis ab inferiori parte foramina habet, per quæ si quis humor excesserit, descendat: et à planta moram, quæ simul et sustineat eam, et delabi non patiatur: et à lateribus caua, per que loris datis mora quidem crus femurq;, ut collocatum est, detineat. Esse etiam is debet a planta, si crus fractum est, circa poplitem: si femur, usq; ad coxam: si iuxta superius caput femoris, sic ut ipsa quoq; ei coxa sit. Neq; tamen ignorari oportet, si femur fractum est, fieri breuius, quia nunquam in antiquum statum

reuertitur, summisq; digitis postea cruris eius
insisti, sed multa tamen femori debilitas est, ubi
fortune negligentia quoq; accessit.

De fracti digiti curatione.

Digitum satis est ad unum* furunculum post
inflammationem eligari.

Communes curationes ad humeros, brachis, eru-
ra, femina, digitosq; contractos, pertinentes.

His proprie ad singula membra pertinenti-
bus, rursus illa communia sunt: primis
diebus fames: deinde tum, cum iam increscere
callum oportet, liberalius alimentum, longa à vi-
no abstinentia, fomentum aquæ calidae, dum in-
flammatio est, liberale, cum ea desit, modicum.
Tum etiam longior vltoribus è liquido cerato
membris, & mollis tamen vncio. Neq; protinus
exercendum id membrum, sed ad antiquos vsus
reducendum est. Grauius aliquanto est, cum ossis
fracturae carnis quoque vulnus accessit, maxi-
meq; si id musculi femoris aut humeri senserunt.
Nam & inflammations multo grauiores &
promptiores cancros habent. Ac femur quidem,
si ossa inter se cesserunt, ferè præcidi necesse est.
Humerus vero quoque in periculum venit, sed
facilius conseruatur. Quibus periculis etiam ma-
gis id exposita, quod iuxta ipsos articulos ictum
est. Curiosius igitur agendum est, & musculus
quidem per medianam plagam transuersus præci-
dendus. Sanguis vero, si parum fluxit, mutter-
dus: corpus inedia extenuandū, ac reliqua qui-
denā

dem membra lentius intendenda, et lenius in
his ossa in suam sedem reponenda sint. His vero
neq; intendi neruos, neq; ossa tractari satis ex-
pedit. Ipsiq; homini permittendum est, ut sic ea
collocata habeat, quemadmodum minime laedunt.
Omnibus autem his vulneribus imponendum pri-
mo linamentum est vino madens, cui rosae paulum
admodum adieclum sit: cetera eadem deligan-
da fascijs sunt aliquanto quam vulnus latiori-
bus, laxius scilicet, quam si ea plaga non esset,
quanto facilius et alienari et occupari cancro
vulnus potest, * numeris potius fasciarum id *numeros
agendum est, ut laxae quoque aequè contineant.
Quod in femore humeroque sic fiet, si ossa forte re-
Ete concurrerint: si aliter se habebunt, eatenus
circundari fascia debet, ut impositum medica-
mentum contineat. Cetera eadem que supra scripsi,
ficienda sunt, praeterquam quod neq; ferulis, neq;
canalibus, inter que vulnus sanescere non potest,
sed pluribus tantummodo et latioribus fascijs
opus est, ingerendumque subinde in eas est cali-
dum oleum et vinum, magisque in principio fa- * primo
me retendit, vulnus calida aqua fowendit, frigusque
omni ratione vitandum est, et transeundum ad
medicamenta, que puri mouendo sunt, maiorique
vulneri quam ossi cura agenda. Ergo quotidianum
soluendum nutriendumque est. Inter que si quod
parvulum fragmentum ossis eminet, id si retu-
sum est, in suam sedem dandum: si acutum, ante
acumen eius longius est præcidendum: si bre-

K 3 uires,

uius, limandum, & utrinque scalpro limandum,
tum ipsum recondendum est: ac si id manus fa-
cere non potest, volsella, quali fabri utuntur, in-
iuncta est, recte se habenti capite ab ea parte
quasimoda est, ut ea parte qua gibba est, eminens
os in suam sedem compellat. Si id maius est, mem-
branulisque cinguntur, sinere oportet ea sub medi-
camentis resoluiri, idque os, ubi iam nudatum est,
abscindere: quod maturius scilicet faciendum est,
prodestque ea ratione & os coire, & vulnus sa-
nescere. Illud suo tempore, hoc prout se habet.
Nonnunquam etiam in magno vulnere euenit,
ut fragmenta quedam velut emoriantur, neque
cum ceteris coeant. Quod hic quoque ex modo
fluentis humoris colligitur. Quo magis necessa-
rium est, sepius vlcus resoluere atque nutritire. Se-
quitur vero, ut id os per se post aliquot dies ex-
cidat, cum tam misera antea conditio uulneris sit,
tamen id interdum maius diutiusque facies. Sape
enim integra cutis osse abrumpitur, protinusque
prurigo & dolor oritur. Quae soluere, si accidit,
maturius oportet, & fouere aqua per astatem fri-
gida, per hyemem egelida: deinde ceratum myr-
teum imponere. Interdum fractura quibusdam,
velut aculeis carnem vexat, quo a prurigine &
punctionibus cognito, aperire id melius, eosque
aculeos praecidere necesse habet. Reliqua vero
curatio in utroque hoc casu eadem est, que ubi
ictus protinus intulit puro iam vlcere. Cibis hic
quoque utendum est carnem producentibus, se-
brenius

breuius adhuc membrum est, & ossa loco suo
 non sunt, paxillus tenuis quam leuisimi gene-
 ris inter ea demitti debet, sic ut capite paulum
 supra rlcus emineat, isq; quotidie plenior adi-
 gendas est, donec par id membrum alteri fiat.
 Tum paxillus remouendus, vulnus sanandum
 est, cicatrix inducta fouenda frigida aqua est,
 in qua myrtus, hedera, aliæ'ue similes verbene
 sint: illinendumq; medicamentum quod siccat,
 et magis etiam hic quiescendum, donec id mem-
 brum confirmetur. Si quando vero ossa non con-
 ferbuerunt, que sepe soluta, sepe mota sunt, in
 aperto deinde curatio est: possunt enim coire.
 Si retusitas occupauit, membrum extendendum
 est, ut aliquid ledatur. Ossa inter se manu di-
 uidenda, ut concurrendo exasperentur, ut si quid
 pingue est, eradatur, totumq; id quasi recens
 fiat. Magna tamen cura habita, ne nerui mu-
 sculi'ue lœdantur. Tum vino fouendam est, in quo
 malicorum decoctū sit, imponendumq; id ipsum
 oui albo mistum. Tertio die resoluendum, fouen-
 dumq; aqua, in qua verbene, de quibus supra
 dixi, decoctæ sint. Quinto die idem faciendum,
 ferulae q; circundandæ. Cætera & antè & post
 eadem facienda, que supra scripsi. Solent tamen
 interdum diuersa inter se ossa * cohærere. Eoq; * conferue
 & breuius membrum & indecorum fit: & si re:vel co-
 capite acutiora sunt, adsidue punctiones sentiun-
 tur. Ob quam caussam frangi rursus ossa &
 dirigi debent, id hoc modo fit: Calida aqua multa
 alescere

membrum id fouetur, & ex cerato liquido perfricatur, intenditurq; et inter haec medicus pertractans ossa: ut adhuc tenero callo manibus ea diducit, compellitq; id, quod eminet in suam sedem: et si parum valuit, ab ea parte, in qua osse inclinat, inuolutam lana regulam obiicit. Atq; ita deligando assuescere iterum retusum sedi cogit. Nonnunquam autem recte quidem ossa cœperunt, superincrevit vero nimius callus, ideoq; locus intumuit. Quod rbi incidit, diu leniterq; id membrum perfricandum est ex oleo & sale & nitro, multumq; aqua calida salsa fouendum, & imponendum malagma quod digerat, astracanthusq; alligandum, oleribusq; & præterea vomitu vtendum. Per que cum carne callus quoq; extenuatur, confertq; aliquid de sinapi, quod cum fice in alterum pariter membrum impositum, donec id paulum erodat, eoq; euocet materiam. Vbi his tumor extenuatus est, rursus ad ordinem ritæ reuertendum est.

De luxatis ossibus.

CAP. XI.

AC de fractis quidem ossibus hactenus dilectum sit. Mouentur autem ea sedibus suis duobus modis. Nam modò que iuncta sunt inter se deliscunt, ut cum latum scapularum os ab humero recedit, & in brachio radius à cubito, & in crure tibia à sura, interdum à saltu, calcis os à talo, quod raro tamen fit. Modò articuli suis sedibus excidunt. Ante de prioribus dicam. Quorum rbi aliquid incidit, protinus is locus cauest,

est, depressoq; digitus simum inuenit. Deinde
grauiis inflammatio oritur, atque in talis prae-
cipua. Siquidem febres quoque & cancri &
neruorum vel distensiones vel rigores, qui ca-
put scapulis amictunt, mouere consuevit. Quo-
rum vitandorum cauissa facienda eadem sunt,
que in ossibus mollibus lesis: ubi aliquid inci-
dit, protinus his locis proposita sunt, ut dolor tu-
morq; per ea tollantur. Nam diducta ossa nun-
quam rursus inter se iunguntur, & ut aliquid
decoris eo loco sit, nihil usus admittitur. Maxilla
verò & vertebra omnesq; articuli cum vali-
dis nervis comprehendantur, excidunt: aut vi
expulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis vel in-
firmatis: faciliusq; in pueris & adolescentibus,
quam in robustioribus: hiq; elabuntur in prio-
rem & in exteriorem partem, quidam omnibus
modis, quidam certis. Suntq; quedam communia
omnium signa, quedam propria sunt cuiusq;. Si-
quidem semper ea parte tumor est, in qua os pro-
rumpit: easinus, à qua recessit. Et haec quidem
in omnibus deprehēduntur, alia verò si in singu-
gulis. Quæ simulatq; de quoq; dicam, proponen-
da erunt. Sed ut excidere omnes articuli non
possunt, sic non omnes reponuntur. Caput enim
non inquam compellitur, neque in spina verte-
bra, neq; ea maxilla que utraq; parte prolapsa
antequam reponeretur, inflammationem mouit.
Rursum qui: nervorum virtio prolapsi sunt, com-
pulsi quoque in suas sedes iterum excidunt. At

K 4 quib

quibus in pueritia exciderunt, neq; reposita sunt, minus quam ceteri crescunt. Omniaq;, quae loco suo non sunt, caro ea increscit, magisq; in proximo membro, quam in ulteriore. Utputa si humerus loco suo non est, maior in eo ipso sit, quam in brachio: maior in hoc, quam in manus acie. Tum pro sedibus & pro casibus qui incidentur, aut maior aut minor usus eius membra relinquitur: quoq; in eo plus usus superest, eo minus id extenuatur. Quicquid autem loco suo motum est, ante inflammationem reponendum est. Si illa occupauit, tum conquiescat, lacesendum non est: ubi finita est, tentandum est in his membris, quae id patiuntur. Multum autem eo confert & corporis & nerorum habitus. Nam si corpus tenue, si humidum est, si nervi infirmi, expeditius os reponitur. Sed & primo facilius excidit, & postea minus fideliter continetur. Quae contraria his sunt, melius continent. Sed id quod expulsum est, difficulter admittunt. Oportet autem ipsam inflammationem leuare, super succida lana ex aceto imposita. A cibo, si valentioris articuli casus est, triduo: interdu etiam quinque diebus abstinere debet. Bibere aquam calidam dum sit im finiat. Curiosiusq; haec facere his ossibus motis, quae validis plenisq; muscularis continentur: si vero etiam febris accessit, multo magis: deinde ex die quinto fuisse aqua calida, remotaq; lana ceratum imponere ex cyprino fulm, nitro quoque adiecto donec omnis inflamatio

matio finiatur. Tunc infrictionem ei membro adhibere, cibis uti bonis, uti vino modice, iamq; ad usus quoque suos id membrum promouere: quia motus ut in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est. Hæc communia sunt, nunc de singulis dicam.

De maxillæ luxatæ curatione. C A P. XII.

Maxilla in priorem partem propellitur, sed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipsa, mentumq; inclinatur, dentes paribus non respondent, sed sub his qui secant canini sunt. At si utraque, totum mentum in exteriorem partem promouetur, inferioresq; dentes longius quam superiores excedunt, intenti q; super musculi apparent. Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est, sic ut minister à posteriore parte caput eius contineat: vel sic, ut iuxta parietem is sedeat, subiecto inter parietem & caput eius scorteo puluino duro: eoq; caput per ministrum urgeatur, quo sit immobilius. Tum medici digiti pollices linteolis vel fascijs, ne dilabantur, inuoluti in os eius coniungiendi: ceteri extrinsecus admoveundi sunt. Vbi vehementer maxilla apprehensa est, si una parte procidit, concutiendum mentum, & ad guttur adducendum est. Tunc simul & caput apprehendendum, & excitato mento maxilla in suam sedem compellenda, & os eius comprimentum est, sic ut omnia penè uno momento fiant. Si in utraq; parte prolapsa est, ea-

K 5 dem

dem omnia facienda, sed æqualiter retro maxilla agenda est. Deposito osse, si cum dolore oculorum & ceruicis iste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus vero quorum ossa mota sunt, primo liquidior cibus conueniat, tum his præcipue, adeo ut sermo quoquo frequenti motu oris per nervos lœdat.

De capite luxato.

C A P. XIII.

Caput duobus processibus in duos sinus summae vertebrae demissis, super ceruicem contineri in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorē partem excidunt, quo sit, ut neruus sub occipitio extendatur, mentum pectori adglutinetur, neq; bibere is, neq; loqui possit, interdū sine voluntate semen emitat. Quibus celerrime mors superuenit. Ponendum autem hoc esse credidi, non quo curatio eius rei illa sit, sed ut res indicijs cognosceretur, & non putaret sibi medicum defuisse, si quis sic aliquem perdidissent.

De spina luxata.

C A P. XIV.

Idem casus manet eos, quorum in spina vertebrae exciderunt. Id enim non potest fieri, nisi ex medulla, que per medium, & duabus membranulis, qua per duos à lateribus processus feruntur, & nерuis, qui continent, ruptis. Excidunt autem & in posteriorē partem, & in priorē, & supra septum transuersum, & infra. Si in utramque partē exciderint, à posteriore parte relutum, vel sinus oritur. Si super septum id

*Id incidit, manus resoluuntur, vomitus aut disten-
tio nervorum insequitur, spiritus difficulter mo-
uetur, dolor urget, et aures obtuse sunt. Si sub
septo, femina resoluuntur, prima supprimitur, in-
terdum etiam sine volvate prorumpit. Ex eius-
modi casibus, ut tardius quam ex capitis, sic ta-
men intratriduum homo moritur. Nam quod
Hippocrates dixit, vertebra in exteriorem par-
tem prolapsa, primum hominem collocandum esse,
et extendendum, tum calce aliquem super ipsum
debere consistere, id intus impellere: in his acci-
piendum est, que paulum excesserunt, non in
his, que toto loco mutatae sunt. Nonnihil quam enim
nervorum imbecillitas efficit, ut quamuis non
excederit vertebra, paulum tamen in priorē par-
tem promineat. Id non iugulat, sed ab interiore
parte non contingit quidem posse: ab exteriore se
propulsum est, plerumque iterum reddit: nisi, quod
admodum rarum est, vis nervis restituta est.*

De humero luxato.

C A P. X V.

Humerus autem modò in alâ excidit, mo-
dò in partem priorē. Si in alam delapsus
est, et ictus cubitus recedit ab latere, rursus
iuxta eiusdem partis aurem cum humero porrigit
non potest, longiusque altero id brachium est. Si
in priorē partem, summum quidem brachium
extenditur, minus tamen quam naturaliter, dif-
ficiliusque in priorē partem quam in posteriorē
cubitus porrigitur. Igitur si in ala humerus ex-
cidit, et vel puerile adhuc est corpus vel molle,
certe

certe & imbecillibus nervis intentum est, satis
 est collocare id in sedili, & ex duobus ministris
 alteri imperare, ut caput lati scapularum ossis
 leniter reducat, alteri ut brachium extendat:
 ipsum posteriore parte residentem humerum sub
 ala eius cogere, simulq; & latum os, & altera
 manu brachium eius ad latus impellere. At si
 vaestius corpus nervi ue robustiores sunt, nece-
 ssaria est spathula lignea, & quae crassitudinem
 duorum digitorum habet, & longitudine ab ala
 ad digitos peruenit. In qua summa capitulum est
 rotundum, & leniter cauum, ut recipere parti-
 culam aliquam ex capite humeri possit. In ea bi-
 na foramina tribus locis sunt inter se spatio di-
 stantibus, inq; ealora mollia coniunctur. Eaq;
 spatha fascia immoluta, quo minus tactu ledat,
 ad alam a brachio dirigitur, sic ut caput eius
 summae alae subjiciatur. Deinde loris suis ad bra-
 chium deligatur, uno loco paulum infra humeri
 caput, altero paulum supra cubitum, tertio su-
 pra manu. Cui rei protinus interuallatunc quo-
 que foraminum aptata sunt. Sic brachium deli-
 gatum super scalæ gallinariæ gradum traiici-
 tur, ita adte, ut consistere homo ipse non possit,
 simulq; in alteram partem corpus demittitur, in
 alteram brachium intenditur. Eoq; fit ut capite
 ligni caput humeri impulsu, in suam sedem,
 modo cum sono, modo sine hoc compellatur. Mul-
 tas alias esse rationes scire facile est uno Hip-
 pocrate lecto, sed non alia magis vsu comproba-
 ta est.

ta est. At si in priorem partem humerus excidit, supinus homo collocandus est, fasciaq; aut habena media ala circundanda est, capitaq; eius post caput hominis ministero tradenda, brachium alteri: præcipiendumq; ut ille habenam, hic brachium extendat. Deinde medicus caput quidem hominis sinistra debet repellere, dextra vero cubitum cum humero attollere, et os in suam sedem compellere, faciliusq; id in hoc casu, quam in priore reuertitur. Reposto humero, lana ale subiçienda est. Si in interiore parte os fuit, ut ei opponatur. Si in priore parte, ut tamen commodius deligetur. Tum fascia primum sub ala obuoluta, caput eius debet comprehendere, deinde profectus ad alteram alam, ab eaq; ad scapulas, rursusq; ad eiusdem humeri caput tendere. Sapiusq; ad eandem rationem circumagi, donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus commodius continetur. Si adductus ad latus sit, ad id quoque fascia deligatur.

De Cubiti luxati curatione. C A P. XVI.

IN cubito autem tria coire ossa, humeri, et radius et cubiti ipsius, ex his quae prima parte huius voluminis posita sunt, intelligi potuit. Si cubitus qui innexus humero est ab hoc excidit, radius qui adiunctus est, interdum trahitur, interdum subsistit. In omnes vero quatuor partes excidere cubitus potest: sed si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur. Si in posteriorem, brachium curuum est, neque extend.

extenditur, breuiusq; altero est. Interdu febrem vomitumq; bilis mouet. Si in exteriore interiore brachium porrectum est, sed paulum in eam partem à qua os recessit recurvatum, quicquid incidit, reponendi ratio una est. Neq; in cubito tantum est, sed in omnibus quoq; membris longis, que per articulum longa testa iunguntur. Vtrumq; membris in diuersas partes extendere, denec spatum inter ossa liberum sit. Tum id os quod excidit ab ea parte, in qua prolapsus est, in contrariam impellere. Extendendi tamen alia atq; alia genera sunt, prout nervi valent, aut ossa huc illuc ue sederunt. Ac modò manibus solis pertendum est, modò quedam alia adhibenda. Ergo si in priorem partem cubitus prolapsus est, extendi per duas manus, interdum etiam habenis inieclis satis est. Deinde rotundum aliquid à lacerti parte ponendum est, & super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in alijs casibus commodissimum est eadem ratione brachium extendere, quæ fracto cubito supra posita est, & tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est, quæ in omnibus. Celerius tantum & saepius id resoluendum est, multoq; magis aqua calida fonsendum, diutius ex oleo & nitro ac sale perficandum. In cubito enim celerius, quam in vlo alio articulo, siue extra remansit, siue intus revertit, callus circundatur, isq; si per quietem increvit, flexus illius postea prohibet.

De Mapp laxata.

C A P . X V I I .

Marius

Manus quoque in omnes quatuor partes prolabitur. Si in posteriorem partem excidit, porrigi digiti non possunt: si in priorē, non inclinantur: si in alterutru latus, manus in contrarium, id est, aut pollicem, aut ad minimum digitum cōvertitur. Reponi non difficilime potest. Super durum locum & renitentē ex altera parte intendi manus, ex altera brachium debet, sic ut prona sit: si in posteriorem partem os excidit, supina: si in priorem, si in interiorem exteriorem' ue, in latus. Vbi satis nerui diducti sunt, si in alterutrum latus procidit manus, brachium in contrarium repellendum est. At his, que in priorem posteriorem' ue partem prolapsa sunt, superimponendum durum aliquid, idq; supra prominens os manū urgendum est, per quod vis adiecta facilius in suam sedem compellit.

De Palma.

C A P. XVIII.

IN palma quoq; ossa interdū suis sedibus prae-
mouentur, modo in priorem partem, modo in
posteriorem. In latus enim moueri paribus ossi-
bus oppositis non possunt. Signum id solum est,
quod omnīs commune est, tumor ab ea, in quam
os venit: sinus ab ea, à qua recessit. Sed sine in-
tentione digitorum, tantummodo bene pressum os
in suam sedem reuertitur.

De digitis.

C A P. XIX.

AT in digitis totidem fere casus, eademq; si-
agna sunt, que in manibus. Sed in his ex-
tendendis non æque vi opus est, cum & articulis
breuior

breuiores, & nerui minus validi sint. Super mensam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt, tum iam palma compelli, atque id quod in latu elapsum est, digitis restitui.

De Femore.

C A P . X X .

CVM de his dixerim, de his quoque que in cruribus sunt, videri possum dixisse. Si quidem etiam in hoc casu quedam similitudo est femori & humero, & tibiae & cubito, pedi & manui. Quedam tamen separatim quoq; de his dicenda sunt. Femur in omnes quatuor partes promouetur, sepiissime in interiorem, deinde in exteriorē, raro admodum in priorem, aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero & vastius est: extra enim pes ultimus spectat. Si in exteriorem, breuius rarumq; fit, & intus inclinatur, calx ingressu terram non contingit, sed planta ima, meliusq; id crus superius corpus, quam in priore casu fert, minusq; baculo eget. Si in priorē crus extensum est, implicariq; non potest, alteri cruri ad calcem par est: sed ima planta minus in priorem partem inclinatur, dolorq; in hoc casu praecepit, & maxime urina supprimitur. Vbi cum dolore inflamatio quieuit, commode ingreditur, totusq; eorum pes est. Sed & si in posteriorē extendi non potest crus, breuiusq; est, ubi constitit, calx quoq; terram non contingit. Periculum autem femori periculus est, ne vel difficulter

ter reponatur, vel depositus rursus excidat. Quidā iterum semper excidere contendunt, sed Hippocrates & Diocles, & Philotimus, & Nileus, & Heraclides Tarentinus, clari admodum autores, ex toto se restituisse memoriæ prodiderūt. Neq; tot genera machinamentorum quoque ad extendendum in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, Faber quoq; quidam reperissent, si id fruſtra eſſet. Sed ut hæc falsa opinio eſt, ſic illud verum eſt. Cum ibi valentissimi nerui, muſculiq; ſint, ſi ſuum robur habent, vix admittere: ſi non habent, poſtea non continere. Tentandum igitur eſt, & ſi tenerius membrum eſt, ſatis eſt habenam alteram ab inguine, alterā à genu intendi. Si validius, melius adducent, qui eaſdem habenat ad valida bacula deligant: tumq; eorum fuitum imas partes oppofitæ moræ obiecerint, ſuperioresq; ad ſe vtraq; manu traxerint. Etiamnum valentius intenditur membrū ſuper ſcamnum, cui ab vtraq; parte axes ſunt, ad quos habenæ illæ deligantur, qui ut in torcularibus conuerſi, rumpere quoq; , ſi quis perſeuerauerit, non ſolum extendere neruos & muſculos poſſunt. Collocandus autem homo ſuper id ſcamnum eſt, aut promus, aut ſupinus, aut in latus: ſic ut ſemper ea pars ſuperior ſit, in quam os prolapſum eſt: ea etiam inferior, à qua recessit. Neruis extensis in priorem os venit, rotundum aliquid ſuper inguen ponendum, ſubitoq; ſuper id,

L genu

genu adducendum est eodem modo, eademq; de cauſſa, qua idem in brachio fit, protinusq; si complicari femur potest, intus est. In ceteris verò casibus, ubi ossa per vim paulum inter ſe receſſerunt, medicus debet id quod eminet, retro cogere, minister contrà inde coxam propellere. Posito osse, nihil aliud noui curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur, ne ſi motum adhuc neruis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

De Genu.

C A P. XXL

Genu quoq; & in exteriorem, & in interiorē, & in posteriorē partem excidere notissimū est, in priorem uon prolabi pleriq; scri pferunt. Potestq; id verò proximū esse: cum idem oppofita patella, ipsa quoq; caput tibiae contineat. Dileges tamen eum cui in priorem partem excidet, à ſe curatum esse memorie prodiit. In his casibus intendi nerui rationib; iſdem quas in femore retuli, poſſunt. Et id quidem quod in posteriorē partem excidit, eodem modo rotundo aliquo ſuper poplitem imposito, adductoq; eo cruce reconditur. Cetera verò manibus ſimil, tmo ossa in diuersas partes compelluntur.

De Talo.

C A P. XXII.

Talus in omnes partes prolabitur. Vbi in interiorē partem excidit, ima pars pedis in exteriorē partem couertitur. Vbi huic contrarius talus, contrariū etiam ſignum extat. Si in priorē partem erūpit, à posteriorē latus nerves durus & insanus eſt, minusq; is opus eſt: ſi

pg

in posteriorem, calx penè conditur, plaga maior fit. Reponitur autem is quoq; per manus, prius in diuersa pede ex crure diductis. Et in hoc quoq; casu diutius in lectulo perseverandum est, ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat, rursusq; prorumpat. Caleamētis quoq; humilioribus primo tempore retendit, ne iunctura talum ipsum laedat.

De Pianta.

C A P. XXIII.

Plante ossa ipsismodi quibus in manu, prodeunt, ipsismodi conduntur. Fascia tantummodo calcem quoq; debet comprehendere: nec cum medianam plantam imumq; eius vinciri necesse est, libertus talus in medio relictus, materiam plenioram recipiat, ideoq; suppuret.

De Digitis.

C A P. XXIV.

In digitis nihil ultrà fieri debet, quamquod in his qui sunt in manu, positum est. Potest tamen conditus articulus medius aut summus canaliculo aliquo contineri. Hæc facienda sunt in his casibus, ubi sine vulnere ossa exciderint. Hic quoq; ex ingens periculum est: ex eo grauius, quo maius membrum est, quo'ue validioribus nervis aut musculis continetur. Ideoq; humeris, femoribusq; metus mortis est, ac si reposita ossa sunt, spes nulla est. Non repositis tamen, non nullum periculum est. Eoq; maior in vitroque timor est, quo proprius vulnus articulo est. Hippocrates nihil tuto reponi posse, præter digitos et plantas et manus dixit, atque in his quoq;

L 2 dilig

diligenter esse agendum, ne præcipitarent. Quidam brachia quoq; & crura reposuerunt. Et ne cancri, diſtentiones q; neruorum orirentur, sub quibus in eiusmodi casu fieret mors matura, sanguinem ex brachio miserunt. Verum ne digitus quidem in quo minimum ut malum, sic etiam periculum eſt, reponi debet ante inflammationem, aut poſtea cum iam vetus res eſt. Si reposito quoq; osse nerui diſtenduntur, rursus id protinus expellendum eſt. Omne autem membrum, quod cum vulnero loco motum, neq; repositum eſt, sic iacere conuenit, ut maxime cubantem inuit, tantum ne moueat, ne'ue dependeat. In omniq; tali morbo magnum ex longa fame præſidium eſt. Deinde ex curatione eadem que proposita eſt, vbi oſib; fractis vulneris accessit. Si nudum os eminet, impedimento semper futurum eſt. Id quod excedit, abſcindendum eſt. Imponendaq; ſupè arida linamenta ſunt & medicamenta non pinguia, donec que ſola eſſe in eiusmodi re sanitas poterit, veniat. Nam & debilitas ſequitur, & tenuis cicatrix inducitur, que necceſſe eſt facile novare poſtea pateat.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

F I N I S.

Q. S E R E N I
S A M O N I C I
V I T A.

Q. Serenus Samonicus Gordiani iunioris præceptor fuit: cuius meminit Spar-tianus in Caracalla, his verbis: Occisi sunt & in balneis plures, & in cœnis: inter quos Samoni-cus Serenus, cuius libri plurimi ad doctrinam extant. Macrobius quoq; Saturnalium ter-tio, carmina quedam de urbibus de-nouendis in libro quinto Recondi-torum Samonici Sereni repe-riſſe se ait. Supersunt ho-die hi hexametri,
præcepta Me-dicinæ con-tinen-tes.

L 3



Q. SERENI SA-
MONICI DE ME-
DICINA PRAE-
CEPTA SALV-
BERRI-
MA,

Antonij Molini; Matisonensis opera, di-
ligenter emaculata.



EMBRORVM series certo de-
ducta tenore

Ut stet, et assimilis medicinæ de-
fluat ordo,

Principio celsa de corporis arce loquamur.

Phœbe salutiferū, quod pangimus, assere carmē,
Inuentumq; tuum prompto comitare fauore.

Tuq; potens artis, reduces qui tradere vitas
Noſti, et in cœlum manes renocare sepultos,
Qui colus Aegeas, qui Pergama, quiq; Epidauriū,
Qui quondam placidi teclus sub pelle draconis,

*tecl a Tarpeias arces, atq; inclyta*templa petiſti,
Depellens tetros praesenti numine morbos,
*locutus Huc ades, et quicquid cupido milii ſepe*rogati
Firmaſti, cunctum teneris expone papyru.

Capiti medendo.

B Alsama ſi geminis instillans auribus ad-
das,

Tum poteris alacrem capit is reparare vigorem.
Vel

Vel que septenis censemur granina nodis,
 Ut ille rectis, vel corno ex arbore fertum,
 Pulegium' re potens vna super aure locabis,
 Aut illud mixto* recoquens clementer aceto, *coctum
 Cauta nare trahes: seu visco linteal nexo
 Induces fronti: seu trita gramina mente.
 Spoggia cum tepidis annexa liquoribus hymbris
 Profuit: aut hedera ex oleo* colata retusio. *decocta
 Profuit & cochleis frontem traclare minutis.
 Si nocuit cerebro violentia solis aperto:
 Sæpe chelidonia ex acido perducta liquore
 Sanavit: prosunt & amica papauera somno,
 Si prius in lento madefacta terantur oliuo. *coquant

Hemicranio medendo.

Portio si capitū morbo tentetur acuto,
 Allia diuersam lana contecta per aurem
 Inducta prosunt, & eodem balsama pacto.
 Allia vel termis piperis terna addita granis,
 Trita limes: certam dabit hæc tibi cura salutem.

Porriginis depellendæ.

Est insensibilis morbus, sed noxia forma.
 Cum caput immēsa pexū porragine ningit,
 Copia farris uti freudentibus edita saxis.
 Hanc poterit malue radix decocta leuare.
 Aut tu fæniculum, nitrumq; & sulphura viua
 Contere, deinde caput permistis ablue cuncis:
 Furfuribus' re nouis durum miscebis acetum,
 Ut varios crines tali des vnguine puros.
 Prodest & tarda demptus testudine sanguis,

L 4 Et

*Et prodest cedro demissus ab arbore succus.
Destinet interea glomerari farrea nubes,
Cessabitq; grauis crebrae porriginis humber.*

Capillo tingendo.

Quos pudet atatis lögæ, quos sc̄tā senectus
Offēdit, cupiunt pperos abscondere canos,
Et nigrum crinem fuso simulare doloso,
His prodest acri contrita cupressus aceto,
Vel frons lentisci, vel tristia poma sabuci:
Lumbrici quoq; terre ſtres miscentur olio,
Et iuuenem praestant rediuiuo flore capillum.
Præterea nixum poterit depellere crinem,
Resina ex facili cara viscoq; coacta.
Ad rutilam speciem nigros flauescere crines,
Vnguento cineris prædixit Tullius autor.
Si prægnans artus captiui soricis edit,
Dicuntur fætus nigrantia lumina fingi.

Pthiriasi arcendæ.

NOxia corporibus quedā de corpore nostro
Progenuit natura, volēs abriūpere somnos
Sensibus, & monitis vigiles incendere curas.

Plin.li. 7. Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi,
cap.31. Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miserum que morte tulerunt.

plin.li. 7. Sylla quoq; infelix tali languore peresus
cap.44. Corruit, & fædo se vidit ab agmine vinci.
Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi,
Vel nitro ac sale permixtis, acidoq; liquore
Laxatis (ut sint simul allia) tangere corpus,

Aust

Aut lacrymis hederæ, aut succo perducere cedri * perfun-
Quin etiam furfur miſto medicatur aceto. dere
Vnda maris lentes capiti deducit iniquas,
Et quicquid cerebri defendit sylua capilli.*

Prurigini, papulis, ac scabiei arendis.

Illotus sudor, vel copia nobilis escæ
*Sæpe graui scabie correptos asperat artus.
Ergo lutum prodest membris adhibere fricatis,
Quod facit ex asino siccatus corporis humor.
Nec pudeat tractare fumum, quem bucula fudit.
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,
Sic pauidum corpus dextra parcente foueto.
Proderit ox oleo puluis, quem congerit alte
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.
Conuenit hinc tepido lita tradere corpora soli.
Feruentes papulas* olco curato liquenti, *papyro
*Aut acido Baccho miscebis farra lipimi,
Atq; hinc in calido percurses membra lauacro,
Pruritus antem salso leuat humor acetii,
Siue maris* rabidi sudor, cochleæq; minute, *auidi
Quarum contactu perimetur acerba libido.**

Phrenesi, & capiti purgando.

Ex vito cerebri Phrenesis furiosa mouet,
*Amissusq; refert frendens amœtia vires,
Siue calens febris iactatos exedit artus,
Siue meri gustus, seu frigoris efficit aura,
Conueniet calidis pecudum pulmonibus aptè
Tempora languentis medica redimire corona.
Illotis etiam lanis suffire memento.*

Ceritum sepe horrendi medicantur odores,
 Atq; ideo sanos etiam curarier est par.
 Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri,
 Vngitur ex succis, dederit quos parua sabucus,
 Expressusq; hederæ mandatur naribus humor.
 Aut mistum ruta cerebro instillatur acetum.
 Non semper præsens dolor est sanabilis: ergo
 Cura magis prodest venturis obuiis morbis.

De fuore capillorum, & maculis
 capitis tollendis.

apponi-
to **D**efluit expulsus morbo latitante capillus,
 Si raro lauitur, seu vis epota veneni,
 Seu salamandra potens, nullisq; obnoxia flâmis,
 Eximum capitum tactu deiecit honorem.
 Nonnunquā variant maculae, paruisq; parumper
 Orbibus aspersum ducit noua vulnera tempus,
 Vipere & pellis cinerem his* addito rebus,
 Robore as' re pilas vrsino iungito seuo,
 Vel testudineo mala permulceto cruento.

Humoribus, & perfrictionibus
 medendis.

Saepe ita puadit vis frigoris, ac tenet artus,
 Ut vix quesito medicamine pulsâ recedat.
 Si ranam ex oleo decoixeris, abjice carnem,
 Membra fove: parili sanat ratione rigorem
 Vrticæ semen, perceptaq; frigora vincit.
 Et ceruina potest mulcere medulla rigorem.
 Decoctum raphani semen cum nelle vorabis,
 Siue fel vrsinum tepefacta dilue lympha.

Proderit

Proderit hoc potu, seu cassis ostreates tuis
 Vsta dabit cinerem, qui pro sale sumptus in escis
 Decutiet gelidum calefacto vertice virus.
 Nonnullus liquidum sumit mulsumq; sinapi,
 Atq; palato agitat retinens q; vomens q;
 Allia nonnulli mandunt, olei ue liquore
 Perfundunt calido cerebrum, nasiq; latebras.
 Quidam lactucae credunt prodesse sapores,
 Curandi modus hic & suavis & utilis id est.

Elephantiasi propellendæ.

Est elephas morbus tristis quoq; nove dirus,
 Non solum turpans infandis ora papillis,
 Sed cita præcipitans funesto fata veneno.
 Huic erit aduersus cedri de cortice succus,
 Mustelaq; cimis, vel fusus sanguis ab illa.
 Nonnulli dixerunt serum prodesse bibendo.
 Menta tri folium potu, apposituq; salubre est.
 Nec frustra bulbos & sulphura iungis aceto.
 Præterea nitrum debes cum melle iugatum
 Spargere lacte bouis, varias sic vngere frontes.
 Cerussam, & chartam, quæ gens Aegyptia mittit,
 *Thure simul misceq; oleum, quod flore rosarum *Tunde
 Conditum est: line sic faciem, sic redde salutem.

Cutis & faciei vitijs propellendis.

Inuidasi maculet faciem lentigo decorans,
 Nec prodesse valent naturæ dona benignæ,
 Erucam atq; acidum laticem simul illine malis.
 Proderit & bulbis mellis dulcedine vietus,
 Cruda're dulcacio miscebis rapa liquori.

Sangui

Sanguine vel leporis morbus delabitur oris.

Frons salicis cum flore suo contrita medetur.

**sunant Sepiolae cineres ex ossibus omnia tollunt.*

Cygneos adipes, hilari misceto Lyæo,

Omne malum propere maculosò ex ore fugabis.

Horrebit si liuor arrox, aut nigra cicatrix,

Attrito sapone genas purgare memento

Rugarum sulcos lentisci mastice tendens.

Si verò vitiū est quod dicit ab impete nomen,

Hoc matutina poteris cohibere saliuia,

Seu folio platani, quod mansum mane vorabis.

Fœda fluunt curui que purgamenta camelii,

Vrentur, cineremq; dabunt, iungentur aceto

Mascula thura simul, diuinaq; cura valebit.

Aurium vitijs succurrendis.

CVM sœuus teneras dolor alte sauciat aures,

Fraxinea in flâmis fundit quē talea succū

Instilles sine obſcœnos ex virgine rores,

Aut succum ex folio, dederit quē populus alba.

Sæpe chelidoniae rapidum sociatur acetum,

Adiunctoq; nitro procedit cura salubris.

Mentastrī liquor expressus conducere fertur,

Infectum violis oleum bene consulit auri.

Annosa rubros si legeris arbore vermes,

Ex oleo tere, sic tepidos infunde dolenti.

**moriēt Si verò obtusa sensus remoretur in aure,*

Lumbricos terræ, seumiq; ex ansere rauco

Ex coquœ: sic veterem poteris depellere morbum.

Felq; bonis surdis etiam prodesse loquuntur,

Si iun

Si iungas olidæ graue quod minxere capelle.
 Si vero* incautus animal penetraverit aures,
 Proderit admisso pauidi fel muris aceto.
 At si lymphæ nocens peruerterit, anseris aptus
 Immitetur adeps ceparum non sine succo:
 Qui grauisest oculis, sensum tamè auribus auget.
 Vis & Phœbigenæ diuinam discere curam,
 Sitq; vel annosis confecta doloribus auris,
 Allia tum septem numero, septemq; lupinos
 Cretaceam dabis in testam: tum delphica frondis
 Addatur, misso totum feruescat aceto,
 Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

Oculorum dolori mitigando.

Summa boni est alacres horum cōtingere visus,
 Quos quasi costodes, defensoresq; pericli
 Prospiciens summa natura locauit in arce:
 Sic tamen ut nullos paterentur de superictus,
 Atq; supercilio pauidi tegerentur opaco.
 Sed dolor immeritum lumen si forte lacescit,
 Lana madens oleo noctiuu connectitur apte,
 Vimentis' ve nepe lumen gestatur amicum.
 Ex folio caulis cineres, confractaq; thura
 Et laticem Bacchi fæte cum laete capellæ
 Desuper induces, atq; una nocte probabis.
 Hyblei mellis succi cum felle caprino
 Subueniunt oculis dira caligine pressis.
 Vettonicæ mansus siccabit lumina succus.
 Si tenebras oculis obducit pigræ senectus,
 Expressæ marathiro guttæ cum melle liquenti

*in patu-
las

Deter

Detergere malum poterunt, vel vulturis atris
 Fella, chelidoniae fuerint quis gramina mista,
 Hec etiam amosis poterunt succurrere morbis.
 Fel quoq; de gallo mollitum simple lympha
 Exacuet puros dempta caligine visus.
 Sine columbarum simus miscetur aceto,
 Seu fel perdicis parili cum pondere mellis.
 Vina Chelidoniae simili ratione iugantur,
 Efficiuntq; suo praelatos vnguine visus.
 Aspera quinetiam mulcent & rupta reducunt.
 Si genus est morbi, miserū quod lumen adurit,
 Hic calor infuso mitescit lacte canino.
 Anguibus erectos adipes aerugine misce,
 Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.
 Aplobum Si vero horredum ducent glaucomata *peplum,
 Spiritus alterius prodest, qui grana cumini
 Pallentis mandens visus exhalat in ipsis.
 infestat, Si tumor insolitus typho se tollat inani,
 rufos & Turgentes oculos vili circumline ceno.
 gliscit in Dentium vitio, & oris fætori
 erbes, medendo.

HAUD facile est acrē dentis tolerare dolorē,
 Quo magis ē equū medicā pñoscere curā.
 Cum Baccho violas decoixeris, ore teneto,
 Mansus item prodest succis oleaster acerbis:
 Hinc oscedo fugit, lingue quoq; vulnera cedunt.
 Cum vino piper & nitro tepidum inde dolenti.
 Saepè chelidoniae succo vel lacte capellæ
 Sanescunt dentes, aut tauri felle innantur.

Aut

Aut acidi latices clauso voluuntur in ore.
 Manditur apta rubus gingivis, & bona labris.
 Lentiscus myrtusq; emendant oris odorem.
 Quod verò assumpsit nomen de dente fricando,
 Ceruino ex cornu cinis est, aut vngula porcae
 Torrida, vel cinis ex ouis, sed non sine vino,
 Muricis aut tostis, vel bulbi extincta fauilla.
 Ambitiosa putas, sunt ista salubria cunctis.
 Ex eos autem dentes si forte quereris,
 Vrefatum muris, patulis & hiatibus adde,
 Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
 Conuenit, atq; eauis immittere partibus apte.
 Prodest & puluis lumbri ci corpore tosto.
 Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.
 Sepe etiam gelida gingivis collue lympha,
 Dentibus ut firmum possis seruare vigorem.
 Si verò infanduan proserpit ad intima vulnus,
 Per miscet oalem parili cum pondere thuris,
 Hinc tractato locu, miram experiere medelan.
 Aut tu siue pilam quæ caudis hæret ouinis:
 Haec ficeata dabit molles, & fracta farinas,
 Huius & attritu tertiis mulcebitur vleus.

Vuæ, faucibus, collo, & quæ mollienda sunt, medendis.

Aegrescant teneræ fauces, cū frigoris atris
 Vis subiit, vel cum ventis agitabilis aer
 Vertitur, atq; ipsas flatus grauis inficit vndas:
 Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore
 Planum radit iter. sic est Hortensius olum

Absump

*Absumptus causis etenim confectus agendis
 Obticuit, cum vox domino viuente periret,
 Et nondum extincti moreretur lingua diserti.
 Ergo omni studio quares inhibere dolorem.
 Simplicibus lymphis confunditur aerium mel,
 Additur excussus niuea similitudine furfur,
 Decocta haec clauso simul excentur in ore.
 Praterea fauces extrinsecus ungere prodest
 Vrso & tauri seu cerisq; remissis,
 Omnia que geminis equabis lancibus ante.
 Disce etiam miram ex humili medicamine curam.
 Aeliaco melli iungas agrestem papauer.
 Decoctumq; simul mandes, mansumq; vorabis.
 Crinitae porri radices quinq; coquuntur,
 Hinc aqua non feruens volvatur fauce sonora,
 Nec tam in stomachu descendat gutta patentem.
 Si vero adficitam langor dejecterit ruam,
 Tunc horas aliquot pronus recubare memento,
 Aut illam puluis tosti releuabit anethi,
 Aut cinis ex cochlea, vel torrida brassica flaminis.
 Verum angina sibi mistum sale poscit acetum,
 Quod refert clauso versatum agitare palato.*

De rigore cervicis.

A *T si cervices, durataq; colla rigebunt,
 Mira loquar, geminus mulcet vnguine
 Hic logus pariter neruos medicina sequitur, (poples,
 Anseris aut pingui torpentia colla fonebis.
 Illinitur valido multum lens cocta in aceto,
 Aut caprae simus, et bulbi, aut cervina medulla,*
Hoc

*Hoc etiam immotos flectes medicamine neruos.
Quos autem vocitant tolles, attingere d extra
Debebis, qua Gryllus erit pressante peremptus.*

Tossi, & choleribus medendis.

Noxia si penitus cholerum saeire venena
Perspicies, cocta lactuca fronde leuabis.
Proderit & caules assumere saepe madentes.
Interdum fauces tussi quatiuntur atroci,
Alliatum sumes decocta, & melle peruncta,
Semina vel raphani permixto dulcia melle.
Aut si fraxinea semen de fronde reuelli,
*Interiora vora retitus contingere dente. *Integrio
Ouum melle teres domitum feruentibus vndis, ra
Marrubium ne potes, haec faucibus optima sumes,
Frænabisq; grauem facili medicamine tuissim.

Digestioni, & stomacho medendo.

Qui stomachum regem totius corporis esse
Contendant, vera nisi ratione videntur.
Huius enim validus firmat tenor omnia membra:
At contra eiusdem franguntur cum la dolore.
Quin etiam (nisi cura inuiat) vitiare cerebrum
Fertur, & integros illinc auertere sensus.
Lactuca semen nigrae quod lignea pila
Triuerit, admixto ieiunius sumito melle,
Sed cochlear trinum gustu tibi sufficit uno,
Aut tritum semen raphani, mulsumq; inuabit;
Sine due partes absynthii, & tertia ruta
Decoctis potantur aquis, siliquæq; madentes,
Semina vel marathri fætae cum lacte capellæ.

Pulegium quoq; decoctum curabit amicē.
 Et potu, & fotu stomacho conductit acetum.
 Seu cochleas vndis calefactas ac propè victas
 Suppositis torre prunis, vinoq; garoq;
 Perfusas cape, sed prodest magis esse marinias.
 At male digestis si crapula scuiet escis,
 Ex pipere, & calida florem de rore marino
 Ebibe, seu salibus piper adde, & tenue cumimis.
 *tanges Quæ coctis*tinges epulis, & raptā vorabis.
 aceti Aut cubitum pergens succis cape tristis anethi.
 Ventriculis mergi raptus saltitus & vestitus
 Tostō pane super, piperis quoq; puluere multo
 Miscentur, capies diuinum munus in istis.
 Proderit hoc stomacho, uictas & cocoquet escis,
 Grana peregrini piperis diffundito quinq;
 Niliaco mellī, quæ mane inserta capessēs.

Felli, vomitui, vel phthisi arcendis.

Liteasī crescent, & cunctis noxia fella,
 Allia parua nouē, piperis tot pmoles grana,
 Quæ cyatho diluta gari mandesq; bibe sq;.
 Hæc iterum septena capis, post deniq; quina.
 Præterea caules, frondet si parua sabucus,
 Decoctos sale permisces, ac iungis oliuo.
 Tunc capis, ac tali auxilio fella horrida purgas.
 Prosunt & pelagi latices, quos pondere iusto
 Dulcibus assicias lymphū, melliq; liquenti.
 Et viueus prodest ex ubere succus aselle,
 vīm Si tepido vīno infundas, ac mella piperq;.
 At vomitum radix narcissi pota mouebit.
 Si verò phthisis annoso sedet improba morbo,

Instit. 26

Intritas vino cochleas haufisse iuuabit.

Proderit & veteris seui pila sumpta suilli.

Carne asine seuq; capre medicina salubris.

Mammis sanandis, vel stringendis.

Vera fœcundo multum lactantia succo
Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt:

Fece igitur valida duri reprimentur aceti.

Post partū tumidas iniuste assurgere mammas

Interdum aspicias, harum mala commemoratur

Murinus simus ex pluvio sedare liquore.

Sin autem clausas penitus dolor angit acerbus,

Lumbricis terre turgentes ruge corymbos.

Si coctigatas studium est præstare papillas,

Ex hedera fertis ambas redimire memento

Protinus, & raptas fumis mandare coronas,

Anseris aut seuum pariter cum lacte tepenti,

Aut ouum illinito tulerit quod garrula perdix.*

*alias, in
positum

Præterea pluvio decocta papauera rore

Hærescent multis post dissoluenda diebus.*

*absoluens
da

Vis & Phœbigene caelestia sumere dona,

Vbera cum tetricis laniata doloribus horrent?*

*yrgent.

Nauis rametū, et que nomine præssion herba est,

Et que vulgari sermone Insana vocatur,

Græcos hyoscyamon proprias cito dicere lingua,

Nec non & calami radix, lapathiq; legumen

Mista dabunt miras (experto crede) medelias.

Relectioni cibi, aut sanguinis

*restringenda.

Si stomachus nondum cœcoetas expuit escas, da.

Et magis atq; magis ritus remendo ualeat, *recolede*

*abstinen-

Allia cedemus, crebrumq; trahemus odorem.
 *fertur de *Sin etiam rutulus* confertur peccore sanguis,*
Sorbitum mentæ, raphanus vel cocta iuuabit.
Sæpe lapis teritur (Specularem nomine dicunt)
Et mistis hauritur aquis, fistitq; cruxrem-
 *robore *Vritur interdum raptus de* subere cortex,*
Et cnis ex calido prodest epota Lyæo,
 *pellis *Ouorum cinis, aut cochlearum, aut deniq; melis,*
 *Aut ci- ** Aut mansus salicium fructus prodesse putatur,*
 nis salicis *Aut platani pilulis acri infundemus aceto,*
 ramis *Nullus erit sanguis, que non cibus iste moretur.*

Iecoris, & lateris vitijs mendidis.

Elençio. *Si molles iecoris fibras dolor hauriet acer,*
φœnix *Protinus ex mulsa potada elephas herba*
salmia. *Sumitur et semē, qd fraxinus alta pfudit, est:*
Vulturis atq; iecur vel ius perdicis apricæ.
Præterea simili drachma pix dura piperq;
Franguntur, sic in mollito puluere iuncta
Egeliis miscentur aquis, recreantq; bibentem.
Absynthi quoq; decocti potabitur humor,
Si latus immeritum morbo tentatur acuto,
Accensum tinges lapidem stridentibus vndis,
Hinc bibis, aut aceris radicem tundis, & una
Cum vino capis. hoc præsens medicamen habetur.
 *cilonia *Quid referam multis composta* Philonia rebus?*
Quid loquar antidotū uarijs? quis ista requirat?
At nos pauperibus præcepta feramus amica.
Nec non & iecoris queretur fibra lusini,
Iungenturq; simul costum, foliumq; piperq;,
Que diluta mero dantur potanda Lyæo.

Est

*Est et vis morbi, quod telum commemoratur,
Cum subito dolor insanus furit incitus iectu,
Persicon huic potum è nuce traditur interiore,
Quæ mihi cura satis casu monstrante probata est.*

Spleni curando.

Quando lien tumido circuligat illa uinclo,
Et plenus splenis demonstrat membra rigore,
Mollibus ex hedera tornantur pocula lignis,
Hinc trahet assuetos æger quoscunq; liquores,
Aut viridis coctorum holerum potabitur vnda.
Proderit exusto fluialis hirudo cruxore,
Sine myrica potens, seu ros cum pane marinus,
Aut hederae succus potu apposituq; iuuabit.
Nec non intactam ferro quam ruderis alnum,
Huic liber eripitur ferro fine, decoquiturq;,
Donec victarum pars tertia subfit aquarum.
Hinc medico potu pulsus dolor omnis abibit.
Nonnulli memorant consumi posse lienem,
Eruum si semper ieuno sumpserit ore.
Arida ficus item feruente domatur aceto,
Et trita illinitur, vel splen apponitur hœdi.
Marrubium in vino potum prodesse loquuntur,
Præterea piper, ac nepeta cum flore et anethum,
Capparis atq; apium, buglossa q; iungitur vna:
Horum decoctos latices potare salubre est.
Pulegium, abrotomis nitida cum masticæ coctum
Actiymbræ specie (quam cōmemorat cephalotē)
Prædictum spleni Deus Ida posse mederi.
Dulcia, Plautus ait, grandi minus apta alieni.
Splen tumidus nocet, et risum tamē addit ineptū,

M 3 Vt

*Vt mihi sardois videatur proximus herbis,
Irrita quæ miseris permiscent gaudia fatis.
Dicitur exectus faciles auferre cachinos,
Perpetuoq; æuo frontem præstare seuerant.*

Præcordijs sanandie.

Languida si duro turgēt præcordia morbo,
Miscentur mulsa farris sextarius unus,
Nec non et lini tunsum, siliquaq; legumen.

Hæc decocta simul, nondionq; tepencia nelles.

*Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris
Cocta lines, durum ut possis mollire tumorem.*

Cryma præterea, bulbi ue linuntur amari.

Proderit et lymphis corpus mersare marinis.

*Quin etiam catulum lactantem apponere membris
Conuenit, omne malū transcurrere fertur in illis.
cui tamen extimeto munus debetur humandi.*

*Humanos quoq; contactus mala tanta sequitur,
Et iunctus vitium ducit de coniuge coniunx.*

***tritæ iun ges** *Quod supereft* thridaci iunges ramenta carinae,
Quod decem ex rebus* confit simul atq; uocatur,*

***decator- thoma ri-** *Masticis addentur fractæ iam mollia farra.
Talibus auxilijs præcordia tuta resident.*

te uocatur Lumbis, & renibus sanandis.

Cum sequit penitus hærens iniuria lumbis,
Igne lapis candes datur exultatibus undis,
Hoc poteris potu tristem superare dolorem,
Aut pice cum melli nitrum sulphurq; et acetum
Succida lana rapit contacta calentibus ipsis,
Proderit hanc egris crebro perducere membris.
Aut caput asparagi cum vino sume retusto,

Sec

Seu mavis appone, modus conductit vterq;.
 Aut adipi mistum lumbis inducito sulphur.
 Saepē chelidoniam cum succo Palladis addes,
 Farraq; quæ tremulis prosunt sudantia flammis.
 Fertur amygdalim & succus nucis esse bibendis:
 Pinsitur, ac tepidis sorbebitur addita lymphis.
 Aut tres ex vino cochlearis ferue scere coges,
 Cumq; suis domibus franges, piperis quoq; grana
 Ter quinq; adiicias, potuq; iuuaberis illo.
 Furfur item parca fuerit cum feruidus vnda,
 Post oleo madidus* succis immittitur aptis, *succis
 Quæ vix passuris* vrentes addito membris. *vrentia
 Prodest ceruinae* vellemens natura medullæ,
 Nec nocuit ciceris cocti potasse liquorem: *medicās
 Aut mistam teneris* maluā contundito porris, *madi-
 Contritumq; simul cum mastiche cofer anethum, danq; ele
 Quodq; decē rebus componi ex nomine clarū est, lisphacon
 His cōtinge locū. Deus hæc mihi certa probauit. vndis

Ventris dolori mitigando.

Si dolor insanus tota defeuit in alio,
 Heminis tribus in lymphatū decoque tritū,
 In vino prius hyssopum, validam quoq; rutam,
 *Aut apium, donec pars duplex desit aquarum. * Atq;
 Potus erit medicus non detractante palato.
 Prætereaniuei sterili, tostā vritur ouī.
 Que postquam in tetrā fuerit conuersa farinam,
 Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.
 Nec non iungenda est vtero noua virga myrica,
 Illæsa hac ferro terraq; intacta teratur.
 Aut medio ventris prodest aspergere terram,

M 4 Quam

Quam signauerunt vestigia pressa rotarum.
 Proderit & puluis facilis sub cardine raptus.
 Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum
 Conueniet, quod iam nobis documenta probarūt.
 Tincta quoq; hoc pæsto medicos dabit hausta sa-
 Cæliacos autē recreabis pane salubri, (pores.
 Quem madido farre efficies, ac mollibus ouis:
 Quorum testa fero prius euanscere aceto
 Refert, & teretes bulbos mollire terendo,
 Cumq; his Lenei durum potare fluentum.

Hydropsi depellende.

COrrupti rectoris vitio, vel splenis, acerbis
 Crescit hydrops, aut cū siccata & febre medul-
 Atq; auidæ fauces gelidū traxere liquorē, (la
 Tum lympha interius vitio gliscente tumescit,
 Secernens miseram proprio de viscere pellem.
 Conueniet teneræ radix decocta sabuci
 In geminis calidi cyathis potanda Lyæi.
 Nec non & tepidis convolues corpus arenis.
 Apposituq; lenes nepeta, gustuq; immabunt.
 Helleboro quoq; purgatur lymphaticus error.
 Aut huius vice quod fert semen lenta genista
 Miseretur, mulsis & caulis ducitur vndis.
 Sæpe & scyllino pelluntur noxia Baccho.
 nitro Est qui præudidum friso sale miscet acetum.
 purgētia Atq; olei succo refricant albentia membra.
 Fraxineum semen cum Bacchi rore bibendū est.
 Nec non apposito curantur dropace membra,
 filicis Aut calido salicis radicem mollit Iaccho,
 Qui subito raptos ventos, succosq; renellit.

Vnguine

Vnguine quo frangit vires languoris aquosī.

Ventri molliendo.

Saepe cibi specie, vitio vel corporis ipso,
Potibus aut duris restricta morabitur aliis.
Vincetur talis mora gramine Mercuriali,
Cuius aquam coeli minimo cum melle bibemus.
Prunaq; conueniunt, que mittit clara Damascus.
Multos præterea medici componere succos
Assuerunt: pretiosa tamen cum veneris emptum
Fallēris, fruſtraq; immensa nomismata fundes.
Quin age, & in tenui certam cognosce salutem.
Aut igitur teclum lana ſupponis alumen,
Aut edis in patinis teneræ decocta fabuci,
Vel cum laete capræ ſalſum mulsumq; capeffes.
Crede tamen potum meliorem lactis equini.
Dicitur hic validos aſine peruincere succos.
Sylvestris ſici lacrymam prodeſſe loquuntur.
Quodq; ſatis melius verbis dicemus Horati
Mugilis, & viles pellent obſtantia conclæ.
Sed cochlear prius eſt vrtica aut furſure paſci,
Purior hinc gūſtus noxa ſine mouerit aliuum.
Sepe thalassomeli**iūctū cumulauitus hymbri*, *adieſto
Hec purgant, parili fuerint ſi pondere miſta.

Solutioni ventris, & dysenterię
compelcendę.

Tam varijs casus mortalia ſecla fatigant,
Ut ſint diuerſis obnoxia corpora morbis.
Sepe etenim nimio cursu fluit impetus aliui,
Frānat commiſlo cum feruet brāſica vino.
Aut cerasi viclum longo iam tempore pomum,

M 5 Succus

Specie, id
est qualia-
tate.

Succus arninae & vitis cum pane medetur,
 Vel bene permixtum calida potatur acetum.
 Vile quidem, facile factu, tamen utile opinor.
 Si ledunt medica data purgatoria dextra,
 Adiecto piperis medicatur puluere calda.
 Sin autem longo decurrent intima fluxu,
 Atq; immane nialum multo iam tempore gliscit,
 Torridus ex vino cortex potabitur omni.
 Ramentum niae credunt prodesse elephantis.
 Arbore Pyramea cortex direpta coquetur
 Axe sub ethereo, sic nigro mista Lyæo
 Immensus poterit potu retinere fluorem.
 Numinis aut iussu cedrum cum mastiche misces,
 Mollit amiq; picc, & rasum de nauibus ronguen,
 Languida quo fidens medicamine membra fouebis.
 Proderit & pueris quos dentis origo fatigat,
 Castaneas coxisse nuces, & sorba vetusta,
 Atq; apium, caulesq; rubus quos fundit acuta,
 Potio que fluidam consumpta morabitur aluum.

Lumbricis & tineis purgandis.

Quid no aduersum miseris mortalib. addit
 Natura, interno cu uiscere tinea serpēs,
 Et lumbricus edax vivant imimica creanti?
 Quod genus assiduo laniat præcordia morsu.
 Sæpe etiam scandens oppletis faucibus hæret,
 Obsessasq; vias vita concludit anhele.
 Ergo ciniis cornu ceruini proderit haustus,
 Vel nepetæ tritum ex vino vel lacte capella,
 Nec non & succus medici potatur aceti.
 Prodest preterea cum Baccho persica frondis.

Demos

*Democritus memorat mente conducere potum.
Sumitur abrotонum, necnon et vile melanthum.
Allia per sese sanant, aut ius coriandri.
Quin et marrubiū decoctū hauustumq; innabit,
Pulegium'ue potens, et agreste iugatur anethū,
Synthesis hæc prodest ruda mollita calenti.*

Colo sedando.

*Cum colus inuisū morbi gemisitima carpit,
Mande galeritā volucrē quā noīe dicunt,
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.
Sine apio nepetas tereti cum mastiche iunges,
Nec non et species ambas redolentis anethi,
Quarum decoctos patiens haurito liquores.*

Vesice, & calculo purgando, & vrine
pronocandę.

*Si cui vesice tardus cunctabitur humor,
Haec mora rumpetur vino peruicta uetus tō,
Prodest ex paruis acinos potare sabucis,
Aut hederæ succum, aut lacrymosi trita sinapis.
Nec non resinas ex oricia terebintho
In speciem eruiliæ paruos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida mistos hauisſe medela est.
Quondam etiam nimio præcepis vrina fluento
Irrigat exuicias, obsecenoq; inficit hymbri:
Ergo cini cornu ceruini proderit hauſtus.
Vel nepeta ex vino tritum vel lacte capellæ.
Tum leporis cerebrum ex vino potare decebit. *innabit
Si dolor internam vesicæ concoquit alium,
Subueniet radix frondosæ epota cypressi,
Pulegium'ue potens domiti seruentibus vndis.*

S

*Si vero in lapides densus conuertitur humor,
Qui retinet cursus, gemitumq; dolore frequētā,
*Sphögite Saxifragam seu fontigenā succurrere credunt.
Præterea semen myrti sylvestris Lacco,
Atq; oleo mistum bibilitur, nec desit acetum,
Vinaq; sumantur fricto condita cumino,
Siue palumborum capitur simus acre ferorum
Dulcacidis sparsum succis trituq; solutum,
Necnon obscenius capræ potabitur humor.
Obruit hic morbum, labefactaq; saxa remittit.*

Conceptioni & Partui.

Irrita coniugij steriles si munera languent,
Et sobolis spes est, multos iam vanap annos,
Fæmineo fiat vitio res, nec' ne, silebo:
Hoc poterit quartus magni monstrare Lucreti.
Sed natura tamen medicamine victa potenti
Sæpe dedit fætus studio curante paratos.
Aut igitur leporis consumit fæmina vuluam,
Aut ouis in stabulis fractas cū ruminat herbas,
Pendentem spumam molli deducit ab ore,
Atq; illam meminit misto potare salerno.
Mercurialis item capitur communiter herba:
Sic cubitum noctu coniuncta festinat uterq;
Atq; ubi iam certum stōdet prægnatio fætum,
Ut facili rigeat seruata puerpera partu,

*Qui, suban
di partus.
* pulegio
admixto ve
nit em -
bryo ne &
aceto.* Diclamum bibilitur, coquæ manduntur edules,
At qui olim mēses minus octo moratus in alio,
Irrumpit thalamos, & nexus soluit inertes.
**Pulegij quoq; purgati tunc conuenit hýmber,*
Cuius opem veram casus milii saepe probarunt.

Quint

Quinetiam sterlus supponunt vulturis atri,

Seriat ut minime partus quā proximus erget. Seriat, sub
Oua etiam ruta & fragili miscentur anetho,
Quæ diluta simul vino, atq; exhausta medentur.

*Profluuiio cuiusq; sanguinis, & ma-
trici subueniendæ.*

Si modicus pleno manat de corpore sanguis,

Subuenit: at nimius cū vita funditur ipsa.

Quapropter multo naris completa crux

Cum fluit, attritus cinex conductit odore.

Lana oleo madefit, sed nondum lauta rosato,

Hec datur in nares, vel claudet densius aures.

*Conritis prodest cochleis * perducere frontem,* * obduce-

Aut galli cerebro, vel sanguine tingit columbae. re

Quod nisi suppressum sanguis, potadus et ipse est.

Præterea Pharijs caput emetire papyris.

Detrahe quod superest, alio genitalia necle.

Fæmineas prodest illinc vincire mamillas,

Menstruus immenso si profuit impete sanguis.

Succida lana malos remoratur subdita cursus,

Mortua quinetiam producit corpora partu.

Sed quacunq; fluit vis immoderata crux,

** Subereus cortex calidis potatur in vndis.* * Suber-

Ante minutatim studio vincente terendus. nus

Pulegij calido purgatur fæmina potu.

Sed si forte crux clausa cunctabitur alio,

Aut molles nepeta, aut ruta quecūq; bibentur,

Aut si puniceos fundit vesica liquores,

Marrubium ex passo tritum perfunditur vndis,

Hi poterunt haustus rutilum purgare colorem.

Relliq

*dicitam Reliquias partus * eadem tibi detrahit herba.
 derr. Quod si saeminei properabit sanguinis hrymber,
 Est qui frusta mole percussu decutit uno,
 Quorum aliquot lanis testu ad praecordia necit,
 Hec simul incantans sisti debere cruentem,
 Ut lapis ille via solitos iam decessit orbes.

Internecandis quae oculos impeditint.

Mobilis hirsutus horret lascivia setas,
 Et gaudet rapto mudari flore pilorum.
 Sed bona non inquam vellendi causa videtur,
 Corpora cum relevat, ratio manifesta salutis.
 Namq; oculos infesta pilorum tela lace sunt,
 Quodq; illis dederat nullum naturatuendis,
 Inde inimica seges proprios defenit in orbes.
 Ergo locum crinis vulsi contingit cruento,
 Que dat avis, tremulus simulat que pellibus alas.
 Praterea quascunq; voleas auertere setas,
 * obduce- Atq; in perpetuum rediuita* occludere tela,
 re corporibus vultis sumi perducito rane,
 Sed que parua situ est, & rauco garrula questu.
 Necnon que stagnis cessantibus hæsit hirsuto
 Sumitur, & viuens famia torretur in olla,
 Hec acidis iungit perniciosa liquoribus artus,
 Aualsamq; retat rursus* per crescere sylam.

Omnibus obscenis medendis.

Dicidu, et que sit membris medicina prudēdis.
 Languidus antiquo purgat penis Iaccho,
 Ac super illinitur fœconde felle capelle,
 Mane nouo myrti froudes comminandere prodest
 Cui dolet, atq; illas in vulnus despiciat ipsum.

Feco

Fece etiam vini genitalia lauta levantur,
 Et tumidos testes nereia lymphia coercet,
 Velbulbi ex mulso, vel cera immista cupresso.
 Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.
 Ramicis immensum fertur cohibere tumorem
 Farmadidum lympha, et serali fronde cupressi,
 Vnde etiam potu frons haec memoratur amica.
 Sin autem existit durum tibi glandibus inguen,
 Proderit induci cochleas cum melle minutae.
 Obscenos si pone locos noua vulnera carpent,
 Horrentum mansa curantur fronde ruborum.
 At si iam veteri succedit fistula morbo,
 Musculo cinere immisso purgabitur ulcus,
 Sanguine seu ricini quem bos gestauerit ante.
 Herba chelidonie fertur cum melle mederi,
 Herbaq; cum seu folijs de mille vocata.

Ischia, & articulare morbo.

Sapius occultus victa coxendice morbus
 Perfurit, & gressus diro languore moratur,
 Populus alba dabit medicos de cortice potus,
 Necnon & tenerae gracili de fronde genitae.
 Arreptos caules, acidoq; liquore madentes
 Sumere conueniet, rubican quoq; ducere potu,
 Aut in amineo cochleas haurire Lyeo.

Si vero articulos tabes inimica per omnes
 Haserit, ex fico betas ac melle ligabis,
 Vel pelagi latices simul & baccheia dona
 Sumere curabis, uimio sed pergitto vino.
 Ennius ipse pater dum poculis seccat iniqua,
 Hoc ritio tales fertur meruisse dolores.

Furunc

* alias,
Bithyno;
vel, irino

Furunculo medendo.

CV'm sanguis nimius puri cōmīstus atrocē
Aestuat, & papulas altē sustollit acutas,
Resinam misces, & saxis ordea fracta.

Conspersa hæc tepidis apponere conuenit vndis.

* hyoscyā *Vitis* & * hyoscyamum caræ seuq; iugatum
mi semen Nectere, nō minus hæc poterit medicina iuuare.
seuumq; Prætereaq; simum ex gallo quod legeris albo.

Hymbribus ex acidis fidens appone dolenti.

Auribus aut pecudum molles ex promito sordes,
Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis.

* tollendo

Carboni * medendo.

HOrredus maris est, pimit q corpora, carbo:
Vrit hic inclusus, vitalia rumpit acerbis:
Hunc veteres quōdam varijs pepulere medelis:
Tertia nanq; Titi simul & centesima Liui
Charta docet ferro talem candente dolorem
Excētum, aut poto raptorum semine pulsum:
Infecti dicens vix septem posse diebus
Vitam produci: tanta est violentia morbi.

* laticem Dulcacidum * laticemq; cumini semine iunges,
cum lini Atq; simum pariter Paphia compone columbae.
Hinc line diruptas partes, & clausa venena.

* adoper- Præterea tritì reserant * & operta lupini.
ta Nonnullus calcem viuam dissoluit aceto,

Fumantemq; niuem papulis apponit acerbis.

Est qui galliae perducat stercore corpus.

Allia vel piperi parce commis ta linuntur

Pythagoræ cognata leui condita cumino.

Proderit & madida fermentū polline turgens.

Pani,

Pani, vomice, & strumæ depellendis.

Sunt alij quos dura* mouet natura tumores *vomit
Non minus horrendi, sed non ita perniciosi.
Vomica qualis erit, vel idem proxima quedam:
Simplice resina miscebitur hordeatus,
Et mulso amnes, & purgamenta columbe,
His bene decoctis languentia membra fouentur.
Mollis odorato faba iungatur coriandro.
Proderit appositum, mollitq; aperitq; tumorem.
Aut de phasganio radix decocta palustri,
Quæ salis admixto tundetur condimento.
Proderit & mäsum quod traxeris arbore viscum.
Gramen bryoscyami cereæ seuq; retusum
Concilia, mistisq; locos perdue dolentes,
Exercere etiam corpus medicina potens est.
Ouum defundes in scutile, dein deputamen
Marrubij succo implebis, post melle liquesti
Omnia consociata tepenti prospera potu
Sumuntur, reserantq; malum purgantq; leuantq;.

Igni sacro demouendo.

Est etiam morbi species, que dicitur ignis, ἐγνωστιπλάκη
Laguida quo multo torretur membra calore, Græcis dici
Vel tu vicino serum bouis igne remittis,
Mollitumq; limes, vel oloris fecibus oua,
Sed non cocta dabis, sic torrida membra fouebis. ιδια
Lumbricus terræ misto inducetur acetum, Vulgo
Aut parili noua ruta modo, sed iungis oliuum,
Ouaq; cum betis profundit sape illata tritis,
Allia dant cinerem sociato oleoq; garoq;, ignis
Vnguine quo gliscens deponet flamma furorem.

*Sæpe chelidoniæ pars candida iungitur ouï.
Que modico potu sed vili trita capesset,
Admiserere memor lymphas amnemq; salerni.*

Podagræ depellende.

*trigemi
n.s.s.

Quedam: ut rabide medicamina digna poda
Cui ter* tricenas spes Epidauri ipse (græ,
Dixit inesse deus, requiem tamen indere morbo
Fas erit, et triistem saltum mulcere dolorem.
Ergo age et arreptu salicis frondemq; librumq;
Cum vino tere, sic contraclos perline neruos.
Aut cum prima mali se se ostentabit origo,
Feruida non timidus tolera cauteria plantis,
Seminecis' ue hirci referato pectore calces
Insere, sic dire reprimes primordia pestis.
Aut si corruptus persederit altius humor,
Tritacupressus ibi Baccho imgetur acerbo
Panibus et teneris, cohibebitq; addita questus
Parua fabucus item hircino collita seuo,
Triticeaq; acido manantes amne farine,
Aut nitidum ranæ decoctum viscus oliuo,
Siue chelidoniæ succus sale mixtus aceto.
Sunt quibus apposita siccatur hirudine sanguis.
Non audita mihi sit fas, sed lecta referre,

* rabidus Hoc quidam * raptus morbo per tempora messis

*mersit Vicino plantas frumenti * pressit aceruo,

Vide Plin. lib. 22. cap. Euasitq; grauem casu medicante dolorem.

25. Vulneribus ferro, aut verberibus facit.

Natura vitijs medicas obiecimus artes,
Nunc et fortune iaculis obsistere par est.
Si cui forte Lapis teneros violauerit artus,

Necle

Nec te adipes vetulos & tritam chamecissōn,
 Nec pudeat lute& stercus perducere porcē.
 Sin autem saeuo laceratum est verbere corpus,
 Tum lixiuia cinis ceras dissoluit & ona;
 Admīstoq; oleo vibices comprimit atras.
 Si verò infrænus manat de vulnere sanguis,
 Purpura torretur conchyli perlita * fuso,
*succo
 Huius & atra cinis currentem detinet vndam.
 Verrucae quoq; desect& frænare cruorem
 Dicitur ambustus tyrio de vellere puluis:
 Praterea nimios reserati vulneris amnes
 Peniculi cinis astringit vel fimbria porri.
 Siue fimus mami cum testis vritur oui,
 Et reprimit fluidos miro medicamine cursus.

Vulneribus quibuscumque casis
 bus facit.

TAM varia humanæ sūt vulnera cōditiones,
 Ut nequeā proprias cūctis ascribere ciu. as.
 Iisdem igitur monitis casus* armabimus omnes, *sandis
 Sic tamen ut nullus medicinam clauserit error. mus
 Ergo modus quicunq; obtingit vulneris atri,
 Contritus cum melle dabit medicamina bulbis;
 Herbaq; quæ folijs nomen de mille recepit,
 Appositu prodest adipi permīta vetusto.
 Succida cum tepido nec tetur lana Lycos.
 Ambust& ue cinis complebit vulneris oras.
 Concludit verò velfrons vel ramus ab ulmo,
 *At succis bederæ pulchrescit fœda cicatrix. *vt

Homini ac simiē mortui.

SIUE homo, seu similis turpisima bestia nobis
 Vulnera dēte dedit, virus simul intulit atrum,

*puro Betonicam ex *duro prodest assumere Baccho.
Necnon & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorsis fuerit circumlita membris.

*venenis serpentium morsibus, & * viperinis
excludendis

CVspide nō quisquā lo ge neq; cede carisse,
Fulmē nō gladij, volucris nec felle sagittæ
Quām cito viperæ potis est affligier iēlu.
Quare aptam dicamus opem, succosq; medētes.
Quem nocuit serpens, fertur caput illius apte
Vulnibus iungi, sanat quem fauci at ipsa:
Viq; Larissa curatus Telephus hastæ.
Proderit & caulem cum vino haurire sabuei,
Aut coctum raphanilibrum tritumq; ligare,
Siue etiam excelsa folium de mole cupressi,
Aut titlymallus atrox vulnus cōtrita pungit.
Carduus est nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in anni.
Ceruino ex fœtu commis̄ta coagula vino
Sumuntur, quæ res membris agit atra venena.
Aut ferule radix potatur in lymbre Lyei
Betonica' ne leues, galline aut iura vetustæ.
Si verò horrendum vulnus fera fecerit aspis,
Vrinam credunt propriam conducere potu,
Varroni fuit ista sensis sententia: necnon
Plin. 28. cap. 6. (Plinius ut memorat) sūpti inuat lymber aceti,
Dicendū, et quæ sit præcox medicina timeti,
Cautio: nariq; potest diros præuertere morsus,
Si iecur exēclum tardo de vulture portes.
Erucis aut si totos perduxeris artus,

Q. 25

*Quis prius attrit as vehementi spargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quiesces,
Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.*

*Toxica præterea qua sint pellenda medela,
Expediam: sanguis poterit prodesse caninus,
Qui facili potu antidotos imitatur honestas.
Vis et mirificos cauts prædiscere odores,
Accensis quibus arcetur tetterima serpens,
Aut styracem torres, aut diri vulturis alam,
Vel nepetæ, aut frondæ rigidæ stirpemq; myricæ.*

*Ictibus Scorpis, & mortibus Muris
cæci, vel Aranci.*

Sunt minima species, sed dire vulnere pestes,
Que magis in tenui latitatem corpore fallat,
Scorpius ut granis est et araneus, haec mala semp
Captant securos multa iam nocte sopores,
Et documenta dedit nobis prostratus Orion,
Magna quod exiguis perimitur* saepe venenis. *membra
Et quum vulnus atrox incus sit scorpius ardēs,
Continuò capitur, tunc digna cæde retusus,
Vulneribusq; aptus fertur reuocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læsa fouentur,
Siue meri potu dissoluitur improba pestis.
Ad cunctos autem morsus ictusq; minorum
Caseus aptus erit * simæ de lacte capellæ, *pauidæ
Cumq; hoc absundi debebit origanum herba:
Hæc duo mirificis curabunt icta medelis.
Necnon * peniculo calidum annectetur acetum, *faenicu -
Aut viuum sulphur fucci cum fece Lyxi. lo
Exiguo piperis cerebrum conspergito * galli, *melis

Quo lita senescent depulso membra dolore.
Sin autem muri nocuit violentia cæci,
Que sola signavit voluendis orbita plaustris,
Illine, mira datur vili de puluere cura.

Subitaneo dolori, febri, atque
 ostocopo.

Nonnulla existit subiti noua causa doloris.
 Cuius origo latet, veris reprimenda medeliss.
 Namq; chelidoniam misto sale nectere prodest,
 Velleraq; infuso recalentia sulphure sanant.
 Ostocopon lento conducit melle perungi.
 Sin autem calidæ depascent corpora febres,
 Tunc apij succus leni sociatur oliu.
 Membra lines, fatuq; ferus mulcebitur ignis.
 Nec spernendus adeps, dederit quæ bestia melis.
 Seminecis corui lacrymam miscere liquori
 *dolentes Conuenit, atq; artus illinc mulcere*calentes:
 Sic lacerat morbum, bilem q; reuoluit in aluum.
 Præterea chrynum stomacho desiccat iniustum,
 Que magis atq; magis promittunt corpora claudi.
 Febris aut longis galli noua iura vetusti
 Subueniunt, etiā tremulis medicantia membris.

Quartanæ typo medicando.

Ne tu crede leuem dilato tēpore febrem,
 Que spatiū sibi dat, magis ut cessando
 Letali que graffat quartana calore, (calefacit,
 discam) Ni medicas adlibere manus* curem* et herb. as.
 Allia non pudeat terro cum cinice trita,
 Et dilata mero medijs haurire diebus.
 Aut facilem iecoris murini ducere fibram,

Quatu

Quattuor ut duri iungantur scrupula Bacchii.
 Mira est absynthi cum simplice potio lympha.
 Sume tribus digitis apprensum semen anethi,
 Tantundem marathri, mulsum nec desit acetii,
 In cuius cyatho praedicta salubriter haurie.
 Neoniae Iliados quartum suppone timenti.
 Aut leporis trepidi diluta coagula trade.
 Prodest et potus, *sed mulsus doridis humor. *ve l
 Quidam etiam miranda ferunt veniente calore,
 Iurantes ludum Veneris munusq; petendum.
 Sed prius est oleo partus feruescere rane,
 In triujs, illoq; artus perducere succo.

Tertianæ typo medicando.

Est etiam alternis febris rediuiua diebus,
 Tempora discernes quasi iustæ pödera librae.
 Ut possis igitur tales prohibere furorem,
 Involues cera pallentis grana cumini,
 Pumiceaq; indes pelli, colloq; ligabis.
 Pulegij ramus lane velatus amiclu
 Tempore suspecto medicos præbebit odores.
 Præterea tritus cimex potatur in ouo
 Horridus attractu, sed guslu commodus apto.

Puniceæ
pelli, hoc
est, malicio
rio, qua
testa ē ma
li punici.

Quotidianæ typo medicando.

At qui continuis non cessat adire diebus,
 Sed tatu certas morbi discriminat horas,
 Triticeum metuit granis (si credere dignum est)
 Quod latitans fracto fuerit sub pane repertum,
 Nec non ossa iuvant septis inuenta domorum.
 Conuenit haec tereti pendentia subdere collo.
 Multaq; præterea verborum monstra filebo:

N 4 Nam

Nam febrem vario depelli carmine posse
Vana supersticio credit, tremulaq; parentes.

Hemitritæo depellendo.

Figes hoc
vi. felicit
modo, atq;
ordine:
Abracadabra
abracadab
abracadab
abracada
abracad
abrac
abrac
abra
abr
ab
a

Mortiferum magis est, qd Græcis hemitritæo
Vulgatur verbis, hoc nostra dicere lingua
Non potuerat illi, puto, nec voluere parentes.
Inscribis chartæ, qd dicitur Abracadabra,
Sæpius, & subter repetis, sed detrahe summā,
Et magis atq; magis desint elementa figuris
Singula, que semper rapies, & cetera figes,
Donec in angustum redigatur littera conutn.
His lino nexus collum redimire memento.
Nonnulli memorant adipem prodesse leonis.
Coralium atq; erucum corio connectito felis,
Coralium verò si collo necltere velles,
Nec dubites illis virides miscere smaragdos.
Talia languenti conduceant vincula collo,
Letalesq; abigent (mirada potentia) morbos.

Fracturis, & luxis sanandis.

Infandum dielū cunctis procul absit amicis,
Sed Fortuna potens omen cōvertat in hostes.
Vis indigna nouo si sparserit ossa fragore,
Comueniet cerebrum blandi canis addere fractis,
Linteal deinde superq; inductis necltere lassas.
Sæpius & succos conspergere pinguis oliui,
Bis septem credunt coalescee cuncta diebus.
Aut veteri Baccho capræ simus inde petulæ,
Hoc aperit classum, trahit hærens, sanat apertū.
Si verò caput infestus colliserit ictus,
Ex oleo necli vestis debebit arachnes,

Nesciet

Nesciet hæc illinc (nisi cum sanarit) abire.
 Quod si luxa suo decadant membra tenore,
 Vrere fæmineos crines, ac iungere seuum
 Congruet, ac tali medicamine mota ligare.
 Aut malum ex pingui tritus apposuisse inuabit.
 Aut si conclusum seruauit tibia vulnus,
 Stercus ouis placida iunges adipesq; retusos,
 Pandere que poterunt ulcus, patuloq; mederi.

Neruis incisis, & dolentibus, atq;
 contractis.

HAUD QSQ; credet disiectos vulnera neruos
 Ad solitum rursus reuocari posse vigorem.
 Sed prodest terra lumbricos indere tritos,
Quis ^{*rancens} vetus e^r rane sociari axungia debet.
 Si verò occultus neruos dolor rrit inertes,
 Vulturis excisos adipes rutamq; remitte,
 Aut cäram, e^r tali recreabis languida fotu.
 Conuenit e^r pelagi calidis perfundier vndis.
 Carica, vel betis lento cum melle iugatur.
 Aut Baccho madefacta Ceres cū frōde cupressi,
Quo ^{*fotu} poteris^{*} potu recreare rigentia membra.
 Sim autem subito replicantur corpora morbo,
 Contractos reuocat neruos caro sumpta colubæ.

Aegrī somno adscendo.

NON solū miseros teterrima febris adurit,
 Sed super optato pergit viduare sopore,
 Ne profint plicidi coelestia munera somni.
 Charta igitur, varys quam pinxit litera verbis,
 Vritur, inde cinis calido potatur in anni.
 Proderit e^r magnū capiti subternere fulcrum,

N S Prodest

Prodest et miſtam lymphis potare cupressum,
 Palladis itidem succis, quos flore rosarum
 Lungis, et immisces madidi tritumq; papaver.
Quo lita frons facilem prebebit nocte quietem.
 Necnon mandragorae guſtu sopor additur altus.
 Dilue preterea glomeramina, que gerit intus
Clausa aries inter geminæ coxendicis umbras,
 Inde soporati ducentur gutture potus.

Lethargia expellendæ.

Diximus hæc sorte misericordia mortalibus esse,
 Ut sint sape mala inter se contraria morbi,
 Deniq; nonunquam somno sic membra grauantur,
 Ut coniungatur leto sopor altus acerbo.
 Ergo leui flamma torrentur cornua caprae,
 Quo nidore grauem repellent lumina somnum.
 Aut veneris labrum que dicitur herba, bibetur,
 Quæ teritur prius, et vino confusa liquefcit.
 Conueniunt acidis euphorbia miſta fluentis,
 Gramina vel rutæ gemina si nare trahantur.
 Quidam dira iubent, septeno cimice trito,
 Ut ritinentur aquæ, cyathusq; bibatur earum.
 Hæc potiora putant, quam dulci morte perire.

Comitiali morbo.

Est subiti species morbi, cui nomine ab illo est,
 Quod fieri nobis suffragia iusta recusant.
 Saepè etenim membris atro languore caducis,
 Consilium populi labes horrenda diremit.
 Ipse deus memorat dubiæ per temporalia luna
 Conceptum, talis quem sape ruina profudit.
 *atri Prodest cum veteri Baccho fel rulturis *ampli,
 Sed

Sed cochlear plenum gustu tibi sufficit uno.
 Aut crux ex progne mistus cum polline thuris,
 Aut apium elixum, aut conditum melle fel agni,
 Marrubium re pari consussum pondere melle,
 Cui tu terna dabis gustu cochlearia in uno.
 Aptus mustele cinis est et hirundinis una.
 Præterea pluia hominis quas calua supina
 Excepit proiecta sinu, consumere prodest.
 Aut lapis ex nido, raga que congesit hirundo,
 Vellitur, et nexu fouet attolitque iacentem.
 Pellitur (ut fama est) gustu quoque ligor arthri.
 Regio morbo pellendo.

REGIUS est verosignatus nomine morbus,
 Molliter hic quoniam celsa curat in aula.
 Huic rubia ex mulsa fertur conducere lympham.
 Allia trita dabis vino madefacta calenti.
 Vellera cum viuo suffiri sulphure prodest.

Infantibus dentientibus, vel strige
 inquietatis.

NVDI hoīem primū *mater natura p̄fudit, *mundis
 In sup excruciat, niueis cū dētibus armat.
 Collo igitur molli dentes necentur equini,
 Qui primi fuerint pullo crescente caduci.
 Aut teneris cerebrum gingivis illine porci.
 Aut leporis niueum bibitur cum laclē caprino.
 Præterea si forte premit strix atra puellos *alias:
 Virosa immulgens exertis huberalabris, tundi sen-
 Allia præcepit *Titini sententia necit, tentia Ve-
 Qui veteri claras expressit more togatas. cli
 Combus

Combusturis igne, vel frigore.

SVnt diuersa quidē mala frigoris atq; caloris,
Sed tanē amborū simili nocet vlcere virus.
Illa quoq; vſta putas, que sunt niue leſa rigente,
Conuersa in cimerem platanī pila curat vtrunq;
At verò ambustum flammis qui candidus ouī
succus inest, penna inductus sanare valebit.

Aut tu succosæ cinerem perducito lan.e,

*lini *Aut viuam ex oleo* veteri componito calcem,*
Ordea vel franges atq; ouī candida iunges,
Adsit adeps porcæ (mira est h.ec forma medele)
Iunge chelidonij, ac sic line vulnera, succis.
Quodq; recens vſsit glacies axungia simplex
Mulcit, et ex facili grata est medicamine cura.

Venenis prohibendis.

VT tutus si. is infestæ fraude nouerce,
Vel quicunq; tuo carpetur liuidus auclu,
Non expectatis eat obuia cura venenis,
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur,

*variatio Produnt electri*rorantia pocula virus.

Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ
Conueniunt potu, dimersa' re fucus oliuo.

Sæpe etiam raphani predixit numen edendum,
Antidotus verò multis mithridatica fertur
Consociata modis, sed Delagnus scrinia regis
Cum raperet victor, vilem deprendit in illis
Synthesim, & vulgata satis medicamina risit.

Bis denum rute folium, salis & breue granum,

*terno Iuglandesq; duas, *totidem cum corpore fucus,
H.ec oriente die parco conspersa Lyæo,

Lining lib. 23. 23 Gal. 2. Deulim. f. 23. Sum
Dioscor. lib. 1. Deulim. f. 23. Holeri
2. de peste. Riga b. 1. Deulim. vagante

Sumebat metuens, dederat que pocula mater.

Venenis datis.

Si nequit infans praeuertere cautio virus,
Proximus ille gradus data pocula pellere
Lac asine placideq; bonis pdesse loquunt. (cura.
Betonicam ex paruo sumunt pleriq; Lyeo.
Quod si hederæ succos, q; truncos implicat altos,
Instilles pateris, poterunt haud vlla nocere
Pocula, que quisquam scens vitiauerit herbis.
Si quis hyoscyamum gustarit, lacte capellæ
Exhausto, rabidos poterit mulcere furores.

Vulneribus ex re dubia curandis.

Vulnera tabescunt spatio vitiata dierum,
Curaq; nil prodest, nec ducit vlla cicatrix.
Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet,
Vlceris annosifimus ut coalescere possit,
Marrubium si tu recoquis, illoq; liquore *thure ca-
Vulnus atrox foueas, cineres vel hirundinis alte quas
Inducas, leporis' ve aspersa coagula viro,
Aut hederam Baccho decoctā, et semen anethi,
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
Lumbriciterre poterunt conducere vulnus,
Aut facilis lapathi* cumulatio vulnera purgat, *comala-
Et commixtus adeps sed nonnullo sale tactus. tior ulce-
Pinea præterea viro cum sulphure cortex, ra purg.
Et pice cum spissa iam perditæ membra reponit.

Verrucis tollendis.

Infernum existit turpi verruca papilla,
Hinc quondam Fabio verū cognomen adhesit,
Qui solus patriæ cunctando restituit rem,

Id p

*Id poterit vitium sanguis curare lacertæ,
Aut urina canis cum terra inducta madenti.
Lichen Aut herbe succus, quæ fertur nomine Lathyr,
Et titlymallus item tali satis apta medelæ.
Si rupta immensos fundit verruca cruentes,
Purpureo triti cineres de vellere prosumant,
Quod fuerit vero conchylii sanguine timelum.*

Hæmorrhoidibus medendis.

Excruciant turpes anum si forte papillæ,
Agrestis prodest radix superaddita porri.
Ni violet, farat iuglandis fragmine clausa.
Sal niueum sumes, beticum quod nomine dicunt,
Dulcia cunq; nigra iunges fuligine mella.
Apponesq; super, pellit medicina dolorem.

Quæ sequuntur, ex Aldino codice hoc trans-
ferre libuit: et si videantur non esse Sereni.

P A R A L Y S I D E P H L L E N D A E.

Prima die ita agendum.

Hunc quicunq; cupis citius depellere morbus,
Protinus antidotum studio tu perfice miru,
Scilicet ut valeas languenti ferre medelam:
Castoreas siliquas bis sex perquirere cura,
Tristis item digitis lympham metire duobus:
Deniq; tunc capies phialam quæ iustior extat,
Aut equidem flamas: sed primas subiace solers:
Proderit interea tepidum potantibus illud:
Ieiuniis sed enim potius prebere memento.

Secunda ita medendum est.

Cumq; secunda dies orbi peruenierit omni,

Haud

Haud alijs rebus prudens adiungere cures.
 Castoris atq; nomen siliquas appendito statim,
 Atq; duos semis digitos metire memento
 In calice atq; probo lympham miscere duobus:
 Qui patitur tepidū languens hinc sorbeat ipse.

Tertia die ita curandum est.

Gratior atq; dies ternus cum venerit imo,
 Rursus in cōgrotō constanter fer medicamen,
 Castoreas siliquas iterum quae pondere sint sex:
 Hinc etenim bimis digitos metire memento
 De lymphā liquida: sed enim subiungere cura
 Et simili debes tepidum p̄ebere modo tunc.

Ita peragēdum est à quarta die vsq; ad sextam, & à septima vsq; ad nonā, à decima vsq; ad duodecimam, & mirifice prodest.

Quid quarta die, & reliquis peragendum sit.
Quartus & ille dies consentit: nec' ne priori
Quintus & est similis percellens namq; secundo:
Sextus itemq; simul concordat deniq; terno:
Septimus vsq; nonum percurritur ordine primo:
 Sic decimas currens concenditur ad duodenum.

P I N I S.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO



Q. RHEMNII
FANNI PALAEMONIS

~~LITEROS~~ DE PONDERIBVS

DEL DR. ET MENSVRIS

L. MAROC LIBER.

Sunt, qui
huiusopu-
sculi Pri-
scianū au-
torem esse
putent: sed
reclamat
eruditio-
rū maior
pars.



ONDER A P. onijs veterum me-
morata libellis

Nosse iuvat: pondus rebus natura
locavit

Corporeis, elementa suum regit omnia pondus,
Pōdere terra manet, vacuus quoq; pōderis ather
Indefessa rapit voluentis sydera mundi.

Ordinar à minimis, post hæc maiora sequentur.

Nam maius nihil est aliud, quam multa minuta.

Semioboli duplū est Obolus, quē pōdere duplo
Gramma vocāt, Scrupulu nostri dixere priores.

Semina sex alijs siliquis latitantia curuis,

Attribuunt scrupulo, lentes veraciter oculo,

Aut tot idē speltas numerant, tristes' ve lupinos
Bis duo: sed si par generatim his pondus inesset,
Seruarent eadem diuersæ pondera gentes,

Nunc variant: etenim curcula non fædere certo

Naturæ, sed lege valent, hominumq; repertis.

In scrupulis ternis Drachmā, quo pōdere doctis

nūmūs Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Holceq; à drachma non re, sed nomine differt.

Drachmā si gemines, aderit quem dicier audis,
Siciliquis: drachmæ scrupuli si adiectio fiet,

Sextula

*Sextula quæ fertur, nam sex his vncia constat:
 Sextula cum dupla est, ueteres dixerunt Duellam.
 Vncia fit drachmis bis quattuor: unde putandum
 Gramata dicta, quod hæc viginti quattuor in se
 Vncia habet. tot enim formis vox Graeca notatur,
 Horis quot mundus peragit noctemq; diemq;.
 Vnciaq; in Libra pars est, que mensis in anno.
 Hæc maior Latio libra est, genti q; togatae.*

*Attica nā minor est, ter quinq; hæc deniq; drach
 Et ter vigenis tradunt ex plerier vnam. (mis,
 Accipe præterea, paruo quam nomine Gray
 Minam vocitant, nostrisq; Minā dixerunt priores,
 Centū hæc sunt drachmæ. quod si decerpseris illis
 Quattuor, efficies hanc nostram deniq; libram.
 Attica quæ fiet, si quartā dempseris hunc, Mina.
 Cecropium superest post hæc docuisse Talentum
 Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas,
 Quod summi dicitur perhibetur pōdus Athenis,
 Nam nihil his Obolo'ue minus, maius'ue Talēto.*

*Nunc dicam, solidæ quæ sit diuisio libræ
 Siue Assis, nam sic legum dixerunt periti.*

*Ex quo quod soli capimus perhibemur habere,
 Dicimur aut partis domini pro partibus huius:
 Vncia nam libræ si deest, dixerunt Deuncem:*

*At si sextantem retrahas, erit ille Decuncis:
 Sed nullum reliquo nomen Semuncia certum
 Dēpta dabit, neq; enī est huius Sesquicia triplex:
 Dodrantē reliquū vocitant quadrante retracto:
 Cumq; triens desit, Bessem dixerunt priores.*

*Decuncis,
 prodecūx,
 qui & Dex
 rās dicitur,
 positum va
 detur.*

Iidem Septuncem dempto quincunce vocarunt.

○ Post

*Post huc Semissis solidi pars maxima fertur.
Nam que dimidium superat, pars esse negatur,
Ut docuit tenui scribens in puluere Iolusa.
Cetera dicta prius quibus est semuncia maior.*

*De ponderibus, sive mensuris humido-
rum, & frugum.*

FT de pōderibus, suberest pars altera nobis,
Humida metiri, seu frugum semina maius,
Cuius principio nobis pandetur origo.
Pes longo spatio latoq; notetur in anglo,
Angulus ut pars sit, quem claudit linea triplex.
Quatinus ex quadris medium cingatur inane.
Amphora sit Cubus, quem ne violare licet,
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidiū fert Urna, ut et ipsa Ioledinis
Amphora, terq; capit modium, Sextarius istum
Sex decies habuit, quot soluitur in digitos Pes,
At Cotylas quas, si placeat, dixisse licebit.
Heminas recipit geminas Sextarius unus,
Qui quater assūptus fit Graio nomine Chœnix.
Adde duos, Chius sit vulgo, qui est Congius idē,
A quo sextarij nomen fecisse priores
Crediderim, quod eos capiat sex congius unus.
At Cotyle cyathos bis ternos una receptat,
Sed de abaco nobis id pondus saepe notatur,
Bis quinq; huc faciunt drachmae, si appēdere tētes:
Oxybaphus fiet, si quinq; addantur ad illas.
At Ilystrum cyathi quarta est, ac tertia mystri,
Quam vocat Cyane, capit haec cochlearia bina.
Quod si mensurae pondus componere fas est,
Sextarij

Sextarij Cyathus pars est, quæ est vncia libre,
 Nec non oxybaphi similis Sescuncia fiet.
 Siciliquamq; tibi mystro simulare licebit.
 Cochlear extremū est, Scrupuliq; imitabit instar.
 Attica præterea dicenda est Amphora nobis,
 Seu Cadus, hanc facies, nostræ si adieceris vrnā.
 Est et bis decies quem conficit amphiora, nostris
 Culleus, hac nulla est maior mensura liquoris.
 Est etiam terris (quas aduenia Nilus inundat)
 Artaba, cui superat modij pars tertia post tres,
 Nanq; etiam modijs explebitur Artaba triplex.

De ponderibus variorum liquorum,
 & aquarum.

Illud præterea tecum cohibere memento,
 Finitum pondus variis seruare liquores.
 Nam librae (ut memorat) besse Sextarius addet,
 Seu puros pendens latices, seu dona Lyæi.
 Addunt semissim librae* labentis oliui,
 Selibraramq; ferunt mellis superesse bilibri. *liuentis
 Hec tamen assensu faciliter sunt credita nobis:
 Nanq; nec errantes vndis labentibus amnes,
 Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni
 Manantes par pondus habent: non deniq; vina,
 Quæ campi aut colles nuper' ue aut antè culere,
 Quod tibi mechanica prōptū est de promere musa.
 Dicitur argenti, temui' ue ex are cylindrus,
 Quantum internodos fragilis producit arundo,
 Cui cono interius modico pars ima grauatur,
 Ne totus sedeat, totus' ue supernatet vndis,
 Lineaq; à summa tenuis descendit ad ima

o 2 Ducta

Ducta superficie, tot quæq; in frusta secatur,
 Quot scrupul^o grauis est argenti eris' ue cylindrus.
 Hoc cuiusq; potest pondus spectare liquoris.

Maiori, Nam si tenuis erit, maiori mergitur vnda:
 subaudi Sin grauior, plures modulos superesse notabis:
 pôdere.

Modulos, Aut si tantundem laticis sumatur utrinq;,
 id est par- Pondere prestatib[us] grauior: si pondera secum
 tes, in quas Cōveniunt, tunc maior erit, quæ tenuior vnda est.
 cylindr^o in- Quod si ter sepe rem numeros texisse cylindri
 telligatur dimisus. Hos vide as latices, illos cepisse ter octo,
 His drachma grauires fatearis pondus inesse.

Sed refert æqui tantum conferre liquoris,
 Ut grauior superet drachma, quanto expulit vna.
 Illius aut huius teretis pars mersa cylindri. (dæ,
 Hec de mensuris, quarum si signa requires,
 Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

De inventione argenti, auro in una
 massa permisisti.

Nunc aliud partū ingenio trademus eodē.
 Argentum fulvo si quis permisceat auro,
 Quantū id sit, quo' ue id possis deprendere pacto,
 Prima Syracusij mens prodidit alta magistri.
 Regē nanq; ferunt Siclam, quam ruerat olim
 Cœl colūm regi, ex auro statuisse coronan,
 Comperitoq; dehinc furto, nam parte retenti.
 Tantundemq; argenti opifex immiscuit auro,
 Orasse ingenium ciuis, qui mente sagaci
 Quis modus argenti fulvo latitaret in auro,
 Repperit, illæsum quod dijs erat antè dicatum.
 Quod te quale siet, paucis (aduerte) docebo.

Lancib

Lancibus æquatis quibus hæc appèdere mos est,
 Argenti atq; auri, quod edax purgauerit ignis,
 Impones libras, neutrum vt præponderet: hasq;
 Submites in aquam, quæ pura vt cœperit vnda,
 Protinus inclinat pars hæc, quæ sustinet aurum.
 *Pensiis hoc nanq; est, similaricrassius vnda. *Densiis
 At tu sis te iugum, medijq; è cardine centri
 Interualla nota, quantum discerpserit illinc,
 Quotq; notis distet suspensò pondere filum.
 Fac drachmis distare tribus: cognouimus ergo
 Argenti atq; auri discrimina, deniq; libram
 Libra trib. drachmis superat cū mergitur unda.
 Sume dehinc aurum, cui pars argentea mista est,
 Argentiq; meri par pondus, itemq; sub vnda
 Lancibus impositum specta: propensior auri
 Materies* subsistit enim, furtumq; docebit. *alias,
 Nam si ter senis superabitur altera drachmis,
 Sex solas libras auri dicemus inesse, sub aquis
 Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
 Argentū argento, liquidis cum mergitur vndis.
 Hæc eadem puro deprendere possumus auro,
 Si par corrupto pondus pars altera gestet.
 Nam quoties ternis pars illibata grauarit
 Correpta drachmis sub aquam, totidē esse notabis
 Argenti libras, quæ fraus permiscuit auro.
 Pars etiam libræ queuis si forte supersit
 Hæc quoq; drachmarū simili tibi parte notetur:
 Nec non ex sine aquis *

INDEX OMNIUM,

QVAB IN CELSO CON-

tinentur. Et primos numerus li-
brum, secundus caput
designat.

*

A	1. pree.
A Bdomen lib.4.	<i>Adolescentia quibus</i>
cap.1.	<i>morbis magis obno-</i>
Abdominis ruptura	<i>xiasit 1.1</i>
quomodo curanda sit	<i>Adurentia 5.8</i>
lib.7. cap.17	<i>Adulta quomodo cu-</i>
Abdite caussae lib.1.	<i>rari debeant 5.26</i>
in pree.	<i>Aegilops 7.7</i>
Abcessus quibus si-	<i>Aestas periculosa 2.1</i>
gnis indicentur fu-	<i>Aestas quos pariat</i>
turi 2.6	<i>morbos 1.2.1</i>
Abortus periculū quā-	<i>Aestate que ad vi-</i>
do lib.1. cap.7	<i>clum magis condu-</i>
Abstinētia nimia sa-	<i>cant 1.3</i>
pe imutlis ibidem	<i>Aestuanti in balneo,</i>
Accessiones in febri-	<i>quid opus sit face-</i>
bus 3.3	<i>re 1.3</i>
Aceti natura & usus	<i>Aetatis differentia ui-</i>
5.27	<i>etu & curatione 1.3</i>
Acopa 5.2.3	<i>Aetatum differentiae,</i>
Acrochordones lib.2.	<i>quantum ad bonam,</i>
cap.14. & lib.5.ca.	<i>malam'ue valetuds-</i>
28	<i>nem 2.1</i>
Actiones naturales quæ	<i>Aesculapius in deo-</i>
	<i>rnum</i>

I N D E X.

- rum numerum rela- *Andro medicus* 6.18
 tus 1. proœ. *Angina* 4.4
Agamemnon 1. proœ. *Angina subito finita,*
Agricola r̄su fieri, *quid portendat* 2.5
 nō disputatione ibid. *Animalium quadrupedum differentiae*
Ajax quo genere insaniē laborauerit 3. 2.17
 18.
Aleutia 5.14 *Angues in Italia, &*
Alopecia 6.4 *in frigidis regionibus minus terribiles*
Alphos lib.5.ca.vlt. 5.26
Aluu stringentia 1.5 *Aniuitia quomodo curari debeant* 7.30
Aluum soluentia ibid. *Anodina* 5.25
Aluis que mala 1.3 *Antidotis, & corum*
Aluis soluta, quibus *compositiones* 5.23
 remedijs coercetur
 1.6 *Antieræ* 6.11
Alui iudicatio 2.7 *Antigonus rex* 3.22
Ambroſia Antidotino *Apollonius medicus*
 men lib.5.23 1. proœ.
Ammonius lithotom. *Apostemata* 2.1
 7.20 *Aphilæ ibidem*
Anatomice, id est, in- *Apollonius, qui Mys*
ſectio corporum ne- *cognominatus est* 5.
cessaria 1. proœ. *proœ.*
Ancyloblepharos 7.7 *Aperientia* 3.8
Andreas medicus 5. *Aqua frigida quibus*
 proœ. *profit* 1.9
Andreae collyrium 6.6 *Aque differentia in*
 o 4 *pot*

I N D E X.

- potionibus 2.17 *Aristonis malagma*
 Aque bonitatis pro- ibidem
 batio ibidem *Articulorum curatio-*
 Aqua in qua candens nes 5.26
 ferrum tinclum sit *Asclepiades* 1.proœ.
 4.9 *Ascites* 3.21
 Aqua inter cutē quan. *Asthma* 4.4
 do minime terribi- *Asius lapis* lib.4.
 lis 2.7 cap.vlt.
 Aqua quomodo hy- *Aduersus aspidis ielū*
 dropicis emittatur 5.26
 7.13 *Athenio* 5.25
 Aquilonis flatus quos *Atheroma* 7.6
 generet morbos, & *Attoniti qui dicantur*
 quid boni sanis cor- 3.26
 poribus adferat *Atrophia* 3.22
 2.1 *Attalicum emplastrū*
 Area 6.4 5.19
 Arquatus morbus 3. *Arium differentiae in*
 24 *cibo* 2.17
 Arteriaces compositio *Arium vitium* 6.7.
 5.26 & lib.6.c.18
 Articulorū vitia 2.7 *Arium morbi* 7.8
 Arteria aspera, eiusq; *Arium fractarum cu*
 descriptio 4.1 *ratio* 8.6
 Articulorum dolores *Autumnus periculo-*
 4.vlt. *sissimus* 2.1
 Ad articulos malagma *Autumnus quos mor-*
 5.18 *bos pariat* ibidem
 Autum

I N D E X.

<i>Autumni tēpore que ad viētū magis con-</i>	<i>Calor quid corporibus adferat</i>	2.1
<i>ferant</i> 1.3	<i>Calculo quomodo suc-</i>	
<i>Auster quos morbos generet</i> 2.1	<i>curratur</i> 7.26	
<i>Autopyron</i> 2.17	<i>Cancer in ore</i> 6.15	
<i>B</i>	<i>Cancer in cole</i> 6.18	
	<i>aduersus Cantharidas</i>	

B <i>Asilicon empla-</i>	2.27	
<i>strum</i> 5.19	<i>Capitis dolores quibus leuentur</i> 2.7	
<i>Bæthus ibidem</i>		
<i>Brachij fracti curatio</i> 8.10	<i>Capitis longus dolor si sine causa est, &c.</i>	
<i>Brachium</i> 8.1	<i>ibidem</i>	
<i>Bronchocele</i> 7.13	<i>Capitis descriptio</i> 4.1	
<i>Bubonocele</i> 7.18	<i>Capitis morbi, & eorum curatio</i> 4.2	
<i>C</i>		
C <i>Achexia</i> 2.1. & 3.22	<i>Caput quibus infirmum est, quid facere conveniat</i> 1.4	
<i>Cacoëthes</i> 5.28		
<i>Calefacientia</i> 1.3	<i>Caput quod firmissimum</i> 8.1	
<i>Calculosi quibus indicijs cognoscantur</i> 2.6	<i>Caput luxatum</i> 8.13	
	<i>de Capillis fluentibus</i>	
<i>Calculus quibus signis cognoscatur</i> 7.26	<i>6.1</i>	
<i>Caluaria</i> 8.1	<i>Carbunculus in oculis</i> 6.6	
<i>Caligatio oculorum</i> 6.6	<i>Carcinodes</i> 6.8	
<i>Calor quibus profit</i> 1.9	<i>Carbunculus in cole curatio</i> 6.18	

o 5 ad

INDEX.

ad Carcinodas mala-		8.cap.5.
gma	5.18	Chirurgus Sostratus
Cardiacus morbus quis		1.proæ.
dicatur	3.19	Cæsarianum collyrium
Carcinoma	5.28	6.6
Casus quid immenerit		Cercis lib.8.c.1.
5.26		Chiragra 2.6.
Cassius medicus	1.pr.	et 4.24
Catapotiorum descri-		Chirurgica lib.1.
ptio, sive varia com-		in proæ.
positio	5.25	Chironium vlcus
Catapotium ad somniū		5.28
ibidem		Chirurgus qualis esse
Catapotium Athenia-		debeat 7.proæ.
nis	ibidem	Chænicion 8.3
Catapotium Heraclidis		Cholera 4.11
ibidem		Chordapsos 4.13
Causæ abditæ quæ sint		Chordion ibidem
1.proæ.		Cirrite tuberculum 7.6
Causæ evidentes quæ		Chrysippus 1.in
eodem		proæ.
Causæ obscure quæ		Chrysippi discipulus
eodem		medicus 2.17
Cephalea	4.2	Chrysippi malagma
Cerebri vel membra-		5.18
ne eius percussæ cu-		Cibus à quibus rebus
ratio	5.22	melius incipiat 1.2
Chirurgus Tryphon		Ciborum potionuniq;
lib.7. in pro. et lib		differentie 2.17
		Cibus

I N D E X.

<i>Cibis quomodo</i>	et	<i>eius curatio</i>	4.32
<i>quando in febribus</i>		<i>Comitialis morbus</i>	
<i>dandus lib.3.cap.</i>		3.23	
4.5		<i>Concoctio cibi in sto-</i>	
<i>Cibi varijs eduntur fa-</i>		<i>macho lib.1.</i>	
<i>ciliis quam conco-</i>		<i>in prece.</i>	
<i>quuntur</i>	3.6	<i>Concoctio quibus sit,</i>	
<i>Cibis febricitantibus</i>		<i>quomodo se gerere</i>	
<i>dandus, qualis esse</i>		<i>debeant</i>	1.2
<i>debeat ibidem. ad-</i>		<i>Concubitus qualis esse</i>	
<i>uersus cicutam</i>	5.27	<i>debeat</i>	1.1
<i>Cirsocele</i>	7.18	<i>Concubitus in fæmi-</i>	
<i>Circulatores</i>	5.26	<i>nis, si per naturam</i>	
<i>Clavis</i>	5.28	<i>prohibitus, quomodo</i>	
<i>Clavis oculorum</i>	7.7	<i>restitui debeat</i>	7.28
<i>Cleonis collyrium</i>	6.6	<i>Condita diab. de cauf-</i>	
<i>Coli dolor quibus re-</i>		<i>sis imilia</i>	1.2
<i>medijs innetur</i>	1.7	<i>Condylomata</i>	5.23
<i>Coles</i>	4.1	<i>Condylomatum cura-</i>	
<i>Colicon medicamenti</i>		<i>tio</i>	7.30
<i>genus, ex quibus</i>		<i>Coquentia et matu-</i>	
<i>rebus constet</i>	4.14	<i>rantia pus.</i>	5.3
<i>Collyriorum variae com-</i>		<i>Cordis descriptio, et</i>	
<i>positiones</i>	6.6.	<i>vbi situm sit</i>	
et 4.28		4.1	
<i>Columentia in aliqua cor-</i>		<i>Cordis percussi signa</i>	
<i>poris parte dissoluens</i>		5.22	
<i>tia</i>	5.11	<i>Coryza</i>	4.3
<i>Cæliacus morbus, et</i>		<i>Corpus integrum quod</i>	
		<i>naturam</i>	

I N D E X.

nam habeatur	1.2	<i>Craſſiſimum os in ca-</i>
Corporum incisio	1.	<i>pite</i> 8.1
proœ.		<i>Cubitus</i> <i>ibid.</i>
<i>Corpus gracile quale</i>		<i>Cubitus luxatus quo-</i>
2.1		<i>modo reſtitui de-</i>
<i>Corpus qua extenuent</i>		<i>beat, & quot in eo</i>
1.3		<i>ossa coēant</i> 8.16
<i>Corporis humani de-</i>		<i>Curta in auribus quo-</i>
<i>scriptio</i>	8.1	<i>modo sarciri debeat</i>
<i>Corpus quodnam habi</i>		7.9
<i>liſſimum</i>	2.1	<i>Cutem purgantia</i> 5.16
<i>Corporis noxæ qumq;</i>		<i>Cucurbitularum gene-</i>
5.26		<i>ra duo</i> 2.10
<i>Coſtæ, & earum ſitus</i>		<i>Curatio morborū quot</i>
atque differentiæ		<i>modis fiat</i> 2.8
8.1		<i>Curationum duo gene-</i>
<i>Coſtarum fracturaru</i>		<i>ra</i> 7.7
<i>curatio</i>	8.9	<i>Cucurbitulis quomodo</i>
<i>Coxarum dolores</i>	4.	<i>sanguinis detracțio</i>
22		<i>fiat</i> 2.10
<i>Coxarum dolor, quid</i>		<i>Cynicus ſpasmus</i> 4.2
portendat	2.5	<i>D</i>
<i>Coxarum os</i>	8.1	<i>Emocritus lib.</i>
<i>Crato medicus</i>	6.7	<i>i.proœ.</i>
<i>Crustas vulneribus in-</i>		<i>Deieclio</i> 1.3
ducentia	5.10	<i>Deieclio quando fine</i>
<i>Crustas ulcerum re-</i>		<i>villa noxa fit</i> 2.4
ſoluentia	eodem	<i>Defruti differentia in</i>
<i>Cremaſteres</i>	7.18	<i>potionibus</i> 2.17
		<i>Denarij</i>

I N D E X.

<i>Denarij pondus</i>	5.	<i>Difficilime curationē</i>
17		<i>admittentia</i> 5.22
<i>Dentium situs & or-</i>		<i>Diocles</i> 1.proæ.
<i>do & numerus &</i>		<i>Disciplina corpori in-</i>
<i>nomina</i>	8.1	<i>mica</i> <i>ibidem</i>
<i>Dentium dolor</i>	6.7	<i>Dionysij collyrium</i>
<i>Dentium curatio</i>	7.12	6.6.
<i>Dentes quomodo ex-</i>		<i>Dyspnœa</i> 4.4
<i>trahendi sint</i>		<i>Dysenteria</i> 4.15
<i>Destillatio, eiusq; cu-</i>		E
<i>ratio</i>	4.2	<i>Crotopium oculo-</i>
<i>Destillatione laboran-</i>		<i>rum</i> 7.7
<i>tibus quid opus sit</i>		<i>Elaodes</i> 5.26
1.5		<i>Elcodes</i> 5.28
<i>Desidia lib.1.in proæ.</i>		<i>Elephantia</i> 3.25
<i>Detractio materiæ à</i>		<i>Empyricus unde di-</i>
<i>corporibus, quot mo-</i>		<i>cūs sit</i> lib.1.in
<i>dis fiat</i>	2.8	<i>proæ.</i>
<i>Dexij malagma</i>	5.18	<i>Empyrici qui sint.</i>
<i>Diaphragma</i> 1.proæ.		<i>ibidem</i>
<i>Dietetica medicina</i>		<i>Empedocles</i> <i>ibid.</i>
<i>ibidem</i>		<i>Emplastrorum varie</i>
<i>Dies critici</i>	3.4	<i>cōpositiones, & de-</i>
<i>Digiti lib.8.cap.1.</i>		<i>scriptiones</i> 5.17.
19		<i>& deinc.</i>
<i>Digitorum cohären-</i>		<i>Emprosthotonos</i> 4.3
<i>tium curatio</i>	7.32	<i>Enchanthis</i> 7.7
<i>Digitorum ulcera</i>		<i>Enterocèle</i> 7.18
6.19		<i>Enneapharmacis em-</i>
		<i>plast</i>

I N D E X.

- | | | |
|--------------------------------|-----------------|---------------------------------|
| <i>plastrum</i> | 5.19 | <i>Exercitatio quibus fiat</i> |
| <i>Ephesium emplastrum</i> | | <i>modis</i> 1.2 |
| | 5.19 | <i>Exercitationis finis,</i> |
| <i>Epinyctis</i> | 5.28 | <i>quisnam esse debeat</i> |
| <i>Ephelis</i> | 6.5 | <i>ibidem</i> |
| <i>Epiploce</i> | 7.18 | <i>Exercitationem que</i> |
| <i>Epipastica</i> | 5.18. et
39 | <i>sequi debeant ibid.</i> |
| <i>Erasistratus</i> | 1. in
proce. | <i>Exedentia</i> 5.7 |
| <i>Errorem suum de fu-</i> | | <i>Expletus cibo potu'ue</i> |
| <i>turis in capite, ingre-</i> | | <i>quid facere debent</i> |
| <i>nue confessus est Hip-</i> | | 1.2 |
| <i>pocrates</i> | 8.4 |
F |
| <i>Erysipelas lib.5.ca.</i> | | <i>Acies in homine</i> |
| - 26. et 28 | | <i>F</i> 8.1 |
| <i>Evidentes causae</i> | 1. | <i>Fatigato quotidiamnum</i> |
| <i>proce.</i> | | <i>cubile tutissimum</i> |
| <i>Euocantia & educen-</i> | | 1.3 |
| <i>tia</i> | 5.12 | <i>Fatigatum inter ambu-</i> |
| <i>Euticleus</i> | 5.18 | <i>landum que reficiat</i> |
| <i>Euelpidis collyrium</i> | | <i>ibidem</i> |
| | 6.6 | <i>Februm differentiae</i> |
| <i>Euelpistus chirurgus</i> | | 3.5 |
| | 7. proce. | <i>Febrem sepe praesidio</i> |
| <i>Exagitatio quid fa-</i> | | <i>esse</i> 2.7 |
| <i>ciat</i> | 4.15 | <i>Fel & eius situs</i> 4.1 |
| <i>Exanthemata</i> | 5.28 | <i>Ferarum differentiae in</i> |
| <i>Experientia 1.in pro.</i> | | <i>cibis</i> 1.17 |
| | | <i>Femur</i> 8.1 |
| | | <i>Fistulae in homine</i> ibid. |
| | | <i>Fistul</i> |

<i>Fistularum curatio</i>	<i>Genuum dolores, &</i>
5.28	<i>eorum curatio 4.23</i>
<i>Fluxus ventris, eiusq; curatio</i>	<i>Genu luxatum 3.21</i>
4.19	<i>Gingivarum vlcera 5.</i>
<i>Fæmina</i>	<i>13</i>
<i>in Fœminis secunda</i>	<i>Glaucias 1.proœ.</i>
7.30	<i>Glandule 4.1</i>
<i>Foramina in capite ibidem</i>	<i>Glande coles quo pa- eto tegendus 7.25</i>
<i>Frigus quibus inimi- cum</i>	<i>Glans colis sive penis concreta, quomodo aperienda sit ibid.</i>
<i>Frigus quibus proficit ibidem</i>	<i>Glutinantia 5.2</i>
<i>Frigus quid mali cor- poribus adferat</i>	<i>Glutinatio vulnerum 5.26</i>
2.1	<i>Gorgias medicus 2.</i>
<i>Frigus in febribus quid dicatur</i>	<i>14. & libro 7. in proœ.</i>
<i>Fructuum arboreorum differentiae in cibis</i>	<i>Grauedines quomodo currentur 4.2</i>
2.17	<i>Grauedine laboranti- bus quid conueniat 1.5</i>
<i>Frumetorum differen- tiae in cibis</i>	<i>Gubernatorem vsu fie- ri non disputatione 1.pro.</i>
<i>Furunculus</i>	<i>G</i>
5.28	<i>Angræne cura- tio 7.33</i>
<i>Ganglion</i>	<i>H</i>
7.6	<i>Ammonius me- dicus 7.proœ.</i>
<i>Gargarizationes</i>	<i>Hapsim</i>
5.22	

I N D E X.

<i>Hapsus</i>	7.26	<i>Homo sanus</i> , nullis se medicorum legi- bus obligari debeat
<i>Hecataei emplastrum</i>	5.19	
<i>Hepaticus morbus</i>	4.7	<i>Hominem sanum, va-</i>
<i>Hamorrhoides</i>	6.18	<i>rium rit.e genus ha-</i>
<i>Herbarum differentiae</i>		<i>bere oportet eod.</i>
<i>in cibis</i>	2.17	<i>Horror in febribus</i>
<i>Heraclides</i>	1. proœ.	3.3
<i>Herophilus</i>	libr. 1.	<i>Humeclantia</i> 3.3
	in proœ. & libr. 5.	<i>Humerus</i> 8.1
	cap. 25	<i>Humerorum dolores.</i>
<i>Hecataeus</i>	5.25	<i>quibus tollantur</i>
<i>Hermonis collyrium</i>	6.6	<i>Humeri fracti curatio</i>
<i>Hernia</i>	7.18	8.10
<i>Heron siue Hieron me- dicus</i>	7. proœ.	<i>Humerus luxatus quo-</i>
<i>Herpes</i>	5.28	<i>modo restitui debeat</i>
<i>Hippocrates</i>	1. proœ.	<i>Humor spissescēs, ace-</i>
<i>Hippocrates omnisme- dicimæ parens</i>	7. proœmio	<i>to intus sumpto dis-</i>
<i>Hirenæus</i>	5.25	<i>cuitur</i> 5.26
<i>Hieracis collyrium</i>	6.6	<i>Hyeme quæ magis con-</i>
<i>Hiereæ compositio</i>	5. 27	<i>ueniant</i> 1.3
<i>Homerus</i>	1. proœ.	<i>Hyems salubris est</i> 2.1
		<i>Hyems quos morbos</i>
		<i>pariat</i> ibidem
		<i>Hydrocelle</i> 7.18
		<i>Hydrops, ac eius spe-</i>
		<i>cies</i>

<i>cies tres</i>	3.21	<i>ria que</i>	2.17
<i>Hydropis curatio ibi- dem</i>	5.14	<i>Implentia</i>	5.14
<i>Hydrocephalon</i>	4.2	<i>Insanabilia que sint</i>	
<i>aduersus Hyoscyamum</i>		<i>Infibulatio quomodo fiat</i>	7.25
<i>Hyposarca</i>	3.21	<i>Inedia si cui enierat,</i>	
<i>Hypochnysis</i>	6.6	<i>quid faciendum</i>	
<i>I</i>		<i>I.</i>	
I chor	5.26	<i>Inuen quomodo inci-</i>	
<i>lecur, & eius si-</i>		<i>dendum sit</i>	7.29
<i>tus</i>	4.18	<i>Intemperantia qua in</i>	
<i>ad lecur dolens ma-</i>		<i>re tolerabilior</i>	3.2
<i>lagma</i>	5.18	<i>Intemperantie exem-</i>	
<i>Jejunii hominis vis ad-</i>		<i>plum</i>	3.21
<i>uersus serpētis ictum</i>		<i>Insania quibus signis</i>	
	5.26	<i>dementietur. futura</i>	
<i>Ignania quid faciat</i>		<i>2.5</i>	
	1.1	<i>Insaniæ species</i>	53.18
<i>Ileos</i>	2.1	<i>Insariantium commu-</i>	
<i>Ileon</i>	4.13	<i>nia remedia</i>	3.18
<i>ad Infantem mortuum</i>		<i>Intestinum jejunum,</i>	
<i>expellendum</i>	5.	<i>& cur ita dictum</i>	
	25	<i>4.1</i>	
<i>Ilia, & eorum situs</i>		<i>Intestinum tenuius</i>	
	4.1	<i>ibidem</i>	
<i>per Imbres qui morbi</i>		<i>Intestinum crassius</i>	
<i>orientur</i>	2.1	<i>ibidem</i>	
<i>Imbecillissima mate-</i>		<i>Intestinorum nomina</i>	
		<i>P</i>	<i>diner</i>

I N D E X.

<i>diuersa, & differen-</i>	<i>tio</i>	4.8
<i>situs</i>	<i>ibid.</i>	<i>L</i>
<i>Intestinum cæcum &</i>	<i>rectum</i>	<i>Abor quid fa-</i>
		<i>ciat</i> 1.1
<i>Intestinorum morbi,</i>	<i>& eorum curatio</i>	<i>Laborem quis facilius</i>
		<i>toleret per etatem</i>
		1.3
<i>4.10</i>		
<i>Intestini tenuioris mor-</i>	<i>bi curatio</i>	<i>Laborantibus ex par-</i>
	4.14	<i>tu remedium</i> 5.25
<i>Iocinoris morbi</i>		<i>Lagophthalmos</i> 7.7
4.8		<i>Lateris dolor</i> 4.6
<i>in Iocinoris morbo que</i>	<i>periculosa</i>	<i>ad Laterum dolores</i>
	2.7	<i>malagma</i> 5.18
<i>Intestinorum percus-</i>	<i>scrum signa</i>	<i>Lauatio</i> 1.3
	5.26	<i>Lenticula</i> 6.5
<i>Intestina vulnerata</i>	<i>quomodo curari de-</i>	<i>Lepis</i> 8.3
	<i>beant</i>	<i>Lethargus</i> 3.20
7.16		<i>Lenitas intestinorum,</i>
<i>Iolla medici composi-</i>		<i>à quibus etatibus</i>
<i>tio</i>	5.22	<i>depellitur</i> 2.7
<i>Iocinoris percussi si-</i>	<i>gna</i>	<i>Legumimum differen-</i>
	5.26	<i>tiae incibis</i> 2.17
<i>Iudei compositio</i>	5.	<i>Leuæ lib.5 ca. vlti.</i>
22		<i>Lenia ingenia qualia</i>
<i>Iudei emplastrum</i>	5.	8.4
19		<i>Lenitas intestinorum,</i>
<i>Iugale</i>	<i>lib. 8.</i>	<i>& eius curatio</i>
<i>cap. 1</i>		4.16
<i>Inguli fracti cura-</i>		<i>Leucophlegmati</i> 3.21
		<i>Leuant</i>

INDEX.

<i>Leuantia</i> siue <i>leuigan-</i>	<i>Luxuria</i>	<i>lib. I. im-</i>
<i>tia</i>	5.13	<i>procœmio</i>
<i>Lienteria</i>	2.1	<i>M</i>
<i>Lien</i> siue <i>lienis</i>	4.1	<i>Achaon lib. I.</i>
<i>Lienes</i> quibus magni-		<i>in proœ.</i>
<i>sint</i>	2.5	<i>Malagmatum compo-</i>
<i>Lienis malum</i> quando-		<i>sitiones variae</i> 5.17
<i>periculosum</i>	2.7	<i>Male</i> 8.1
<i>Lienis morbi curatio</i>	4.9	<i>Manus luxata quo-</i>
<i>ad Lienem malagma</i>	5.18	<i>modo restitui debeat</i>
		8.17
<i>Lienis vulnerati signa</i>	5.26	<i>Materia extrahenda</i>
<i>Ligae resolutio, eiusq;</i>		<i>per malagmata</i> 5.18
<i>curatio</i>	4.2	<i>Materie genere &</i>
<i>Linguarū ulcera</i>	6.12	<i>modo utendum pro</i>
<i>Lippitudine laboran-</i>		<i>viribus cuiusq; 2.17</i>
<i>tibus</i> quid opus sit	1.5	<i>Maxilla</i> 8.1
<i>Literarum disciplina</i>		<i>Maxillæ fractæ cura-</i>
<i>animo necessaria,</i>		<i>tio</i> 8.7
<i>corpori mimica</i> 1.		<i>Maxillæ luxatæ cura-</i>
<i>proœ.</i>		<i>tio</i> 8.12
<i>Lucubrandum</i> quando-		<i>Medicina</i> nusquā non
<i>potissimum</i>	1.2	<i>est</i> 1. proœ.
<i>Luxata membra quo-</i>		<i>Medicina</i> quid pro-
<i>modo restitui debeat</i>	8.11	<i>mittat</i> ibidem
		<i>Medicina multiplex</i>
		<i>ibidem</i>
		<i>Medendi scientia, sa-</i>
		<i>pientie pars</i> ibid.
		<i>P 2</i> <i>Med</i>

INDEX.

- Medicina triplex ibi-
 dem Meliceria 5.26
 Medicina que victu-
 curat in duas partes Meliceria sine melice-
 diuisa ibid. ris lib.5.cap. 28. &
 Medicinae que pars lib.7.cap. 6
 difficilima ibid. Meningophylax 8.3
 Medicinā artem con-
 iecluralem ibidem Mensa secunda 1.2
 Medicina quid ibid. Metrodorus medicus,
 Medicorum officium,
 quodnam sit in cu- Epicuri discipulus
 rando ex Asclepia- 3.20
 dissententia 3.4 Melenum 8.1
 Medici periti officium Mithridatis antidotū
 circa aegrū, cuius- 5.23
 modi esse debeat 3.6 Modiolus 8.3
 Media materia 2.17 Mollientia 5.15
 Medullæ percussæ si- Morbos in deorū iram
 gna 5.26 relatos 1.in proce-
 Mēges chirurgus lib. Morbos non eloquen-
 5.cap.28. & lib.7.in tia, sed remedijs cu-
 proœmio rari ibid.
 Melas lib.5.ca.vlt. Morborum tria gene-
 Melancholia 2.5 ra ibid.
 Mellis natura in medi Morbi per singulas
 cina 3.9 tempestates 2.1
 ad Melicertas mala- Morbus comitialis,
 gma 5.18 qua etate aegrū cu-
 retur

I N D E X.

retur	2.7	Motatio per ritæ cur-
Morborum diuisio et differentie	3.1	sum quomodo mode- randa
Morbus increscens qui- bus signis dimosca- tur	3.2	Mycon
Morbi decedentis que note sint eodem	6.6	Myron
Morbus si acutus fue- rit quomodo æger tractandus sit eo- dem		Myrmecia
Morbus si longus sit quomodo æger tra- ctandus sit eod.		Mydriasis oculorum
Morbus comitialis 3. 23		N
Morsus omnis quo- dam modo veneno- sus	5.26	Narium morbi 6.6
Mortis indicia que 2.5		Narium fractarum cu- ratio
Mos magnorum viro- rum qui sit	8.4	Naturales caussæ que sint
Mulieri grauidæ que incommoda euentre posint	2.5	1.proæ.
Mulsi differentia in pototionibus	2.17	Nauiganti et nausea presso, quid facere opus sit
		Negotiosi hominis pri- ma curatio, exerci- tatio est
		1.2
		Neruorum dolore la- borantibus, quid ob- seruandum sit
		1.9
		Neruorum dislentio, quibus futura depre- hendatur
		2.5
		Nileus, sine Nilei col- lyrium
		6.5

r 3 Note

INDEX.

<i>Note in singulis mor- bis obseruandæ</i>	2.6	<i>curari debeant</i>	7.11.
<i>Note</i>	8.1	<i>Orthopnæa</i>	4.4
<i>Numenij malagma</i>	5.	<i>Ossis fracti curatio-</i>	
18		8.7	
<i>Nymphodorus medi.</i>		<i>Os quot modis excida-</i>	
8.20		tur	8.3
O		<i>Ossa vitiata</i>	8.1
O bscenarum par-		<i>Oscheos</i>	7.13
tiū vitia quo-		<i>Oscuræ</i>	6.8. & 7.3
modo curanda sint		<i>Öñ</i>	5.11
6.13		P	
<i>Oculorum varij morbi</i>		P Alma	8.1
6.6		Partus emortuus	
<i>Oculorum naturæ indi-</i>		in utero quomodo	
catio	7.7	executiendus	7.29
<i>Oculorum vitia, &</i>		ad Panum malagma-	
eorū curationes	6.6	ta	5.18
<i>Olerum differētiae</i>	5.17	Paralysis	2.1
<i>Omentum, eiusq; offi-</i>		Paralysis oculorum	
cium	4.1	6.6	
<i>Omenti curatio</i>	7.21	Parasynanche	4.4
<i>Omoplate</i>	8.1	Periculum in tæbe que-	
<i>Opisthotonus</i>	4.3	denuntient	2.7
<i>Opæosis</i>	6.4	Parodontides	6.13
<i>Orestes, quo genere</i>		Parotides	6.16
insaniae laborauerit		ad Parotidas mala-	
3.18		gnata	5.18
<i>Oris ulcera, quomodo</i>		Partium animaliū dif-	
		ferent	

INDEX.

<i>ferētiæ in cibis</i>	2.18	<i>Phacos</i>	6.5
<i>Panificia</i>	eodem	<i>Plingedene in cole na-</i>	
<i>Passi differētia in po-</i>		<i>scentis curatio</i>	6.18
<i>tionibus</i>	eodē	<i>Philippus epirotes me-</i>	
<i>Pastillorum descriptio-</i>		<i>dicus</i>	3.22
<i>næ, & variæ com-</i>		<i>Philocratis emplastrū</i>	
<i>positiones</i>	5.20	5.19	
<i>Pastillus Polybij</i>	ibid.	<i>Philocrates</i>	5.26
<i>Pastillus Andronis</i>		<i>Philon</i>	6.6
<i>ibidem</i>		<i>Philothis collyrii</i>	codē
<i>Parotides arteriæ</i>	4.1	<i>Philoxenus medicus</i>	
<i>Patella</i>	8.1	6.19	
<i>Pecten</i>	ibidem	<i>Philotimus</i>	8.20
<i>Pediculi in palpebris o-</i>		<i>Phlegmone</i>	1.1m pro.
<i>cularum</i>	6.6	<i>Phrenesis siue phrene-</i>	
<i>ad Pedum dolores ma-</i>		<i>tidis genera plura</i>	
<i>lagma</i>	5.18	3.18	
<i>Peripneumonia</i>	4.7	<i>Phthisis</i>	2.c.1. &
<i>Pessi compositio</i>	5.21	lib.3.c.22	
<i>Pessi alia compositio</i>		<i>Pirygethon</i>	5.18. &
<i>eodem</i>		6.28	
<i>Pessi Numenij</i>	eod.	<i>Prymata</i>	2.7. &
<i>Pestilentia unde fiat</i>		5.18. & 5.28	
1.2		<i>Piscium differentie in</i>	
<i>in Pestilentia que sint</i>		<i>cibis</i>	2.17
<i>obseruanda</i>	1.3.	<i>Pituita oculorum quo-</i>	
ca.10		<i>modo curāda sit</i>	7.7
<i>Petro medicus</i>	3.3	<i>Planta</i>	3.1
<i>Pharmaceutica</i>	1.pro.	<i>Plistonicus Praxagore</i>	
		P + discip	

<i>discipulus</i>	1.in pro-	<i>Pterygion</i>	6.19
<i>Podagra</i>	li.2.c.6.27 4.24	<i>Ptolemaeus rex</i>	5.23
<i>Podagre calidæ cura-</i>	<i>tio, per malagma</i>	<i>Ptolemaeus chirurgus</i>	
	5.18	6.7	
<i>Polypus</i>	6.8	<i>Pueritia quibus mor-</i>	
<i>Polypus in naribus</i>	7.10	<i>bis periclitetur</i>	2.1
		<i>Pulmo ubi situs sit,</i>	
		<i>qualis sit</i>	4.1
		<i>Pulmonis morbus, que-</i>	
<i>Ponderum ratio</i>	5.17	<i>pericula portendat</i>	
<i>Porrigo</i>	6.2	2.7	
<i>Potionum differentiæ</i>	2.17	<i>Pulmonis percussi sig.</i>	
		5.26	
<i>Potiones in febribus,</i>		<i>Purgantia</i>	5.5
<i>quando & quomo-</i>		<i>Purgationes reieclæ ab</i>	
<i>do dari debeant</i>	3.6	<i>Aselepiade</i>	1.2
<i>Praxagoras</i>	lib. 1.	<i>Purgationes interdum</i>	
<i>in proœ.</i>		<i>necessariae, interdum</i>	
<i>Prandium quid requi-</i>		<i>inutiles</i>	1.3
<i>rat</i>	1.3	<i>Pustulae in oculis</i>	6.6
<i>Protarchus</i>	5.28	<i>Pustularis genera</i>	5.28
<i>Proptosis</i>	6.6	<i>Pus, eiusq; differentia</i>	
<i>Prudens medicus quis</i>		5.26	
<i>habeatur</i>	5.26	<i>Puris significatio</i>	2.7
<i>Psorici descriptio</i>	6.6	<i>Pus coquælia sine ma-</i>	
<i>Psydratior</i>	5.28	<i>turantia, & mouen-</i>	
<i>Psylli, quibus medica-</i>		<i>tia</i>	5.3
<i>mentis vtuntur ad-</i>		<i>Pyloros</i>	4.1
<i>versus venena</i>	5.26	<i>Pyrites</i>	5.18
		<i>Pyth</i>	

P ythagoras	1.pro.	<i>gna</i>	5.26
	<i>Q</i>	<i>Resolutio stomachi</i>	4.9.
Q uartana memi-		<i>Resolutio oculorū</i>	6.6
nem ingulat		<i>Rhagadia</i>	6.18.
3.15		<i>Rhy.s</i>	7.7
in Quartana veteri,		<i>Rhypodes emplastrum</i>	
quid obseruare profit		5.19	
3.15		<i>Rodentia</i>	5.6
Quartanae febris cura-		<i>Rose natura in medi-</i>	
tio	<i>ibidem</i>	<i>cina</i>	3.9.

R

R adius	8.1	<i>S</i> Ac <i>er ignis</i>	5.28
Rationalis me-		<i>Sanguis ex mari-</i>	
dicus quis & unde		<i>busr, quibus sepe fluit,</i>	
dicatur	1.pro.	2.5	
aduersus Rabidi canis		<i>Sanguinis detractio</i>	
morsum	5.26	quot modis fiat	2.9
Ramex	7.18	<i>Sanguinis natura &</i>	
Ramicis curatio	7.22	<i>proprietas</i>	4.3
Recidiua quando ti-		<i>Sanguinem suppressus</i>	
menda	3.4	<i>tia</i>	5.1.
Refrigerantia que	1.3	<i>ad Sanguinem suppri-</i>	
Regius morbus, et cur		<i>mēdū malagma</i>	5.18.
ita dictus sit	3.24	<i>Sanguis, atq; eius diffe-</i>	
Renes, & eorum situs		<i>rentia</i>	5.26.
4.1		<i>aduersus Sanguinis pro-</i>	
Renum curatio	4.10	<i>fusionem in vulneri-</i>	
Renum percussorum si-		<i>bus</i>	<i>eodem</i>
ue vulneratorum si-		<i>Aduersus Sanguisu-</i>	
		<i>p s gana</i>	

I N D E X.

gam	ibidem	cap. i
Sanies, & eius diffe-	Septi trāsuersi percussi	
rentia	ibidem	5.26
de Sanitate tuenda li-	Signa	
brum scripsit Ascle-	Septicum	7.21
piades	1.3	Serapion 1. in proœ.
Satietas nimia nunquā		Siccitas quid mali in-
vtilis	1.2	ferat corporibus 2.1
Sarcophagus 4.c.vlt.		Signa in ægrotantibus
Sarcocelle	7.18	bona quæ sint 2.2
Sasagoras	5.8	Signa in ægrotantibus
Scapulae	8.1	mala quæ sint 2.3
Scopula	eodem	Signa longæ valetudi-
Scorpio sibi ipse me-		nis quæ sint 2.4
detur	5.26	Signa membroriū per-
aduersus Scorpionis i-		cussorum 5.26
clum	ibidem	Silavius 3.18
Scrotum, quod et scor-		Siligo 2.7
tum quidam dicere		Singultus freques quid
malunt	7.18	indicit 2.5
Secundæ quæ sint 7.29		Singultus sternutamen-
Secunda mensa 1.2		to finitur 2.7
Seminis profusio, & e-		Spagittites vene 4.1
ius curatio 4.21		Spasmos 2.1
Senectus, quibus mor-		Spina luxata quomo-
bis magis obnoxia sit		do restitui debeat
2.1		7.14
Septi transuersum li. 1.		Sputum quid significet
in proœ. & lib. 4.		2.7
		Staphyloma 7.7
		Status

<i>Statura longa</i>	2.1	<i>periculosisima est</i>
<i>Steatomata</i>	7.6	1.3
<i>Sternutamenta quanto</i>	<i>Suffusio oculorum</i>	6.6
<i>do excitanda</i>	5.22	<i>Sumpturis cibum post</i>
<i>Stercus animalium</i>	5.	<i>fatigatione, que ob-</i>
<i>5. et 8.12</i>		<i>seruanda</i> 1.3
<i>Stomachum infirmum</i>	<i>Suppurationes</i>	3.27
<i>indicantia</i>	1.8	<i>Supprimentia sangu-</i>
<i>Stomacho laborantibus</i>	<i>nem</i>	5.1
<i>que agēdasint eod.</i>	<i>Sutur.e in capite quo</i>	
<i>Stomachi infirmitas</i>	<i>sint</i>	8.1
<i>quibus signis cognoscatur</i>	<i>Sycoſis</i>	6.3
<i>ibidem</i>	<i>Synanche</i>	4.4
<i>Stomachus nonmarinā</i>	<i>T</i>	
<i>pro gula accipitur</i>	<i>Tabes</i>	2.1. et
<i>4.1</i>		4.7
<i>Stomachi duplex signi</i>	<i>Tabes, eiusque species</i>	
<i>ficatio</i>	<i>ibidem</i>	3.22
<i>Stomachi curatio</i>	4.5	<i>Tali</i> 8.1
<i>Stomachi percussi sig.</i>	<i>Talus luxatus, quomo-</i>	
<i>5.26</i>	<i>do restitui debeat</i>	
<i>Stomachus studiosorū</i>	8.22	
<i>qualis plerūq; sit</i>	1.2	<i>Telum Latum, quomodo</i>
<i>Stomoma</i>	6.6	<i>educendum</i> 7.5
<i>Stranguria</i>	2.1	<i>Telis extrahēdis reme-</i>
<i>Struma</i>	5.28	<i>dium</i> <i>eodem</i>
<i>Strophos</i>	2.6	<i>Tempora anni consi-</i>
<i>Sudanti ex labore</i>	<i>deranda</i>	1.3
<i>itineri frigida potio</i>	<i>Tempestates que opti-</i>	
		<i>ma,</i>

<i>mae</i> , quæq; <i>peſſimæ</i>		<i>Tormina quando peri-</i>
2.1		<i>culosa non ſint</i> 2.7
<i>Terebra</i>	8.3	<i>Tormina quibus bona</i>
<i>Tetanus</i>	2.1.2	<i>fint</i> eodem
4.3		<i>Tormina, id est dysen-</i>
<i>Tetherapeumena</i>	5.19	<i>teria</i> 4.15
<i>Tetrapharmacum em-</i>		<i>Trifititia longa quid in-</i>
<i>plaſtrum</i>	5.19.2	<i>dicit</i> 2.5
6.18		<i>Tuſſis</i> 4.4
<i>Teſticularum natura, et</i>		<i>Tympanites</i> 3.21
<i>eorum morbi</i>	7.18	<i>V</i>
<i>de Teſticularum mor-</i>		<i>Aletudinis in-</i>
<i>bis</i>	6.18	<i>ſtantis que ſi-</i>
<i>Teſticularum inciſio</i>		<i>gna</i> lib.1.pro.
7.19		<i>Valentissimum quid</i>
<i>Tharrias medicus</i>		2.17
3.20		<i>Vari</i> 6.5
<i>Themifon</i>	1.in pro.	<i>Varices quomodo cu-</i>
<i>Theodoti collyrium</i>	6.6	<i>randi ſint</i> 7.17
<i>Therioma</i>	5.28	<i>Varicum curatio</i> 7.31
<i>Theofenus</i>	5.18	<i>Veſtus toto die quid fa-</i>
<i>Thymium</i>	5.28	<i>cere debeat</i> 1.3
<i>Tibiæ</i>	8.1	<i>Ventrem ſolutum quid</i>
<i>Tinei compositio</i>	5.22	<i>comprimat eodem</i>
<i>Titio extinctus</i>	3.12	<i>Ventrem compressum</i>
<i>Tonsillarum vitium</i>		<i>quid ſoluat eodem</i>
6.10		<i>Ventriculus ex quibus</i>
<i>Tonsillis laborantibus,</i>		<i>conſtet, et eius fi-</i>
<i>quid conueniat</i>	3.5	<i>tus</i> 4.1
		<i>Ventri</i>

<i>Ventriculus ex quibus</i>	<i>Vesicæ vulneratae signa</i>
<i>constet, & eius si-</i>	5.26
<i>tus</i>	4.1
<i>Ventriculi vulneratis i-</i>	
<i>gna</i>	5.26
<i>Venarum ora subito sup-</i>	
<i>pressa, alioqui san-</i>	
<i>guinem fundere con-</i>	
<i>sueta, quid indicent</i>	
2.5	
<i>Venere abstinentiam</i>	
<i>quando, & quando</i>	
<i>non sit</i>	1.3
<i>Venti qui nā salubres,</i>	
<i>& qui non sint</i>	1.1
<i>Venenis omnibus con-</i>	
<i>trarium quid</i>	5.26
<i>aduersus Venenosorum</i>	
<i>animalium ictus</i>	
<i>eodem</i>	
<i>Ver saluberrimum</i>	2.1
<i>Vere que ad victimum</i>	
<i>magis consueuant</i>	
2.3	
<i>Vere qui morbi fiant</i>	
2.1	
<i>Vertebræ</i>	8.1
<i>Vesica, & eius situs</i>	
4.1	
<i>Vivere elatum Ascle-</i>	
<i>piades funeri obuius</i>	
<i>intellexit</i>	2.5
<i>Vivorum corpora inci-</i>	
<i>dere, crudele & su-</i>	
<i>peruacuum esse</i>	1.
<i>proœmio</i>	
<i>Vmbilici prominentis</i>	
<i>curatio</i>	6.17
<i>Vmbilici vitia quomo-</i>	
<i>do curari debeant</i>	
<i>Vngues</i>	8.1
<i>Vnctio</i>	1.3
<i>Vomitus quando, &</i>	
<i>quibus utilis aut inu-</i>	
<i>tilis</i>	eodem
<i>Vomitus si post cibum</i>	
<i>fieri debeat, quomo-</i>	
<i>do prouocandus eod.</i>	
<i>Urina sana que</i>	1.2
<i>Urine reddendæ diffi-</i>	
<i>cultati, quomodo suc-</i>	
<i>curreatur lib.7.ca.26.</i>	
<i>& lib.1.ca.25</i>	
<i>Urina parum liquida,</i>	
<i>in sano homine quid</i>	
<i>signi</i>	

I N D E X.

<i>Significet</i>	2.5	<i>Vulsella</i>	7.30
<i>Vrime quæ mala</i>	2.3	<i>Vulna & eius situs</i>	
<i>Vreteres</i>	4.1	4.1	
<i>Vtisynanche</i>	4.4	<i>Vulue percussæ signa</i>	
<i>Vua morbis intrafau-</i>		3.26	
<i>cces.</i>	6.14. & 7.12	<i>Vulue natura mirabi-</i>	
<i>Vulnera quomodo glu-</i>		<i>lis</i>	7.21
<i>tinanda</i>	5.26		
<i>Vulnerum signa eodē</i>		Z	
<i>Vulnerum differentie</i>			
<i>ex ipso morsu eodē</i>		Z	Enon lib.5.
<i>Vulnus glutinantia</i>	5.2		in proæ.
<i>Vulnera aperientia</i>	5.4	Zopyrus	li.5.ca.25

F I N I S.



Q. RHEMNII
FANNI PALAEMONIS

De ponderibus et
measuring liber.

pág. 576.

Vere